Liber Iste ad Gott=
lib Kwiatkowski
spectat
Filium Molendini Gott
frid B.
De Villa Borki. Donatus
A subscriptus Aº 1787mo Ma=
nu Propriâ

VIGLII ZVICHEMI PHRYSII IVRECONSVLTI CLARISSIMI,

Commentaria in decem titulos Institutionum iuris ciuilis.

Quibus omnia penè testamentorum Iura eleganter ac dilucidè explicantur.

Titulorum catalogum ſequens pagina indicabit.

LVGDVNI,

Sumptibus Philippi Tinghi Florentini.

M. D. LXXIII.

EX LIBRO SECVNDO INSTITVTIONVM.

	X	*De teſtamentis ordinandis.*
	XI.	*De militari teſtamento.*
Titulus	*XII*	*Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.*
	XIII	*De exhæredatione liberorum.*
	XIIII	*De hæredibus inſtituendis.*
	XV	*De vulgari ſubſtitutione.*
	XVI	*De pupillari ſubſtitutione*
	XVII	*Quib.modis teſtamēta infirmētur.*
	XVIII	*De inofficioſo teſtamento.*
	XIX	*De hæredū qualitate & differētiæ.*

CLARISSIMO VIRO, ET PVBLICI PRIVATI'QVE IVRIS CONSVLTISSIMO DOMINO Gerardo Mulert, Cæsareæ Maiest. apud Melchiniam consiliario,

Viglius Zuichemus Phrygius S. D.

ETSI Iuris ciuilis studium cùm diffusa rei ipsius natura, tum librorum multitudine, opinionúmque varietate, cum primis arduum ac difficile habeatur: permulti tamen omnibus penè seculis extiterunt, quos in eo addiscendo operam ponere neutiquam piguerit: dispari quidem vti conatu, ita etiã profectu: verùm eleganter rectéq; Flaccus in Arte scripsit, Consultus Iuris & actor Causarũ mediocris, abest virtute diserti Messalæ, nec scit quantũ Cascelius Aulus: Sed tamẽ in pretio est. Quod equidem, clarissime, idémq; Iuris nostri peritissime Gerarde, non aliundè accidere arbitror, quàm quòd vt hæc disciplina humanis actionibus præcipuè est accommoda: ita ipsi vicissim homines peculiarem quendam erga eam affectum à natura sibi insitum habeant. Cæteræ enim scientiæ vel diuina cẽsentur origine, vt Theologia: vel communis naturæ clementia hominibus mõstratæ sunt, quemadmodum Medicina, quã nec ipsa etiam bruta, quo se ac vitam tueantur, ignorare omnino creduntur. Iuris verò constitutio, ac obseruatio, humanæ mentis rationisque adeò propria est, vt hac vna differentia ab cæteris animalibus maximè separemur. Quicunque enim vsquam sunt populi, qui moribus vel legibus non reguntur, ij in belluarum numero haud imme-

ritò habendi ſunt. Optimas autem leges maiores illi noſtri, melioribus nati ſeculis nobis reliquerunt, quo earum vinculis obſtricti, & imperia ab illis accepta, & res priuatim relictas tueri melius poſſemus. Inter ipſos porrò homines ij ſemper excelluerũt, qui legum profeſsi ſcientiam, earum velut habenis cæteros continerent ac regerent, & cùm mortales naturaliter inuicem præſtare certent, ac alius aliam viam qua citiùs certiúſque eo quò tendit peruenire poſsit ingrediatur, illi mihi minimè omniũ operam ludere videntur, qui ad legum ſcientiam ſeſe applicuerũt. Nulla enim alia certior eſt honeſtæ vitæ ratio, nulla vberiorem fructum repẽdit, nulla plus dignitatis claritatíſve homini confert: cuius etſi paſſim nõ obſcura extẽt documenta, in te tamen ita eximium mihi habere exemplum videmur, vt vnũ te pro multis nominare ſat habeã. Nã cùm generis, patrimonij, multarúmque bonarũ rerum præſidio antea inſtructus eſſes, Ius tamen ciuile exactiſſimè didiciſti, eiuſq; ſcientia maximè ſemper niti voluiſti: qua tibi nunc nõ modò in ſcholis, verũetiã in foro ac Rei public. adminiſtratione honeſtiſsimũ nomen æternámq; famã ac gloriam comparaſti. Extant enim publicè, & cupidè leguntur ab iuris ſtudioſis ea quæ iuuenis olim in lucem edidiſti. In Belgica autẽ & inferioris noſtræ Germaniæ Repub. ea de te cõmunis omnium exiſtimatio eſt, nõ modò vt iſthic vbi magnorũ & inſigniũ virorũ haudquaquam eſt inopia præ cęteris excellere: verumetiam vnus eſſe videaris, quem exteris opponere poſſimus, ſiue legũ peritiam, ſiue rerũ gerendarum prudentiam & conſilium ſiue amplitudinem, authoritatem, honeſtatẽ, eáſve artes quibus homo homini præſtat, quiſquã requirat. Peritiam certè iuris, literaria monumẽta perpetuò teſtabuntur: conſilia ipſi etiam euentus comprobant: honeſtatem, humanitatem, integritatem, qui te penitiùs nouerũt, vno ore ſummis laudibus extollunt. Quid dicã, qua alacritate longinquas periculoſaſque legationes ſuſceperis, quáve dexteritate peregeris? Quæ ego profectò hoc lubentius hîc commemoro, quo cæteris iiſdem initiatis ſtudiis, exemplum quod æmuletur ob oculos ponam, quo certè & ipſe mirificè ſemper incitatus fui. & quanquam vt te aſſequar ſpem concipere nõ auſim, me tamen qualiſcunque iſtius ſucceſſus nunquam pœnitebit. proinde nec deſinam cohortari

alios,

alios, fœliciore ingenio melioribúsq; fretos auspiciis, quo in te intuentes pulcherrima iurisprudentiæ studia, maiore spe contẽtioreq́ue cura ad metã perducant. Et hęc etiam, mi Gerarde, quando tuam modestiam ac verecundiam non ignoro, parciùs hîc attingerem: nisi adeò in te obscura non essent, vt & vulgò passim prædicarentur: nec me totum iam septennium in remotissimis Galliæ Italiæq́ue gymnasiis studiorum causa hærentẽ latere potuerint. mihi autem illa eo semper iucundiora auditu fuêre, quo me chariorẽ tibi esse sensi, qui studia quoque mea tuis cõsiliis instruere, ac crebra exhortatiõe incitare dignatus es. Nã postquam patruus meus Bernardus Bucho Zuichemus in fata concesit, in quo patria nostra magnum amisit ornamentum, tu coniunctissimum amicum, ego autem studiorum meorum patronum, ac altorem benignissimum, quo etiã authore immensum hoc iuris ciuilis pelagus ingressus eram, repente quasi amisso nauclero nihil diu animo mecũ reputare aliud potui, quàm vt obserato clauo instituti cursum desererẽ, vel certum mihi naufragiũ proponerem, donec tu mihi quasi Deus aliquis ἀπὸ μηχανῆς (vt aiunt) apparuisti, qui suadendo, cohortando, impellendo, vt cœptum studium absoluere pergerem, animum reddidisti: eóque iam perduxisti, vt hoc ipso nomine nõ parũ me tibi debere agnoscam. Quãquam enim si patruus ille meus hactenus superstes fuisset, meliorẽ tenere portum potuissem: me tamen non magna ambientem qualiscunque spes sustinet, ex hoc studio tantum mihi suppeditu- rum, quantùm ad reliquam vitam mediocriter & honestè tuẽdam necesse erit. Cuius cùm tu quo me magis extimulares, specimen sæpe requisieris. ego autem non ignarus meę tenuitatis inter meam me pelliculam hactenus continuerim, tandem tamen in proscenium extrusus sum, in quo nisi tua cæterorúmq; æquitate sustẽter, valdè equidem vereor ne turpiter explodar. Cõcedetur tamen faciliùs mihi venia, si facti mei rationẽ paucis subiecero. Cũ enim superiore anno Patauij in professorum ordinem ac numerũ cooptatus essem, oblatúmque mihi esset munus prælegendi publicè Institutiones iuris ciuilis, quãdo certè authoritate & gratia qua plerosq; in primis hîc niti nõ ignoras, apud auditores non magna pollebã, iuuenis videlicet peregrinus trãsalpinúsq;, nautas nostros sum imitatus,

tatus, qui ventis destituti ad remos cõfugiunt: ab diligen-
tia videlicet mutuari coactus, quod in cęteris deesse mihi
sentiebam. hac verò fretus mandatam prouinciam vtcun
que sustinui. Cœpi autem tum illic quædam adnotare ad
meam memoriam, quæ mihi olim vsui fore existimabã,
si fortassis aliquando idem denuò prælegẽdi occasio sese
offerret: quod cùm à nonnullis auditoribus meis animad
uersum esset, mox à me sedulò illi flagitare (ita vt fit) cœ-
pere, vt cõmunicare ea vellem: quod cùm constãter equi-
dem recusarem, quoniam confusè ac nulla verborum cu-
ra, rerum tantùm capita complexus fueram, hac tandem
spe dum finem non faciunt eos submoui, quòd ea opera
quam describendis nostris destinabant publicatione ipso
rum subleuaturũ me sponderem: qua pollicitatione, prę-
senti quidem eorũ flagitatione defunctus sum, sed in fu-
turum spõtaneam ipse mihi molestiã adsciui. Nam post-
quam nos annum profitendi curriculum de more exple-
uissemus, non iam precibus id illi amplius postulare, sed
quasi ex sponso nobiscum agere cœperunt, eóque tandem
perpulerunt, vt quæ adnotaueramus relegere, atque in lu-
cem ferre possent despicere inciperemus. Confestim au-
tem deprehendi multa à me nimis præcipiti studio conge
sta ac effusa esse, nec satis adhuc matura vel expolita, vt
in publicũ prodire possent. Quoniã tamẽ illi vrgere non
desinebãt, nec quicquam etiam ab maximis autoribus ita
adhuc æditum videbam, quod ipsimet omnibus numeris
absolutũ censuissent, sensim eò descẽdere cœpi, vt de ædi-
tione seriò cogitarem, cùm & qualibuscunque certè hisce
commentariis eorum studia qui Iurisprudentiæ candida-
ti essent, adiuturum me nonnihil sperarem. Quando au-
tem in patriam reuocantibus me parentibus, moras lon-
giùs nectere nõ audebam, eò etiam alacriùs recognoscen
di laborem suscepi, quo & tuæ clarissime Gerarde expecta
tioni aliqua ex parte satisfacerem, & aliquid saltẽ mecum
eò referrem, ne Homericum audirem conuicium αἰσχρόν
τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι. Nam præcipitatam æditio-
nẽ veterum etiam grauiúmque autorum exemplo excu-
sare nobis licet: siquidem & illi sibi aliquando indulse-
runt, vt amicorum flagitationẽ suúmque obsequium cul-
pæ prætexerent: nobis verò eò etiam æquiores lectores
esse decet, quo humilius argumentum desumpsimus. ne-
que

que enim Digestorum aut Codicis interpretationem profitemur, quę exactior esse debet, sed Institutionum partem aliquam explicare conati sumus: nõ vt doctos, sed vt tyrones opera nostra aliquantulum adiuuaremus. Nec ea hîc roganti venia denegari debet, quæ in scholis spõte tribuitur. illic enim cùm Institutionum professores in inferiore classe censeantur: nemo vitio vertit, si non paria cum magnis illis doctoribus fecerint, quos vix credenda merẽtes stipendia ac doctrinam suam magno venditantes longè certè maiora præstare decet. Quemadmodum enim in familia bene instituta, alij dominicis rationibus, alij hęriliũ liberorum institutioni præficiũtur, alij medij sunt actus, alij atrienses, vilioribúsve destinati seruitiis: ita in Academiis docentium officia gradatim pro cuiusque dignitate & eruditione distincta esse decet. honoratissimi illi habẽtur, quibus Pandectarum vel Codicis prælectio mãdatur: post quos longo interuallo Institutionum professores sequũtur. Vnde factum est, vt nemo ferè veterum vel recentiorum qui celebrẽ in hac disciplina famã fuerit adeptus, commentaria in Institutiones conscribere dignatus sit, atque in cæteras partes quicquid vel ingenij, vel doctrinæ habuerũt, cõferre maluerint: arbitrati (opinor) in ampla & difficili materia plus sibi laudis accessurum. Paucissima sanè pro tanta scriptorũ multitudine cõmentaria in Institutiones extãt: & si quæ circũferuntur maiorũ doctorũ titulo, ea ferè vel νόθα sunt, vel ita ab ipsis scripta, vt pro suis agnoscere aut noluerint, aut erubuerint. Fabrũ hîc licet excipere, quẽ sanè nemo doctus contẽnere potest. Angel. verò & Porcius, & si qui sunt alij eiusdẽ farinæ, hoc solo aliquod nomen sunt assequuti, quòd nemo alius Institutionum interpretationi manum fuerit admolitus. Quòd si vel Bartolus vel Paulus vel Alexander hanc sibi prouinciam sumere voluisset, iampridẽ certè, illorũ lumina obstructa cerneremus. Non erãt tamen hæc adeò negligenda, sine quibus nec maiora rectè constare possunt: cùm bene iactis fundamentis quicquid deinde inædificatur stabile perpetuò duret. quãquam rursus si rem ipsam iusta lance perpendere libet, & in hanc commentariorũ immẽsitatẽ intueri, qua simplex legum veritas maximè obscurata est, quáque pulcherrima Iuris compositio penè obruta iacet, gratulari etiam licet, pauciorib. cõmentis Institutiões

oneratas esse, si modò illa quæ extãt, talia essent, vnde tyronum studia vtcunq; adiuuari possent. Quapropter ego certè minus à scribẽdo sum deterritus, cùm quòd ab Institutionũ professore, nemo quicquam magni requirere debeat, tũ quòd nullius qui ante me scripserit, ita excelsa sit fama, vt nostrum studiũ tametsi posterius superuacaneum omnino videri possit. Hoc enim de hisce meis Annotationibus sine arrogantia studiosis promittere ausim, multò vberiorẽ eos hinc vtilitatẽ percepturos, quàm ex operosis illis, confusisque & sine iudicio ferè consarcinatis Angeli atque aliorum centonibus, in quibus multa quę cũ primis ad rẽ pertinebant omissa reperire licet, multa rursus aliena & superuacanea assuta: sed & nõ rarò absurda pro veris, & paradoxa pro receptis, & vana ac inania pro momentosis intrusa sunt: ne quid nunc de stylo dicam, quando is omnium vbiq; est similis. Nos verò quoad licuit textus interpretationi sedulò adhæsimus, ne temerè tenerum adhuc lectorem in altum difficilium quęstionum abduceremus: nisi quòd nonnunquam vel inuiti Academiæ huius consuetudini obsequi compulsi fuimus: cùm nonnullæ etiam quæstiones ab cæteris tractatæ interpretibus sic inualuerint, vt pleriq; imperitiæ aut socordiæ fuerint adscripturi, si mentionem earum nullam fecissemus: quas tamen nos & breuiùs & apertiùs explicauimus, vsumque ipsarum præsentem ostendimus, quò minus inde tædij lectori obreperet. Commentitias autem difficultates & sophisticas friuolásque quæstiunculas, quæ à quibusdam malè feriatis ingeniis in iuris disciplinam inuectæ sunt, vel penitus recidimus, vel paucissimis sic tractauimus, ne quẽ deinceps offendere possint. Promerebimur autem vel eo nomine si non laudem, veniam saltem faciliùs, quod quantum nobis per rerum curam licuit (quæ prior potiórque Iureconsulto semper esse debet) verborum sordes & hanc inolitam barbariem, qua splendidissimarum rerum dignitas miris modis eleuatur sedulò fugimus, & non modò dilucidius, sed etiam aliquanto puriùs quæ antea meris inuoluta erant ineptiis exposuimus. Nonnunquam quoque cum veteribus pedem contulimus, controuersæque opinionis argumenta explicauimus, non tantùm vt quid nostra ferret opinio ostenderemus, sed quo sensim eorum qui felicius proficerent ingenia ad grauiores causas

causas assuefaceremus: atque hîc tamen quæ ab aliis fastidiosè traduntur ἐν ἐπιτομῇ ferè complexi sumus. Quoniam verò plerisque illam allegationum syluam magnoperè abhorrent, ad ostentationem magis variæ multæque lectionis, quàm docendi gratia vulgò vsurpatam, id studio habui, vt locum aliquem insignem commonstrarent, legémque siue constitutionem citarem, ex multis eam quę & maximè ad rem faceret, & apud quam curiosius rerum scrutator plura eadem de re facilè inuenire posset. Et quò contextus interpretationis integer maneret, nec vulgaribus illis citationibus contaminaretur, quicquid fuit eius generis in marginem cõiecimus, additis literarum notis, ne quæ inde confusio exoriretur. in quo Andreæ Alciati Iurecõs. hac ætate doctissimi, & præceptoris optimè meriti, qui primus hoc exemplum in nostrã professionem induxit, morem lubenter secuti sumus. Sed & rerum capita in commentariis à nobis tractatarum prænotauimus. quę consuetudo nunc in Iureconsultorum libris inoleuit, & quærentẽ aliquid festinantémve lectorem labore subinde releuat. Ostendimus etiam obiter Græcarum Institutionum vsum, quas nos nuper in lucem restituimus, & Cæsari Optimo Maximo nuncupauimus. Siquidem Theophili qui eas trãstulit, authoritatem nonnunquam adduximus. Nonnulla quoque & ex constitutionibus Leonis Imperatoris, qui post Iustinianum, ἐπανορθωτικὰς ἀνακαθάρσεις ædidit, citauimus: non tanquam legis authoritatem habentia (quanquam sanè apud Græcos habuerunt) sed vt Latinis Græcorũ diligentiam circa ius ciuile, atque ex eorum etiam scholiis quædam non malè enucleari posse ostenderemus. Quamobrem (nisi me mea fallit opinio) nõ vulgarem studiosi ex hisce nostris cõmentariis vtilitatem percipient. eruditi verò quorum exactiori iudicio nõ omnia fortè respondebunt, facilitatem tamen nostram quòd amicorum affectibus refragari non potuimus, dignam venia ducent, honestúmq; conatum, etiam si successu careat, in laude aliqua ponent. Illos porrò non multùm moror, qui nihil (vt inquit Comicus) nisi quod ipsi faciũt, rectum putãt. inter quos quidam, si semel Accursium aut Bartolum laudaueris, confestim totum librum abiiciunt: haud meherclè intelligentes, quantum ad veram Iurisprudentiam authores illi quantumuis barbari conferant. demus enim

eos linguarum & bonarum literarum rudes atque imperitos fuiſſe (quanquam id ſeculi magis ipſius quam ſuo vitio accidit) in rebus tamen ciuilibus, iudicialibúſque controuerſiis mirè exercitati, experti atque docti fuerunt. at iſti cõtemptores quantũuis eximiè in literis eruditi, quid quæſo adferunt quo nos in iure ciuili inſtruãt? conſule de vrbana vel ruſtica ſeruitute, de teſtamenti iure, de familia erciſcũda, vel de qua obligationis perplexa ſpecie, quid illi tandem ad interrogata reſpondebunt? referent fortaſſis nobis quid ſit ſtillicidiũ, aut vnde dicatur, vel quid erciſcũdi vocabulum apud veteres ſignificarit. At hîc dicet Vlpianus, οὐδὲν τοῦ πρὸς ἔπος qui ſanè mihi non minus caſtigandi videntur cùm Iuriſprudentiæ ſtudioſi atque etiam magiſtri & doctores videri volunt, atque id quod præcipuum eſt in iure temere reiiciunt, quàm ab Cicerone oratores quidam ridentur ac reprehenduntur, qui nulla Iuris peritia inſtructi patronos ſeſe profitebantur, ciuiúmque cauſas quæ in iuris diſputatione plerunque conſiſtunt defendendas temerè ac impudenter ſuſcipiebant. Illorũ itaque iudicium & reprehenſionem adeò non moror, vt nec temeritatem nec errorem diſſimulare hîc poſſim. ac vtinam illi Alciati & Zaſij doctiſſimorũ virorum pluriúmque aliorum exemplo, rerum ipſarum cognoſcendarum ſtudio ita tandem afficerentur, vt harum gratia barbariem interpretum vel contẽnere, vel deuorare poſſent. Alij rurſus ita mordicus ipſis rebus adhærẽt, vt nullum verborum ornatum vel ſplendorem admittant, cùm tamen veteres Iuriſperiti non eo tantùm nomine laudẽtur, quòd legum peritia valdè excelluerint. verumetiam quòd literarũ, & linguarum exacta ſcientia diſciplinę huic nõ dignitatem tantùm admirabilémq; maieſtatem, verumetiam ingentem gratiam cõciliauerint. accedit prætereà ex orationis puritate proprietatéque rebus per ſe obſcuris & intricatis incredibile lumen. Et hodie non ad exponendum ſolùm, verumetiam ad intelligendum plurimùm cõfert iuris ciuilis ſtudio politioris literaturæ peritiã adiunxiſſe. Vnde fit vt veteres illi barbari, nõ modò interpretando incerta ferè vagentur ratione, vixq; ea quæ ſenſerint, exprimere poſſint: ſed pleraq; etiam intelligere atq; aſſequi nequiuerint, ea maximè deſtituti facultate, qua veteres Iureconſulti in iuris interpretatione tantoperè adiuti fuerunt.

Quod

Quod vtinam tandem hi intelligerent,qui literas nõ aliter ac hostes ab iuris cõmercio reiiciũt,ac (si diis placet) inueterato quodã animi vitio,quicquid aliquo humanioris literaturæ colore tinctum est, miro fastu aspernantur. Quorum quidem contẽptum adeò nos vicissim flocci facimus,vt ab illis propè vituperari malimus,quàm probari: cæterisq; nos magis placituros putemus,si istis displicuerimus.Prolixiùs fortassis quàm decebat prefationi immoramur.sed tamen quando is qui primùm aliquid in publicum ædit,multorum censuram subire cogitur,non omninò temerè à veteribus vsurpatum est,& ad nos vsque peruenit,vt præfationibus quibusdam,vel (vt Comici vocãt) prologis,aduersus morosos censores,vel qui non dignati legere apud tabernas tantùm libros inspiciunt, infixóq; aculeo fugiunt,noua opera præmuniãtur.Quorum etiam improbitas ipsos authores interdũ de se aliquid arrogantiùs prædicare videri cogit,dum ne à vulgari lectore vel improbo ac iniquo censore confestim reiiciantur, cauere studẽt. Hinc etiam receptum est,vt patronũ quisque suum libro præponat, qui nouum partum fouendum suscipiat, & ab maleuolorum impetitione sua authoritate defendat. Cùm verò nullus tam bonus liber prodeat, qui non insectatores mox,& multò quidẽ citius, quàm æmulatores inueniat:non est cur ego in mediocri commentariolo prærogatiuam aliquam postulem, præsertim cùm ipsum argumentum exigat,vt aliorum nonnunquam opiniones attingamus,quódque nobis optimum & verissimum videtur in magna sententiarum varietate exponamus:cui quidem non satis fecisse videmur, si nostra confirmauerimus. nisi & contraria aliorum argumenta diluerimus. quod nos tamen veterum more adeò modestè fecimus, vt opiniones quidem sedulò excusserimus , authores verò earum nusquam verbo læserimus.ac vtinam cæteri eodem vicissim iure nobiscum agant,hoc est opiniones doctè ac ciuiliter reprehendant , nos conuitiis non proscindant. Meliora enim modestè suggerentibus,multùm etiam debere lubenter profitebimur: neque adeò peruicaces sumus,vt mutare sentẽtiam recusaturi simus,si vel studium vel ætas vel doctior quispiam rectiora ostẽderit. Tantùm facessat ille Satyricus versiculus.

Cædimus inque vicem,præbemus crura sagittis.

Quid

Quid enim turpius quàm ſtudioſos mutuis ſeſe ſtilis cõfodere? Non mediocrem porrò ſpem, Gerarde doctiſſime, in te poſitã habeo, cuius ſcilicet authoritate aduerſus inuidos ac maledicos defẽdar: cũ enim ibi ſi quid in lucẽ eſſem vnquã editurus, iam pridẽ condixerim, tùm tu & hortatorem & patronum te mihi ſemper ad hæc ſtudia exhibuiſti: quãobrem æquũ eſt, vt culpã vnà præſtes, quo cum & laudẽ & gratiã, ſi quam fortè inde promerebor, lubenter partior. Laboris autem mei, vel hoc ſolo præmio contentus ero, ſi tibi ac Franciſco Craneueldio mea hęc qualiacunque nõ omnino diſplicere cenſero: nã & illius viri non modò amicitiã, verumetiã ſtudium, doctrinã, prudentiam & iudiciũ cum ipſe ſemper plurimi feceris tum ego nõ poſſum nõ venerari. magis autẽ cæteris placebũt, quæ vos vnà probaueritis, σιώπα δ' οὐ' ἐρχομένω. Tu verò etiã rectiùs de hiſce noſtris cõmẽtariis iudicium ferre poteris, quòd idẽ argumẽti genus ipſe olim diligẽter tractaueris. Viginti enim propè ſunt anni quòd Rolãdinum veterem quidẽ nec contemnendum authorẽ, qui teſtamentorũ iura vſui publico ſedulò accõmodauit, penè neglectum reſtituiſti: atque annotationib. tuis ita adornaſti, vt non modò illius iam collabentẽ famam reſtitueris, ſed tibi ſimul magnã gloriã pepereris. Porrò, quòd ex tam multis & variis Inſtitutionum titulis, hoſce potiſſimùm interpretati fuerimus, non aliud in cauſa nobis fuit, quàm vetus huius Academiæ mos: vno enim anno Teſtamentorum, altero Obligationum tituli prælegi conſueuerunt, ac ad eoſdem alternis annis profeſſores redeunt. Cæterùm cùm crebræ in Italicis gymnaſiis feriæ agantur, & accuratiùs omnia nobis pro ſcholæ Conſuetudine diſcutere neceſſe fuerit, decem tantùm titulos continua ſerie vno anno explicauimus, quibus ſanè potiſſima teſtamentorum iura, hoc eſt non minimam totius Iuris ciuilis partem (qua nõ alia vel difficilior celebriórque eſt, vel frequentiùs in vſum hominum incurrit) complexi ſumus. Quæ ad te, Mulerte omni laude præſtantiſſime, & legum ac literarum ſcientiſſime, mitto: vt meæ erga te obſeruantiæ ac gratitudinis exiguum quidem, ſed perpetuum, propitio & auſpice Deo pignus exiſtant. Bene vale. Patauij, Calendis Octobris. Anno, M. D. XXXIII.

VIGLII

VIGLII ZVICHEMI PHRYSII IVRECONsulti clariss. Commentaria in decem titulos Institutionum Dom. Iustiniani.

PRAEFATIO IN RVBRICAM De Testamentis ordinandis.

SVMMÆ RERVM TRACTAtarum in Commentariis.

1 *Iustinianum scholasticas prælectiones ordinasse.*
2 *Institutionum vsus & significatio.*
3 *Error nostrarum scholarum.*
4 *Mos academiæ Patauinæ.*
5 *Vtilitas præsentis tractatus.*
6 *Materiam testati & intestati bonam Iuris ciuilis partẽ esse.*
7 *Duplex successio.*
8 *Duplici Iure hæreditatem deferri.*
9 *Duplex bonorum possessio.*
10 *Continuatio tituli.*
11 *Porcij quæstiones friuolæ.*
12 *Quosdam generales esse Titulos ad integrum Tomum.*

DIVVS Iustinianus cùm ius ciuile immenso, vt inquit Liuius, aliarum super alias aceruatarum legum cumulo inuolutum, in compendium & ordinem quendam redigisset, tribus libris Pandectarum, Codicis, & Institutionum, vniuersam Iurisprudentiam complexus (nam Nouellæ ipso vsu rerũ exigente paulatim postea accesserunt) illud etiam minimè negligendum credidit, videlicet vt ex prudentissimorum doctorum consilio & suggestione præscriberet, præfiniretque quid & quibus temporibus in scholis

ſcholis ab legum profeſſoribus tradi ſtudioſis vtile neceſ-
ſariúmque foret.[a] Omnium quippe ſcientiarum quædam
eſt (vt ita dicam) infantia, pueritia, adoleſcentia, maturá-
que & fructui proxima ætas, vt quaſi per gradus quoſdam
ab imo ad faſtigium ſtudioſi diſcendo perducantur. † Inſti- 2
tutiones autem in omni diſciplina, quaſi infantiæ quædã
rudimenta vocantur: vnde primum incipere diſcipuli ſo-
lent: quales quidem ſunt in iure ciuili hæ, quarum nos par
tem aliquam publicè profeſſi, qualibuſcunque ſcholiis ſi-
ue commentariis adornatam ſtudioſis nunc exhibemus.
His autem diuus Iuſtinianus primum annum impendi iu
bebat: atqui hodie non hîc tantùm, verũ etiã in cætero-
rum annorum librorúmque ordinatione inueterato quo-
dam errore vetus docendi inſtitutum propè abolitum &
antiquatum eſt. † Nam qui hodie Inſtitutiones docent, 3
haud reſpicientes ad rudium tyronum mediocritatem,
difficilima quæque vix ipſis lytis prolytíſque intelligẽda
pertractant, & diſcipuli non conſiſtentes intra inſtitutio-
num ſepta, priùs quàm ſolida iecerint fundamenta ad ma
iorum doctorum ſcholas intempeſtiuè properant. Hac
docendi diſcendíque peruerſione, fit vt tot annos in gy-
mnaſijs hæreamus, priùs quàm vtilitatẽ aliquam ex hac
diſciplina percipiamus. Etſi enim ob Iuris Pontificij acceſ
ſionem, & ingentem hanc commentariorum librorũm-
que quotidiè ſubpullulaſcentium molem, & tam longum
(mille ſcilicet penè annorum) interuallum, poſt ius ab Iu
ſtiniano in vnũ corpus digeſtum plurimũ proculdubiò di
ſciplinæ huiuſce difficultas creuerit, illud tamẽ vnuſquiſ-
que ſanæ mentis videt, maximum ex ipſo ordine & recta
tradendi diſcendíque ratione cõpendium accedere: † In ua 4
luit autẽ conſuetudo in hac ſplendidiſſima Patauinorum
academia, vt duæ tantum Inſtitutionum partes publicè
alternis annis prælegantur, quarũ vna eſt de vltimis vo-
luntatibus, altera De obligationibus: potiſſimę certè illę,
ſed alias etiã diſcere eſt neceſſe: quoniam tamẽ faciliores
videbantur, propriis tyronum ſtudiis priuatíſque doctorũ
prælectionibus relictæ ſunt. Nos autẽ qui cõmentaria in
alterã partẽ conſcribere cõſtituimus, præſenti ſcenæ & re
ceptæ cõſuetudini obſequemur, vt quo modo profiteri ne
ceſſe nobis fuit, eo & in annotãdis iis quæ digna nobis li
terarũ memoria viſa ſunt, vtamur. Quãobrẽ veniã hoc no
mine

[a] In Proœmio Pandec.

mine precor, si quando prolixiore stylo nõnulla prosequi videbor: quod & ob id fuit primis lectionibus propemodùm necesse, quo materia mihi ad statas ex veteri huiusce gymnasij lege disputationes siue verius altercationes cùm collega suppeteret. atque alioqui malo reliquiarũ aliquid esse (vt eleganter ad Trebatium Cicero scribit) quàm nõ satiatũ discedere, qui ad has nostras epulas venire dignabitur.
5 † Nihil verò est opus tractatus huius de vltimis volũtatib. vtilitaté cõmẽdare, cùm nihil sit frequẽtiùs quam homines aliquid disponere, quod post mortẽ suã fieri cupiãt. Quanto verò extremum hoc iudiciũ maioris est momẽti, quippe [b] post quod aliud velle nõ possumus, & quod de omni est eo quod in hac vita [c] multis sæpe ærũnis & laboribus peperimus, tãto est prospiciendum diligentius, vt ea quæ placuerũt sic disponamus, quò effectum obtineãt: de quo qui securus esse volet, eũ oportet imprimis intelligere, quæ sit Iuris ciuilis ea de re cõstitutio: ea quippè hominũ voluntates dirigit, [d] quam mira breuitate atque luce in his Institutionũ titulis Imp. exposuit. Vnde discetis non modò ad vestrũ vsum, quánã ratione ritè ipsi testari, verumetiã quomodo aliorũ ignorãtiã scientia vestra hac in parte illuminare queatis.
6 † Cõprehendit autẽ Iustinianus sub viginti sex rubricis omnẽ testati atq; intestati successionẽ, quæ bona totius legitimæ sciẽtiæ pars est. cũ in Pãdectis quintũ tomũ impleat (earũ verò septẽ sunt tantùm partes) & in sextũ lõgè excurrat. nos primã partẽ quę testamenti materiã decẽ titulis cõplectitur, nunc exequemur, aliã aliàs vbi vberius ocium concessum fuerit.
7 † Successio [e] autem omnis est vel ciuilis, vel honoraria siue prætoria: illa hæreditas: hæc bonorum possessio appellatur.
8 † Hæreditas autem duplici iure defertur, vel testamento, vel lege. Est itaque quædam testamentaria, quædam legitima. vtranque autem adiuuat prætor. sed tunc minùs necessaria est bonorum possessio, nisi quod magis iustè videtur succedere cui authore prætore bonorum quoque possessio dabatur. [f] Est autem illa tunc necessaria, cùm neque testamento, neque lege ad hæreditatem vocatur, quem tamen succedere æquum est.
9 † Licebit ergo & bonorum possessionem diuidere in vtilẽ, & necessariam: illa comprobat & confirmat testamentarias [g] & legitimas hæreditates, hæc autem proprio beneficio successorẽ facit. hodie tamen

b lib. j. C. de sacrosan. ecclesi.
c l. 1. ff. de testam.
d l. nemo potest. ff. de legat. 1.
e facit l. qui autem. §. 1. ff. l. quæ ĩ fraud. cred.
f arg. l. iuste. ff. de acq. poss.
g j. de bon. poss. in princ.

h vide Are. infrà de exhæreda. li. in princ.

men pauciores sunt necessariæ, [h] quãdo plerosque, vt emã
cipatos & cognatos principum constitutiones ad legiti-
mas hæreditates recepêre, qui sola prætoris benignitate
ad bonorum possess. antea admittebantur. Hanc generalẽ
diuisionem volui præmittere, quo primùm quasi per can-
cellos videretis, & mente vniuersum successionum tracta
tum cõprehenderetis. Nunc autem ad præsentis & primi
in hac materia tituli interpretationẽ accingamur, qui de
testamentis inscribitur. † Quoniam verò solenne est in ru 10
bricarum declaratione ostẽdere, quo nexu præcedẽtibus
sequẽtes cohæreant, vt ordini atque methodo [i] (cuius no-
stri interpretes vsque ad superstitionẽ penè studiosi sunt)
satisfactum esse appareat, repetenda hîc erit continuatio
ex præcedẽtis tituli fine. Etenim cũ tria sint in Institutio-
nibus capita, [k] de personis, rerũ acquisitione, & obligatio-
nibus, de quibus cætera omnia depẽdent, sub secundo mẽ
bro subsequens tractatus includitur. Ostensum est enim
antea quẽadmodũ singulæ res acquirantur: nunc quomo
do per vniuersitatem dominiũ acquiramus, quod per hæ-
reditates contingit, ordine sequitur. Et hæc quidem cõti
nuatio satis ex ipso textu [l] liquet: vt actum agãr. qui quod
manifestum est dum exactiùs declarare nitũtur, reipsa ob
scurant, & implicant. † Friuolas etiã & inutiles Porcij quæ 11
stiũculas nihil arbitror necesse esse anxiè discutere, quare
scilicet non coniuncti sint tituli de testamẽtis ordinãdis,
& qui testamẽta facere possunt, quemadmodum in Pãde-
ctis: item cur priùs de ordinatione, quã de personis tracte-
tur, cũ ratio [m] exigat, vt semper à personis incipiamus. ni-
hil enim hîc dici potest, quin per alia exẽpla subueniatur:
vt in istis nõ certã legẽ Iuris nostri ordinatores secuti fuis
se, sed vt quodque ad manum venit prius vel posterius po-
suisse videãtur. nã quod ad ordinis cõtinuationisq; præce-
pta pertinet, satis fuit coniuncta hæc esse & in cõfinio po
sita: [n] nec in cõiũctis rebus de ordine multũ quærẽdũ [o] est.
separatisne ergo titulis, & hoc an illo priore, non multũ
refert. quãquã nos ĩ. quoque nõ esse hîc præposterũ ordi-
nem ostẽdemus. [p] † Titulus tamẽ De testamentis, in Pan 12
dectis, nõ tã vnius tractatus, quã totius quinti Tomi index
est, quod Iustiniani epistola ad Senatum ostendit, [q] & vere
rũ librorũ scriptura probat: quemadmodũ secũdi Tomi
titulus est De iudiciis: tertij, De reb. creditis: nã quæ sub-
sequun-

i arg. l. ij. ff. de stat. hom.

k §. fi. suprà de iur. nat. gen. & ciuil.

l §. fi. tit. præceden.

m l. si quæramus. ff. de testamen.

n Faber in ru. infr. quib. non est permiss. fac. testament.

o l. quidam. ff. de pecul. leg.

p infrà in rub. quibus non est permiss. fac.

q l. ij. §. quintus. C. de vet. iur. enuc.

ſequuntur ſpecialem tractatũ, primúmque denotant. Eſt itaque primus titulus quinti Tomi, Qui teſtamentum facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant.

1 *Reprobata à Grammaticis præſens etymologia teſtamenti.*
2 *Quomodò hanc definitionem nonnulli tueantur.*
3 *An ab etymologia differat alluſio.*
4 *Aliter defenſa contra Vallam etymologia teſtamenti.*
5 *Locum ab etymologia omnibus communem ab Iureconſ. tamen diligentiſſimè tractatum.*
6 *Bartoli traditio reprobata circa hoc argumentum.*
7 *Canoniſtarum & Decij traditio reprobata.*
8 *Quid ſit exceptio & vnde dicta.*
9 *Priuilegij etymologia.*
10 *Rapha. Cuma. in hoc argumento magis tutam & probabilem doctrinam eſſe.*
11 *An Cicero rectè poſtliminij notatione vſus fuerit.*
12 *Ab genere ad ſpeciem non rectè inferri.*
13 *Aliquando & affirmatiuè hinc colligi argumentum.*
14 *Aliquando negatiuè non rectè ſumi argumentum ab etymologia.*
15 *Regulariter negatiuè valere argumentum.*
16 *Declarata & defenſa opinio Raph.*
17 *Propriorum nominum etymologia & origo.*
18 *Vnde furtum.*
19 *Vnde dictus pontifex.*
20 *Vnde poſſeſſio.*
21 *De diffinitione.*
22 *Multas eſſe ſpecies diffinitionum.*
23 *Quæ ſit propria diffinitio.*
24 *An aliquid adijciendum ſit diffinitioni teſtamenti quam tradidit Iureconſultus.*
25 *Definitionem pro regula nonnunquam ſumi.*
26 *Definitio & diffinitio an differant.*
27 *An ſatis ſit diffinitionem generaliter procedere.*
28 *An in codicillis iuſta ſententia ſit.*
29 *Quid nos iuſtam ſententiam interpretemur.*
30 *Codicillos non habere iuſtam ſententiam.*
31 *Iuſta vxor.*
32 *Hæredis vel vniuerſalis ſucceſſoris inſtitutionem iure ciuili inuentam.*
33 *Legandi verbum olim ampliſſimum fuiſſe.*

TEstamentum ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit.

HÆc etymologia sumpta est ex secundo
libro De testamētis Ser. Sulpitij: †quā ri- 1
det lib. vj. cap. xij. Noct. Att. Gellius: & Lau. Valla [a] gra-
uiùs etiā Iustinianum carpit, quòd explosam etymolo-
giam denuo inculcet: Mentis enim, inquit, adiectio, non
magis illic facit, quàm in calciamēto, & salsamēto. nā cū
veteres testamē, dicerēt, addita ꝓductiōis causa syllaba
vsu fuit, dictūq; testamentū, sic velamē & velamētū & in
finita alia. †Pleriq; tamē nō cōtemnēdi [b] interpretes hāc 2
notā sic excusant, vt nō etymologiā Seruius & Iustinia.
tradere voluerint, sed tātū ad similē vocē alludere. Allu-
sionē autē & etymologia distinguūt, cùm tamē Acc. [c] &
interpretes nostri [d] penè omnes pro eodē ponāt. †Quod 3
si verò voluerim' linguæ Latinæ vsum inspicere, neutrū
significabit allusio, neq; etymologiā, neq; vocabuli simi
litudinē, vel quādā agnominationē. Nā alludere propriè
poëtæ dicūtur, cū sub fabulosæ antiqtatis velamēto sentē
tia latētet aliò refertur. Sed cū intelligitur (inqt Cicero
ad Trebatiū) quid significetur, minus laborādū est de no
mine. [e] Cū itaq; nostri etymologiā etiā allusionē vocēt,
de re ipsa videamus: videlicet nū deriuationē testamēti
tradere Iuriscōsulti voluerint, an tātū similitudinē quan-
dā exprimere. Et ego omnino credo ad deriuationē eos
respexisse. cur enim adiectū fuisset, ꝙ testatio sit? nec ob
aliquā immutationē literarū, vel syllabarū productionē.
etymologia amittitur. Sic & à sediū positione possessio: [f]
à monstrando, vel ab eo ꝙ curā magis cæteris præstare
debeāt, magistri [g] dicunt: etiā si obscurior in illis origo ap
pareat: de quo elegāter M. Varro li. 4. De verborū origine
ad Ciceronē disserit. †Nec fuit tā stupid' Gelli', vel Val- 4
la emūctæ naris acriq; iudicio grāmatic', vt nō potuerit
similitudinē ab deriuatiōe discernere, quærēdū est itaq;
aliud quo nostros authores defendamus: & Gelli' ipse vi
detur excusare ob vocis cōcinnitatē, quā hîc ideò liben
tiùs amplexi nostri vidētur, ꝙ in hac testatione plurimū
mēs valeat, vt rei & vocis affinitate moti hoc etymolo-
giæ adiecerīt. Ego certè amplius, Seruiū [h] miror hîc non
animaduertisse ꝓductionē, q in postliminio nihil puta-
bat esse notādū nisi post, & liminiū ꝓductionē esse vei bi:
vt in

a c.36. lib. vi. eleg.

b Alcia. lib. 4. de ver. sig. Clau. Cant. in Topic.

c gl. & Imo. in l. 1. ff. de acquir. poss.

d Bal. cōi. in l. conuenticula. C. de epis. & cleri.

e gl. in l. ij. C. de cōst. pecu.

f l. i. ff. de acquir. poss.

g l. cui praeci pua. ff. de verbo. signifi.

h Cic. in Topic.

vtin finitimo legitimo,ædirimo,nõ plus ineſſe timũ quã
in meditullio, tulliũ,à quo Scæuola & noſtri[i] cõiter diſ-
ſentiũt.Dici forſitã põt Iuriſcõſultos in hac etymologia
teſtamenti,ſolã teſtationẽ cõſideraſſe,adiectúmq; men-
tis ad maiorẽ expreſſionẽ: quod ex alia etymologia do-
ceri põt.Donatio,inquit Paulus,[k]dicta eſt à dono,quaſi
doni datio:& donũ quaſi δῶρον dicitur.Ecce hîc à ſolo do
no donatio deducitur:additur tamẽ ad declarationẽ ma
iorẽ,quaſi doni datio:nihil aũt facit datio ad deriuatio-
nẽ.donatũ enim dicimus: atq; inde venit donatio,vt ab
oratũ oratio,& à teſtatũ teſtatio.ſic quoq; à ſola teſtatio-
ne teſtamentũ deſcẽdit,adiectáq; mentis vocula eſt, vt
in explicãda donatiõis etymologia datio. Idẽ ferè eſt in
nouatione,quæ à nouo nomẽ accepit,& à noua obliga-
tione ſecundũ Vlp.[l]nemo tñ dicit vllã eſſe in nouatione
obligationis deriuationẽ.demõſtrationis quippe cã obli
5 gationis fit mẽtio.† Videtur aũt Accur.[m]hîc innuere,nõ
valere argumẽtũ ab etymologia ſũptũ.nã & codicilli te-
ſtationẽ mentis habẽt,qui à teſtamẽto tamẽ lõgè diffe-
rũt:in qua quæſtione diuerſæ ſunt interpretũ ſentẽtiæ,&
hîc ipſe locus cõmunis nobis eſt cũ oratorib.& philoſo-
phis.Illi tamẽ nullã per omnia (quod equidẽ ſciã) certã
colligẽdi rationẽ tradũt,atq; illud ſolùm voluiſſe viden-
tur vt probabile argumentũ inde ſumi oſtenderẽt.[n] qđ
etiã tũc cũ remotiſſimè ſumitur,accidit:vel quoties etiã
cauillamur, vel ludimus:vt Cicero in Verrẽ,& Chryſogo
nũ:noſtri verò ſubtiliùs & diligẽtiùs,q̃ neceſſitatẽ habe-
rẽt colligẽdi ea hîc q̃ſierũt,penitúſq; rẽ indagarũt.[o] Vix
tamẽ quicquã à quoquã ita exactè traditũ eſt,quĩ aliqua
in parte reprehẽdi poſſit:de interpretib.loquor:nã Iuriſ
cõſulti ad indicandã ſignificationẽ,vel originẽ impoſiti
nominis,etymologias tãtũ paucis verbis & leui brachio
adnotarũt.Eſt tamẽ dignus omnino hic locus diligenti
tractatu,cũ toties occurrat in legũ expoſitiõe. quãobrẽ
& ab iis qui inueniẽdi rationẽ,quã topicen vocãt,cõſcri-
6 pſere,primus ferè collocatur.[p] † & hanc rem Bart.[q]qui-
dẽ ſic definiuit:tũc poſſe hinc duci argumentũ,cùm no-
tationi definitio nõ repugnat. Sed cũ multorũ verborũ
definitiões ignorentur,quorũ tamen in prõptu ſunt ori
gines,videndũ eſt quomodo ſine finitionis adminiculo,
ꝓbatio ab etymologia colligi queat.Nã etſi à definitio-

i §.ſi ab hoſtibus,ſuprà quibus mod. ius patr. pot.ſoluitur.

k l.ſenatus §. donatio.ff.de don.cau.mortis.

l l.i.ff de nouationibus.

m gloſ.i.hîc.

n vide Rod. Agricol.li.i. c. 23. de inuen. dialect.

o in l.i. ff.de acqui.p. ſſ.in l.ü.§.appellata.ff. ſi certũ petatur.

p Nic.præſes loco vi.

q in d §.appellata.

ne petenda est huius argumẽti vis, satius fuerit atq; etiã expeditius, omisso circuitu[r] ipsã definitionẽ rei, de qua-quærimus, accõmodare. nec propriè idẽ repugnare ety-mologiã dicit definitiõi, quoties ipsa latior est ipso verbo quod definitur: neq; enim genus repugnat, cùm idipsum in definitiõe poni soleat. debet enim de meo fieri tuũ, vt sit mutuũ, nec repugnare etymologia dicitur, sed signifi catu excedere. †Decius[s] autẽ quorũdam approbauit opi- 7 nionem, vt quoties origo nõ latiùs quàm ipsum vocabu lum extẽditur, proba inde fit collectio. Verũ ea regula raris & paucis tantùm exemplis cõuenit. & Iurisconsul tus cũ ait, appellata est autẽ mutui datio ab eo, quòd de-meo tuum fiat. & ideò si nõ fiat tuum non nascitur obli gatio: ab etymologia argumentũ sumpsit: cùm tamen ea mutui fines lõgè excedat. Nam & in donatione, vẽditio-ne, permutatione, de meo fit tuum, nõ solùm in mutuo. Errat etiã Decius in exemplo exceptionis, cuius etymo logiam esse putat ab excludẽda actione, quod verũ non puto: cùm Vlpianus[t] magis describere voluerit, quã ori-ginẽ explicare: †descẽdit enim exceptio ab excipiendo. 8 queadmodum verò cùm ex regula detrahimus aliquos casus, excipere vulgò dicimur: sic & cùm actioni nõ esse locũ dicimus, simili modo exceptionẽ vocamus: quod ex ipsis exceptionũ formulis passim obuiis in iure liquet.[u] per aduerbia enim ἐξαιρέσεως, nisi, &, si non, ferè cõcipiun tur, nec priuilegiis etymologiã ꝓbè accipiũt[x] est† enim ea singulorũ lex, vt declarat elegãter Gellius.[y] & hoc po test recipi inter illa nomina, quæ significatio etymolo giæ nõ excedit. †Quod si vero præcepto aliquo cõcludi 10 huius argumẽti locus poterit, ipsius Raphaëlis Comẽsis[z] definitio tutior præ cæteris erit. quam plurimi probãt, & ij qui oppugnant, tantùm in quibusdã speciebus eã pro cedere negant: generaliter eã verã esse nec ipsimet infi-cias ire possunt.[a] quod in regulis & præceptis sufficere mox docebimus. Traditum itaque ab illo est, argumen-tum affirmatiuè quidẽ non posse colligi, negatiuè posse. neq; enim sequitur, pòst ad idẽ limen redijt: ergo postli minio redijt. sic quippe diceremus, & transfugã postlimi nium habere. †Quamobrẽ Ciceronis[b] in hoc exẽplum 11 de Hostilio Mãcino, Iurisconsultis nostris nõ est proba-tum. Sceuolæ enim placuit, hostibus deditũ ciuitatẽ non recupe-

r l. dominus. de cõdic. in deb. & ibi Bart.

s in d. §. ap-pellata.

t l. ij. ff. de ex cepi.

u not. Alcia. in repetit. l. quinque pe-dum. C. fi. re.

x c. priuile-gia. iij. dist.

y lib. x. c. xx.

z l. i. ff. de ac. poss. Fulgos. in d. § appel lata.

a not. in d. l. i.

b in Topicis.

recuperare,[c] si ab illis nõ receptus reuertatur:priuilegióque restitutus est Mancinus aduersus ius cõmune. At si nõ redijt ad idem limen, dicendum cessare quoq; postliminiũ. sic nec illud sequitur: Testatio est, ergo testamẽtum. at ecõtrariò: si non esset testatio, non est testamentũ. etymologia enim quasi genus est, & ferè latiùs se ei9
12 vis extendit, quàm ipsum nomen inde deriuatũ. † Rectè verò scripsit Fabius [d] genus ad probandã speciẽ minimũ valere, plurimũ ad refellendã: cõtrà species firmã habet probationẽ generis, infirmã refutationem, quæ dialecti
13 corum disciplina in iure etiam [e] nostro fundata est. † Aliquãdo verò & affirmatiuè argumẽtamur, quicquid enim causam instruit, instrumẽtũ dici [f] potest: quicquid nõ iure fit, est iniuria: [g] omnis doni datio, est donatio. Sed hæc generalẽ definitionẽ nõ vitiãt. pauca enim eiusmodi sũt exempla, & ferè in cæteris deriuatio excedit nomẽ quod
14 inde venit. † Eodem modo ipsorũ nominum significatio à prima impositione interdum lõgiùs recedit, pluráque cõplectitur: vt in possessione & taberna [h] similibúsq; in quibus ob id negatiuè sumi argumẽtũ nequit. Verũ cùm verba debeant cõueniẽtia esse rebus, [i] & ab antiquitate imposita sint ipsis reb9, quò apertè carũ vim significarẽt, & [k] regula sit, quod nõ reperitur mutatum, censeri adhuc
15 stare, [l] † generalẽ definitionem cõstituere possumus, valere argumentum negatiuè ab etymologia sumptũ, nisi aliud ostendatur, cũ primitiuã originẽ manere sit verisimile. Quædã autẽ sunt vocabula quæ initio ab aliquo (vt loquimur) accidenti imposita sunt. Sic nuptiæ, quòd noua nupta obnuberetur [m] & velaretur: hîc non valet ar
16 gumentum, cùm priscus ritus abolitus sit: † ídq; fortè est quod dicere Raphael voluit non procedere argumentũ cùm ab aliquo euentu vel accidenti (vt alij loquuntur) initio impositũ rei nomẽ est, at vbi ab ipsius rei substãtia inditũ est, vt in testamẽto & mutuo. cùm ea magis perduret, meritò creditũ firmiorẽ tum esse probationẽ. Nec me mouet quod Decius ait, ab initio rei substantiã non posse cognosci. hoc enim est falsum. nã quis nõ videt cõsensum substãtiam esse in nuptijs, velamentũ accidens? idémque in cæteris. Sed eiusmodi accidentia, ob quæ nomen imponitur, formæ vim plerũque habẽt, cuius defectus rem vitiat. [n] vt olim valuerit argumentũ, nõ est ob-

c l. fi. ff. de leg. A. Gel. li. 10. cap. 20.

d li. 5. ca. 10.

e l. si quid earum §. inter emptum. de leg. 3.

f l. 1. ff. de fide instru.

g infrà de iniur. in prin.

h l. tabernæ. de verb. sign.

i suprà de donat. § est & aliud.

k ar. l. Labeo de supell. legat.

l l. præcipim9 C. de appel.

m c. hæc imago 33. q. iiij.

n Bal. in l. cõparatiões. C. de fide instr.

uoluto capite ad sponsum ducta,ergo non sunt nuptiæ.
Regulariter itaq;,nisi id adsit ob qđ rei nomẽ est impo
sitũ,neque ipsum nomẽ cõpetere dicemus. †propria au 17
tẽ nomina temerè & sine aliqua fere causa imponi so-
lent.quanquam & in propriis rationem aliquã perpen-
dat diuinus Plato in Cratylo.hinc in Augusto & Cæsa-
re,quæ nũc quasi hæreditaria sunt imperatorũ nomina,
nõ est superstitiosè etymologia inquirẽda,& nõ tam ab
augẽdo,quã ab auguriis impositũ Octauio[o] priùs nomẽ
fuit.Iason alibi multa exẽpla collegit,[p] limitationésque
ad prædictã regulã,quæ mihi hîc omnia explicare nõ
est animus.Illud tamẽ sciẽdũ,pleraq; nomina imposita
esse ab officio vel proposito:vtRex,Orator,matrimoniũ
iudex.at qui nũc nõ regit vel orat,est tamẽ Rex vel o-
rator.& quãquã ius dicatur ab iustitia,tamẽ & cũ est in-
iustitia,nomẽ tamẽ manet,relatione,inquit Iurisconf.[q]
facta ad id quod fieri debuit.† in furto & põtifice, ego 18
puto regulã procedere:& si enim furta[r] dicãtur etiam
quæ non fiunt nocte,tamen cùm aliæ etymologiæ ma-
gis sint receptæ,in quas Græca Latináque cõsentit ori-
go,& prima etiã ab Aul. Gellio[s] reprobetur, illinc po-
tiùs colligemus.[t] Quotiescunque ergo nõ aufertur,nec 19
contrectatur res,non potest esse furtum.†De pontificis
etymologia miror cur nostri potiùs Varronis[u] senten-
tiã,quã Scæuolæ sint amplexi, ille à ponte sublicio fa-
ciendo curandóque nomẽ deducit , quod nostri posteà
deflexerũt ad vitæ cœlestis pontẽ. Scæuola probabiliùs
mihi dixisse videtur,à posse & facere dictũ Pontificem,
quòd sacrorũ penes illũ summa esset potestas,quò per-
tinet illud Vergilii,Cùm faciam vitula.&,Ne tamen ex-
tinctum faciam pecus.quam etymologiã Sabellicus[x] ex
eo etiã probat,quòd id nomen ab Numæ tẽporibus cœ-
perit primi Ro. religionis authoris , cùm põs sublicius
posteà ab Anco Marcio ædificari sit cœptus:cui ergo nõ
erit sacrorum potestas,ei pontificis nomen non cõpe-
tet.[y] De possessionis etymologia illud quoque notan- 20
dum,vulgò eã deduci à pedum positione :quod & si nõ
sit vsque adeò absurdũ:meliùs tamen conuenit, vt à se
diũ positione deriuetur:nã & vulgari lingua,eũ qui pos
sidet,sedẽ posuisse dicimus,& verbũ ipsum nõ satis pati
tur,vt & pedũ & positionis illic concurrat deriuatio:se
dendíque manifestũ apparet in ipso possidẽdi verbo ve-

o Sueto. in Augu.& Ouid. in Fastis.
p in d.l.1.
q l.fi.ff.de iustitia & iur.
r l.1.ff.de furtis.
s ca 18.li.1.
t facit Alciat. in d.l. tabernæ.
u Varro in libro de lingua Latina.
x Enneadis 2.lib.3.
y l.i. de acqui. poss.ff.

ſtigium. Quidã & hoc reprehẽdunt, malúntque ab hoc nomine pos cõponi, quod in cõpoſitione ſolùm inuenitur, vt cõpos, impos, quaſi qui potens & cũ potẽtia ali cubi ſedeat [z], is demum poſsideat. Verùm ego Iuriſcon ſultis noſtris adſtipulor, vt prima ſyllaba à pono veniat atque poſitione: in ſedendi enim verbo nobis nõ diſſen tiũt. Et vt Varronis verbis hanc diſputationẽ cõcludã, ſciendũ eſt multas etymologias obſcuras eſſe: quòd neq; omnis impoſitio verborũ extet, quòd vetuſtas quaſdã deleuit, nec quæ extat ſine mendo omnis impoſita, nec quæ rectè eſt impoſita cuncta manet: multa enim verba literis cõmutatis ſunt interpolata, neque omnis

z *Alciat. in d. repet. l. quĩque pedum.*

21 origo eſt noſtræ linguæ à vernaculis. † Etymologiæ ſuccedit diffinitio, cùm (vt nonnulli volũt) diffinitionis ſpecies quædã ſit ipſa notatio. Et Fabius [a] ait, pleraque per ipſam etymologiã finiri. atq; ob id ſic incepit hîc Theophilus, περὶ τῶν ἄλλων ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὸν τῆς διαθήκης ὅρον, ἤτοι ἐτυμολογίαν. lata enim ſignificatione quicquid quoquo modo rẽ deſignat, diffinitionis appellatione venit: ſic & quæ κατὰ ἀντίληξιν, id eſt, cũ pro nomine redditur nomẽ, fit expoſitio: vt tacere, eſt ſilere: & per τύπων. & exẽpli gratia facta demonſtratio, etſi nõ propriè, diffinitiones tamen vocãtur: & poſteriore ferè ſolemus vti in rerũ corporaliũ deſignatione: neq; enim res meliùs noſci põt, q̃ ſenſib. ſubiecta: diffinitionúmque maior vſus in iis reb. quæ intelligũtur tãtùm & ſolo animo cernũtur.

a *lib. 5. c. 10.*

22 Multa aũt alia diffinitionũ sũt genera, † quę Boëtius breuiter & elegãter libro III. in Topica Ciceronis exponit. quorũ etſi exẽpla liceat reperire in libris legũ, tamẽ cùm nec propriè diffinitiones ſint, ſed tantùm καταχρηστικῶς, & rei proprietatẽ minus plenè explicent, atque in argumentando vim neceſſitatémque haud magnã ha-

23 beant, ad illã tranſeamus † quæ propriè diffinitio [b] dicitur, conſtãs ſcilicet ex genere & differentiis. Genus, eſt verbũ pluribus ſpeciebus cõmune. Differentia, propriũ quod nullã in aliã rẽ transferri poteſt. hoc cũ vno alteróve verbo perfici nequeat, multa perſepe colligenda [c] ſunt, quæ iuncta proprium quiddã efficiunt. modúmque hũc colligẽdæ diffinitionis pulchrè declarat Cicero, [d] & nos exẽplũ habemus in diffinitione teſtamẽti ab Vlpiano tradita: in qua idẽ nõ inſcitè Bar. deducit [e]. Et hęc

b *Bar. in l. 1. ff. eodem.*
c *Rod. Agr. c. 5. lib. 1.*
d *in Topic.*
e *in l. 1. ff. eo.*

quidem diffiniendi lex vſitatiſſima eſt, atque firmiſſimū robur in argumētādo habet. Cicero[f] duo alia diffinitionum genera adiecit, vt aliæ ſint partitionū, aliæ diuiſionum, quæ cùm totā rem, id eſt, omnes partes vel ſpecies cōprehendunt, neceſſitatem etiā in colligēdo inducunt: nec minus valet, quàm prior illa, & ſi ea ad rē demōſtrandā potior ſit, plúſq; autoritatis habere videtur ob cōmunis in diffiniendo præcepti obſeruationē. Debet autē[g] diffinitio plena eſſe, non tamen redundās, id eſt, definito per omnia æquari: †atque ob eam rationem in teſtamē- 24
ti diffinitiōe adiiciebat illa verba hîc Accur. cū hæredis inſtitutiōe, vt ab legatis codicillíſq; ſeiūgatur. quod Bartolo[h] atque aliis diſplicet, cùm ſub iuſtæ volūtatis ſignificatione ſatis hoc includatur. Iuſta enim ſententia, perfectam[i] ſignificat. nō eſt autem perfecta, niſi hæres aliquis inſtituatur.[k] Verùm hoc difficultatē non extricat. adhuc enim ipſa codicillis legatis fideicōmiſſiſq; cōueniet, cū in ſuo genere perfectæ ſentētiæ[l] ſint de eo qđ poſt mortē ſuā quis fieri voluit. nec enim ob id minus eſt perfecta[m] muſca vel formica, quod natura elephantis maioribúſque animalibus benignior fuiſſe videatur. Perfectū enim vnumquodque ſecundū ſuum genus dicitur, & eſt quidē cæteris plenior voluntas, teſtamētum ſolenne, ſed poſitiuum nomē habet diffinitio: neq; facilè ea talē interpretationē admittit, vt pro iuſtiſſima ponatur iuſta. nihil enim magis definitionem cōmendat, quàm perſpicuitas, nec poteſt recipi id quod[n] quidā volunt, vt perfectionē hîc iuſtæ ſententiæ appellatione eā intelligamus quæ teſtamēto cōuenit. Diffinitio enim ſine aliqua relatiōe exprimere diffinitū debet, nec alijs ſpeciebus poſſe adaptari. hinc quidā[o] ſuffugiūt ad vulgatā regulā: †Om- 25
nē definitionē in iure ciuili periculoſam eſſe: rarū enim eſſe vt ſubuerti nō poſſit.[p] Verū nec ea ſatis patrocinatur: ibi enī definitionē ꝓ regula accipi, verius eſt, vt Accur.[q] declarat, & ꝑ ſe titulus demōſtrat. Idq; ex primo eius tractat[9] reſpōſ[o] colligitur ex illis verbis, quæ cū in vno vitiata eſt perdit officiū ſuū: nec temerè adiectū in iure ciuili. cæteræ enī diſciplinæ faciliùs ꝑceptis ſe includi patiūtur. hic ex rerū varietate æquitas alteratur, & noua aliqua ſpecies ſub generis ſæpe definitionē cadere neqt. In hoc aūt ſenſu, & definitio & definire apud iuriſcōſultos crebrò ac-

f in Topic.

g l. i. §. i. ff. de dolo. & ibi not.

h d. l. i. ff. eo.

i l. cùm filio. § fin. de leg. iij.

k §. ante hæredis. infrà de leg.

l Paul. Caſt. in l. i. ff. eod.

m Chriſtoph. Porc. hîc.

n Fran. Areti. in d. l. i.

o Moder. Pauî. hîc.

p l. omnis ff. de regul. iur.

q in d. l. omnis. vbi vide Budæum.

r l. i. ff. de reg. iur.

brò accipitur. Sic Vlpian.[f] puto rectè generaliter definiri, vtrum in potestate fuerit conditio, an nõ fuerit, facti potiùs esse. Item Catoniana regula[t] sic definit, & deinde quæ definitio in quibusdã falsa est, hoc & determinare & determinationẽ generalem interdum vocãt Iurisconsulti.[u] Quidam[x] autem ipsa scriptura distinguunt explicationem eam quæ genere & differentia cõficitur, qualẽ testamenti suprà recitauimus, ab summaria hac & generali enarratione, quam regulam interpretor, † vt hanc definitionem, illam diffinitionem vocemus. Sed ego nõ vulgum modò, sed & doctos plerosque viros nõ distinguere video: & librariorũ errore iã olim ista cõfusa sunt, vt meram illi cõiecturam sequãtur, cùm nec ratio diuersæ scripturæ vlla appareat. nam vtrunque verbum ab eadem præpositione cõpositum est, nisi quod in altero mu-

27 tata est litera, vt & in Diuidere & Diffindere. † Hinc breuiter & illud addam, quosdam nõ attendentes ad hanc distinctionem, tradidisse satis esse definitionẽ generaliter procedere,[y] quod alij reprehendunt:[z] cùm omnes casus definitio complecti debeat, quos cõtinet diffinitum: hoc est vox ea quę diffinitur. Etenim si de regula agimus, verum est satis esse vt generalia complectatur,[a] atq; etiam in aliis quibusdam diffinitionum generibus idẽ admitti potest: veluti cùm diffinimus, furtũ esse cõtrectationem fraudulentam rei alienæ,[b] inuito domino. & tamen aliquando furtum videtur fieri sine contrectatione, itẽ[c] rei suæ, item volente domino. at in illa dialectica & propria omnia cõuenire debent, neque plura cõplecti definitio quàm definitum, neque pauciora.[d] Sed vt de quocunq; vnum dicitur, dicatur & alterum.[e] † Nõ esse verò idem

28 testamentũ & codicillos, manifestiùs est, quàm vt probare sit necesse: & tamẽ his omnibus testamẽti definitio videtur cõuenire: neque tollit difficultatem. quod iusta & perfecta sentẽtia codicillorũ dici nequit, relatione scilicet testamentariæ perfectionis. Perfectionẽ enim nõ cõsideramus alterius respectu, sed per se: vt nec illud probẽ quod quidã[f] adferunt, definitionem debere intelligi secundum naturã definiti, id est, testamenti: in quo requiritur hæredis institutio: at hoc in testamẽto certũ est: sed in definitione idẽ exprimi debebat, eam enim cõuenit sic perfectam esse, vt per se idem indicet quod definitũ.

f l. suus quoque. § .1. ff. de hæred. instit.
t l. 1. de reg. Cato. ff.
u l. in fraudẽ. § . fi. de testa. milit.
x Val. in Anton. Raud. [illegible] in l. omn[illegible] de reg. iur.
y Abb. extra. de iud.
z Alci. lib. 6 parer. c. 19.
a l. omnis definitio. ff. de re. iur. & dic. l. suus. § .1.
b § furtũ. J. de obl. quæ ex deli. nasc.
c § . aliquãdo cum seq. inf. de oblig. quæ ex deli. nasc.
d d. l. [illegible] § . 1 ff. de dolo.
e Agri. cap. 5. lib. 1.
f Fran. Are. in d. l. 1. ff. eo.

Quapropter † hic nodus aliter fortaſſis diſſoluet, meliùs 29
videlicet, vt iuſtā voluntatem interpretemur, nō quidem
perfectā (tum enim procederet quod in cōtrarium indu
ctū eſt) ſed ſolennem, atque ea ipſorū Iuriſcōſultorum [g]
fuit interpretatio. † Codicilli autem nō iuſtam, id eſt, ſo- 30
lennem cōtinent ſententiam, cùm in ipſis nulla ordina-
tionis ſit ſolēnitas: vt clarè dicit Imperator, [h] & mulieres
in ipſis poſſint eſſe teſtes. [i] nec ſcio an olim deſiderati fue
rint quinque teſtes hodie non eſt dubium, [k] ſed tamen
nō tales ſunt iſti teſtes, quales in ſolennib. & iuſtis acti-
bus requiruntur, id eſt, ciues Romani puberes cū aliis an
tiquis qualitatibus: & cùm in his legata & fideicōmiſſa
ſcribantur, nec ipſa quidem dicentur ſolennes volūtates
eſſe: magis enim indicare vidētur res [l] de quibus volūtas
hæc cōcipitur, quàm ipſam voluntatem: vnde legatarios
corporum ſucceſſores, [m] hæredes iuris dicimus. Et quan-
quam aliquod & in ipſis ius cōſideratur, [n] non inde ta-
men dicitur iuſta volūtas. † Sic eſt legitimū & illegitimū 31
matrimoniū, iuſta & iniuſta vxor: [o] & tamē iniuſta vxor
à cōcubina aliquo iure diſtinguitur: at iuſta illa tātùm,
quæ ritu, moribus ſolennibúſq; omnibus Quiritium ſer
uatis ducta fuit, & in manum cōuenit, quam veteres ma
trēfamiliâs vocabāt. [p] † Hæredis verò inſtitutionem Iu- 32
re ciuili in teſtamētis introductā ex vulgata regula, Ius
noſtrū, [q] &c. cōſtat: vnde miles de vna re teſtari poteſt, [r]
cū pagani hęredē, id eſt, vniuerſorū bonorū ſucceſſorem
relinquere debeāt, [s] militibus enim ſolēnitas oīs remiſ-
ſa eſt. Erit itaq; ſolennitatis, non ſubſtātiæ primæuæ hę-
redis inſtitutio, quæ in teſtamentis aliarum gentiū non
requiritur, apud quas de minima re declarata volūtas ſi
ne accreſcēdi iure obſeruatur, [t] cætera bona iis occupāti
bus, qui propiores ſunt ab inteſtato. Illud tamē nō nega-
uerim, † Legandi verbū olim æquè latè porrectū fuiſſe, 33
atque nunc teſtandi, quod ex lege duodecim tabularum
probatur, [u] vti quiſq; legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto. Sic Liui.
[x] Numitori gētis Syluiæ regnū legat. Hodie ad ſolas ſin
gulares donatiōes, poſt mortē ab hęrede præſtādas refer
tur. [y] Lōgior in his fui, quàm quorundā fortè ſtomachus
ferat: ſed cùm iſta toties in ſcholis vētilētur, & p multos
ſepe dies diſputētur, operę p̄ ıū me facturū duxi, ſi paulo
diſtinctiùs lucidiuſq; enarrarem. Nūc ad reliqua pergā.

Sed vt

g l. i. ff. de inuſt. rup.
h §. fi. J. de codicil.
i not. in l. fi. C. de codic.
k per d. l. fi.
l Mod. Pa... hic.
m l. quædā. §. is antē ff. de eden.
n l. id tēpus. §. 1. de vſucap.
o l. ſi vxo. ff. ad leg. Iul. de adult.
p Boet. in Topic. Cicer.
q l. ius noſtrū. de reg. iur.
r l. ſi duobus. ff. de milit. teſt.
s dicam J. §. ſed prædicta.
t fac. quod dicā. J. de milit. teſt. in prin.
u l. verbis legis. ff. de verbo. ſignif.
x li. 1. ab vrb. condi.
y tot. titul. de legib.

Sed vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo genera testamentorum in vsu fuisse: quorum altero in pace & otio vtebantur, quod calatis comitiis appellabant: altero quum in prelium exituri essent, quod procinctum dicebatur.

1 *An abolitæ leges, leges dicendæ sint.*
2 *An leges correctæ allegari possint.*
3 *Posse veteres leges non etiam corpori insertas adduci ad nouarum expositionem.*
4 *Si veterum extarent monimenta minorem in legibus obscuritatem fore.*
5 *De testamento quod calatis comitijs fiebat.*
6 *Comitia quomodo à consilio differant.*
7 *An testamẽtũ quod calatis comitijs fiebat: penitus sit sublatũ*
8 *Procinctum testamentum vnde dictum: & de antiquitate eius ex bonis authoribus.*

1 CItat hic ex Iustiniani constitutione contrariã sententiam Accursius, [a] † quæ nihil opus esse censet veteris iuris prolixitatẽ reuoluere, nec quicquã ipse respõdet. Faber & Angelus in verbosa antiquitate id concedunt, ea verò quæ non prolixa sunt, & intelligẽtiam adiuuãt, legenda censent. Ego nec ob prolixitatẽ negligenda puto, si vtilitas inde aliqua & dilucidior sensus hauriri põt. Nec quicquã locus citatus obstat: ibi enim ideo opus non fuit reuoluere iura antiqua, quòd casus illi nouo iuri inserti essent: quod si omissi fuissent, non negat Imperator debuisse ex antiquo iure repeti. cuius loci argumẽto vti aduersus eos soleo, qui Iustinianum
2 falsò tradũt vel credũt veterũ cõcremasse volumina. † Verùm verò leges antiquatæ correctæque allegari possent, nõ satis sibi consensit Accur. [b] Bartolus, [c] cæterique ad decisionem quidem causarum, quasi ipsarũ dispositio adhuc vigeat, allegari citra falsi crimen non posse, recte existimant. recitatio enim in cognitionalibus [d] certaminibus, non tamen simplex citatio prohibita est, dolúmque oportet interuenire, vt illi pœnæ locus [e] fiat. At in argumentũ trahi posse tunc consentiunt, cùm leges quæ correctæ sunt, eædẽ in iuris corpore adhuc

a l. vnic. §. & cum triplici. C. de cad. tol.
b gl. in l. 1. in pr. ff. de con. cum emã li. & gl. contra in l. vnic. C. de lat. li. tol.
c in l. 5. ff. de fal. not. Mod hic.
d l. vnic. §. hunc igitur. C. de nouo Codice. confirm.
e l. nec exemplum. C. de fal.

f Bar.in d.l. fi.ff.de fal.

extant.[f] Quod quidem olim sine cõtrouersia admissum
est:†nũc cùm Theodosianus Codex,cùm Caij institutio 3
nes,cùm Iulij Pauli sententiæ,in lucẽ redierint,& plures
veterum libri aliquãdo sint prodituri, modò non essent
inuidi occultatores antiquorum authorum,quos meritò
βιβλιοτάφους appelles,nescio quantum Bartol. opinio pro-
banda sit,inde certè argumenta non leuia sumi possunt:

g Alc.in repe.l.quinq; pedũ. C.fi.reg.

nam & quinque pedum præscriptionem[g] antea incogni-
tam patefecit integra cõstitutio apud Agenniũ vrbicum
relata. Quid igitur?an Bartoli probabimus opinionem?
Mihi sanè nõ satis magna apparet causa,quare magis ex
legibus expressè correctis sumi argumẽtũ debeat,quàm
ex omissis & nouo corpori non insertis,cũ hæ tacitè tan
tùm sublatæ videantur.nec satis etiã scio,an penitus su-
blatæ sint, quanquam plenam authoritatem nõ habent.
Etenim quòd correctæ leges Corpori adhuc insertæ ma
neãt,ea est causa, quòd nouæ cõpilationis vel molestiã,
vel inuidiã principes fugiãt.alioqui si de integro ius re-
sarciretur, & illæ proculdubio leges quæ correctæ sunt
resecarẽtur. Si ergo ex correctis legibus licet argumẽta
sumere,cur nõ ex omissis?Nã & Gratianũ in Decretorũ
cõpositione constitutiones aliquas allegare scimus,quę
non extant in iure nostro:& xij.tabularum fragmẽta cu
riosè inuestigamus,philosophorúmq; & oratorũ autho-
ritate nõnunquam libẽter vtimur:cur ergo nostra adeò
reiicimus?maximè cùm nõ sic allegentur, tãquam legis
vim obtineant,sed vt in re dubia vel obscura vel iudicis
cognitionem instruant,vel vt ad intelligendũ viã ape-

h no.in l.sciẽdum. ff. qui satisf.cog.

i no.in auth. quas actiões. C. de sacrosf. eccle. Alcia. lib.ij.de ver. signif.

riant.Iam & nouæ leges per antiquas distinguuntur,[h]&
municipiorum institutis plerunque ea quæ in iure ciuili
correcta fuère iterũ sunt recepta,& ipsa correctoria iura
saniorem interpretationẽ accipiũt,quoties ad antiquius
aliquod ius redimus.[i]Ego itaque generaliter censeo pos
se nos leges vel desuetudine abolitas,vel ob cõpositiõis
cõpẽdium resectas & omissas,vel expressè correctas,ad
ducere in qualecunque argumentum: modò tamẽ citra
fraudẽ hoc fiat.Multi enim imperitis iudicibus correcta

k Bar.in d.l. fi.ff.de fals.

rum legũ allegatione imponunt:[k] atque vtinã plurima 4
extarẽt hodie antiquitatis monumẽta:neq; enim de ple
risq; ob veterũ legũ ignorãtiã tã immensa creuissent no
stratiũ interpretũ cõmẽtaria.De iurisdictione,de mero
mixtóque

mixtóque imperio, quàm cõfusus nunc tractatus, quàm multa circa substitutiones sunt intricata? ne infinita alia enumerem; quæ breuissimis veterum sententiis elucidari possent. Sed redeo ad rem.

5 *Calatis comitiis*] †Accursij hîc manifestior est error, quã vt reprehensione egeat: calata quippe dicũtur, quod classes per ordinẽ calarentur, hoc est vocarẽtur. explicat autem hæc testamentorũ genera ex Lælio Felice, A. Gellius.[l] Vixit autem Lælius sub Hadriano,[m] eiusq́; authoritate Iureconsulti etiam vtuntur, quo maior nobis authoritas illius esse debet. Vocãt autem Romani, comitiũ locum, in quẽ populus suffragiorũ causa conueniebat. pro actu ipso, pluraliter tantùm (vt C. Cæsari placuit)[n] veteres vte-
6 bantur. Differt autẽ † ab comitiis, cõuentus. Etenim dũ comitia calabantur, id est conuocabãtur, totus populus per cornicinem adesse iubebatur. Cõuẽtus autem est, vt interpretatur Theophilus,[o] ῥητὸς χρόνος πρὸς κατάλυσιν δικῶν ὅπινεν καιρός. id est, vt Festus ait, cum à magistratibus iudicii causa populus cõgregatur. Constabat autem consilium Romæ, ex senatoribus & equitibus. In prouinciis, ex assessoribus:[p] quos nunc quidam consiliarios vocãt, præsidi vel iudici assistentes: vnde crebra mentio manumissionis apud cõsilium.[q] Huiusmodi autem testamenti factio, bis in anno cõtingebat, præcone vniuersam circumeunte ciuitatem, populúmque calante, hoc est conuocante: atque[r] ibi qui volebant, populo audiente voluntatem extremam exponebant, obtestabantúrque Quiri-
7 tes, vt ratã eam seruarent. † Cùm autem populus omne imperium in principem[s] contulerit, vulgata lege regia, testamentum coram eo, tãquam coram populo factum, hodie etiam obtinet:[t] vt hîc testandi modus non penitus sublatus, sed solùm mutatus videatur.

8 *Procinctum*] Non † quòd succinctè fieret, vt diuinat Accursius: sed quòd procincti dicũtur milites[u] (authore Festo Pompeio) quasi præcincti & expediti: fiebat enim per nuncupationem in ipso militũ ad expeditionem apparatu, ob dubiam belli aleam. De hoc sic scribit in Coriolano Plutarchus: ἦν δὲ τότε τοῖς ῥωμαίοις ἔθος εἰς τάξιν καθισαμένους καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον, ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι τριῶν καὶ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντες τὸν κληρονόμον, morem scilicet fuisse Romanis,

l lib. xv. c. 27
m l. antiqui. ff. si pars hered. pet.
n A. Gel. ca. 8. lib. 19.
o §. eadem lege. suprà qui. ex caus. manu.
p de offic. assess. ff.
q ff. & C. de vind. lib. per totum.
r Theophil. hîc.
s §. sed & quod princi. pi. suprà de iure nat.
t l. omnium. C. eodem.
u facit. l. vni. de bon. posse. ex test. mi. ff.

Romanis,vt in acie constituti , & iam clypeos sumptu-
ri, togámque præcincturi , hæredem tribus,quatuórve
exaudientibus nũcupantes,testamenta simul cõderent.
Meminit& Cicero li.j.de oratore:Reprehẽdebat,inquit,
Galbã Rutilius,quòd is se,tanquã in procinctu testamẽ-
tũ faceret,sine libra atque tabulis,populũ Rom.filiorum
orbitati tutorẽ instituere dixisset. Est enim & tutorũ cõ-
stitutio pars testamẽti,vt & hæredis institutio,& legato
rũ libertatísq; datio. Differt tamẽ hæc testamẽti species
ab militari,quòd militum priuilegia nõ sint antiquiora
Cęsarum imperio: *cũ procinctũ ante leges XII.tab.fue-
rit,vti ex suprà scripta Plutarchi authoritate colligitur.

** l.i.de test. milit. ff. dicam infrà de mil.test.*

Accessit deinde tertiũ genus testamentorũ, quod dicebatur per æs & libram : scilicet quia per emãcipationem,id est imaginariã quãdam venditionem agebatur quinque testib.& libripende ciuib. Romanis, pauperibus,præsentib. & eo qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidẽ priora duo genera testamentorũ,ex veterib.tẽporibus in desuetudinẽ abierunt. Quod verò per æs & librã fiebat,licet diutiùs permãserit,attamen partim & hoc in vsu esse desiit.

1 *Ex qua causa olim testamenti genus per æs & libram inuentum fuerit.*
2 *Qualis hîc emancipatio interuenerit.*
3 *Familiæ emptor loco hæredis.*
4 *Libripens quis dicatur.*
5 *Emptio olim appensa pecunia fiebat.*
6 *Imaginariã emptionẽ per vnũ assem,vel sestertiũ fieri solitã.*
7 *Quare hoc testamentũ per emãcipationẽ nõ donationẽ fieret.*
8 *Quare sublatum sit hoc genus testamenti.*
9 *Pactum de futura successione olim valuisse & consuetudine posse confirmari.*

ACcessit] †Cur tertiũ hoc genus testamenti olim addi 1
tũ fuerit,elegãter Theophilus explicat. Eueniebat
enim vt multi intestati decederẽt:nã cùm mali existime
tur ominis,valentẽ & sanum de morte cogitare,pleriq;
testamẽta ad mortis vel ad ægrotationis tẽpus differe-
bant, & quia tum nõdum comitiorum tempus instaret,
populús-

populúsque difficulter & rarò cõueniret, intestati moriebãtur: neque etiam semper bellũ erat: nec scio an & mulieres in procinctu testarẽtur. Bene itaq; tertius hîc modus inuẽtus fuit, omni tẽpori, omnibusq́; personis aptus: neque tamẽ hîc videbatur tã testamentũ esse quã contractus: fiebat enim per emãcipationem, id est imaginariã
2 venditionẽ.[a] † Quidam [b] intelligũt interuenisse filiorũ emancipationem, sed ne sic quidẽ omnibus cõcessa fuisset testãdi libertas. nam plerique nõ habent liberos: mulieres verò etsi habeãt, tamen eos nõ[c] habent in potestate, nec inuitus quis emãcipari[d] potest: nisi dicamus, veteres potuisse etiã inuitos emancipare,[e] multo pleniorem potestatem, quæ paulatim imminuta[f] fuit: & hoc quoque admisso intellectu, ex alieno arbitrio testãdi facultatem pendere dicẽdũ esset. Sequeretur etiã illud, nunquã filiũ ex hoc testamento suũ hęredem fuisse. Nec patria potestas, vel ficta dominij cõtinuatio impediebat facultatẽ testãdi, licebat enim eos exhęredare & occidere.[g] Credo itaque falsam esse eorũ opinionẽ, qui putãt de liberorũ emãcipatione hîc agi. Is enim posset quoq; videri extraneus esse actus, & testamẽti cõtextũ vitiare: de quo infe-
3 rius.[h] † Decepti aũt fuêre interpretes, quòd putabãt emãcipationem solũ ad liberos referri, cũ significet quãcunque imaginariã venditionẽ: quod & Budęus elegãter declarat.[i] Emancipabãtur itaq;, id est vẽdebãtur ipsa bona: vnde postea hæredẽ vetustissimi familiæ emptoris imaginem obtinere[k] dicitur. nã familiã pro rebus accipi, id est patrimonio & hæreditate, vsitatũ est[l] satis. inde familiæ erciscundę iudicium. Hoc etiã clariùs patet ex Suetonio in Nerone: Ex hoc, inquit, Domitius nascitur, quem emptorem familię pecuniæq́; in testamento Augusti fuisse, mox vulgò notatũ est. Erant itaque & ipsi filij sæpe familiæ emptores. nescio an & hoc voluerit significare Pomponius,[m] cùm dicit, lege duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videri.
4 *Libripẽde*] † Hîc aliqñ simpliciter põderator,[n] aliqñ zygostates vocaț, à pẽdendo aũt, siue põderãdo nomẽ venit, & à libra. Veteres enĩ ære graui & rudi ac nõ signato[o]
5 vtebanț, & nõ numerabãt, sed appẽdebant pretiũ. † Olim itaq; in põdere cõsistebat pretiũ, qđ hodie sine pecunia numerata esse nequit.[p] Fuit etiã tẽpus, cũ sola pmutatio[q] mercium

a §. præterea. ĩ. quib. mo. ius patr. pot.
b Fab. hîc.
c §. fœmina. ĩ. de adopt.
d ĩ. generaliter in aut. quibus. mod. na.
e l. ĩ suis. ff. de lib. & posth.
f cont. l. illa instit. de her. instit.
g d. l. in suis.
h ĩ. §. sed cũ paulatim.
i in primis en not. Pand.
k §. sed neq; infrà eod.
l l. pronũtiatio. § i ff. de verb. signi.
m l. statu liberi à cæteris §. fi ff. de statulib.
n l. ij. de ponder. C. lib. x.
o not. ĩ. §. hæred. & §. sequen de hær. instit.
p §. item pretiũ. ĩ. de emp.
q facit ĩ. §. itẽ preciũ. de emptionib. l. i. de rerũ, per mut. ff.

mercium esset:&adhuc venditio,pecuniæque vsus apud
barbaras multas gentes incognitus est.Quãobrem veri
simile permutationem antiquiorẽ esse.Hodie verò cùm
apud oẽs gentes humaniores,pecuniæ vsus sit receptus,
nõ immeritò distincta est emptio à permutatione,[r]&iu
risgentium cõtractus dicitur.Instituit autem ipse Liber
pater emere & vẽdere,authore Plinio.[f]Fuit ergo & hoc
testamenti genus vetustissimũ,atq; ab ipsa antiquitate
descendit.in omnibus autẽ mãcipi emptionibus, id est
emãcipationibus,siue imaginariis emptionib. libra in-
terponebatur,teste Plinio.[t]vnde satis apparebat,nõ ve-
ram esse emptionem,sed quãdam antiquitatis figuram:
atque ideo emancipationem,imaginariã interpretamur
emptionẽ.Inde etiã dicimus imaginariã emptionem nõ
esse,in qua pretiũ[u]interponitur.†At hìc vnũ tantũ æs si- 6
ue numus interponi solet,q pretiũ verũ nõ cõstituit.nã
vnionem ne numerũ quidem esse philosophi autumãt,
sed principiũ numeri.[x]vt nec gradus est,vnde descensus
vel adscensus incipit.Veteres autẽ,primũ æs,deinde as-
sem vocauerũt,qui æreus erat numus quod ex Trãquillo
in Augusto cõstat:Caium,inquit,& Luciũ adoptauit per
assem & libram emptos à patre Agrippa.Iustinian. verò
veteres circuitus in adoptionib.quæ fiebãt per tres emã
cipationes[y] sustulit,secundum quam antiquam legum
cõsuetudinẽ dixit Cicero libro primo De finibus,quem
filium.D.Syllano in adoptionem emancipaui.Imagina-
riarum autem emptionum locationúmque quæ fiebant
per æs & librã,siue vno numo, exempla aliquot in iure
etiam [a] extant,quæ annotauit libro primo De asse Bu-
dæus.Malè ergo hìc Accur.librã pro hæreditate accipit,
& si enim libra & as interdũ idem significant,nescio ta-
mẽ an vt as,sic libra pro hæreditate accipiatur,etsi Græci
vnum habent vocabulum τὴν λίτραν,quo ipsi quoq; [b]hæ
reditatẽ significant,vt nos per assem.Caius [c] sanè in In-
stit.apertè staterã interpretatur.& si libra hìc esset hære
ditas,cur nõ emptor libræ vocatur,vt familiæ?[d]Olim e-
tiam,teste Caio, in filiorum emancipationibus adhibe-
batur æs & libra & libripens.† Illud postremò sciẽdum 7
haud illam fuisse causam cur contractus emptionis hìc
fingeretur, quo quasi ex oneroso titulo efficacius ius
in bonis emptor [e] haberet, cùm hic onus tantùm ficti-
tium

r l.1.ff de cõtrah.emptio.
f lib.7.ca.56.
t lib.33.ca.3.
u l.imaginaria.ff.de reg.iur.
x no.gl.in l.si quis. §.fi.ff.de acqui.possess.
y l.fi.C.de adop.
a d.l.si quis.de acq.poss.
b Theoph.ĩ.de hære.inst.§.hæreditas.
c lib.1.Insti.tit.6.
d §.sed neq;.infrà eodem.
e Fa.& Mo.hìc per l.1.de impo.lucra.descrip.C.

tium sit. Donatio autem olim traditione ferè non stipulatione fiebat,[f] cùm hîc venditor, id est, testator bona retineret in vita: & per quinque testium numerum, qui in hoc solenni emancipationis actu adhibebantur vna cũ libripende & antestato, de voluntate & re gesta satis constare poterat, quanquam & totidem testes erant in filiorum emancipatione. Quòd si quis plura de hac re scire desiderat, ei videndum id quod ex Bartolo Angelus Aretinus[g] de imaginariarum emptionum speciebus infrà collegit.

f arg. l. senatus. §. donatio. de donat. caus. mort.

g Are. I. de excep. in rub.

8 *Attamen partim & hoc in vsu esse desiit.*] Testes † enim manent, ficta emptio sublata est: nec immeritò: erat enim hæc emptio cõtra bonos mores:[h] cũ hodie omne pactum de futura successione prohibitum sit, quasi votum captandæ mortis inducens. quod veterum simplicitas probitásque non considerabat. quemadmodum autem ex nouis morbis noua remedia quæruntur: sic ex vitiis legum ferendarum ferè oritur occasio: quam desuetudinis rationem & Theophilus hîc indicat. Hinc decidi potest quæ-
9 stio vulgaris,[i] † an consuetudine possit pactum de futura successione cõfirmari. nam si id lege olim licebat, cur non idem possit consuetudo, præsertim in populo vbi improbitas huiusmodi & insidiarum exempla rariùs eueniunt, nec miseros fallunt aconita legentes.

h l. stipulatio hoc mod. con cep. ff. de ver. oblig.

i not. doct. in l. pact. quod dotal. C. de pact.

Sed prædicta quidem nomina testamentorum ad ius ciuile referebantur: posteà verò ex edicto prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est: iure enim honorario nulla emancipatio desiderabatur, sed septem testium signa sufficiebant, cùm iure ciuili signa testium non essent.

1 *Quo iure supradicta testamenta inuenta sint.*
2 *Ius ciuile variè accipi.*
3 *Quæ sit media iuris prudentia.*
4 *Vulgaris quæstio: testamenti, factio iuris ciuilis an iuris gentium sit.*
5 *Communis opinio, testamenti factionem esse iuris gentium.*
6 *Hæredis institutio quo iure sit inuenta.*
7 *Argumenta communis opinionis.*
8 *Solos Germanos vel Græcos non constituere ius gentium.*

9 *Seruorum statum iure gentium annullatum esse.*
10 *Contrariæ opinionis argumenta.*
11 *Ex simplici probatione iuris ciuilis non dici contractum iuris ciuilis.*
12 *An testamenti factio mero iure cuique competat, an ex benignitate sit concessa.*

AD *ius ciuile*] †An ergo ex prudentum interpretatione 1
superiora testamentorum genera descenderunt? & vi
detur, cùm ea proprio & speciali nomine [a] ius ciuile dicatur, & verba simpliciter prolata ad specialem significationem referantur. Ego tamen secus arbitror, cùm & ante leges xij. tabularũ procinctum in vsu fuerit: vt in Coriolani vita ex Plutarcho colligimus: & de testatore, ac libripẽde fragmentũ quoddam ex l. xij. tab. citat Riuallius lib. xij. Historiæ ciuilis. & certũ est in antiquis illis tabulis testamenti ritum fuisse præscriptũ: inde enim referuntur verba illa, Vti quisq; [b] legasset suæ rei, ita ius esto. prudentúmque munus in interpretando iure, non introducendis nouis formis consistebat. †Nec obstat quòd iuris ciuilis ap- 2
pellatione veniat prudentũ interpretatio. hoc enim tum procedit, cũ ius ciuile cæteris speciebus iuris ciuilis opponitur. At hîc oppositum prætorio iuri, omnes species complecti potest, sic naturales liberi oppositi adoptiuis intelliguntur ij, qui ipsi etiã sunt legitimi: oppositi aũt legitimis ij intelligũtur, qui tantũ sunt naturales. Sic adoptiui naturalibus oppositi & ij dicuntur, qui sunt arrogati: at oppositos arrogatis certum est speciei significationẽ accipere.
His †autẽ ciuilib. testamẽtis successit prætoriũ de media, 3
inquit [c] Accurs. iuris prudentia. hoc nõ admittit Tolentinas, etenim cõtraria est textui eiusmodi interpretatio. appellatione enim mediæ iuris prudẽtię videntur potiùs significari prudentium interpretationes, quas cõmuni nomine ius ciuile nominari diximus. Verùm ego Accur. mediam iuris prudentiã ad ius intellexisse arbitror [d] quodcũque fuit, quod post xij. tab. & ante principum constitutiones est ęditũ. Prætoriũ verò hoc testamẽtũ fuit in vsu ante principũ cõstitutiones, sub quorũ imperio prætoria authoritas cõcidere cœpit. Cicero sæpe obsignatorũ meminit, vt prętorio tũc iure vsos Rom. appareat in testamẽtis: quo & illud Horatij [e] pertinet: Imprimat his cura Mecœnas signa tabellis. †Explicatis autẽ tẽporibus solẽnibusq; anti- 4
quorum

[a] l. ij. §. hæc disputatio. ff. de orig. iur.
[b] l. verbis. ff de verb. sign.
[c] glos. super verb. postea.
[d] fac. §. cæterũ. J. de leg. agn. suc.
[e] in sermon.

quorũ testamentorum, videtur restare antiqua & vulgaris quæstio: iuréne gentiũ an ciuili prima testãdi origo sit inuenta. Porcius dicit cõmunẽ esse opinionẽ, vsum testandi à iure ciuili originẽ sumpsisse: eumq; sequitur Tolẽtinas.
5 Verũ † illi hãc quæstionẽ nõ satis discussere, cùm tota ferè vtriusq; iuris schola[f] cõsentiat originẽ eius à iure gentiũ venire. quæ opinio nõ tantũ authoritate, verũetiã ipsa ratiõe probabilior est, & de hoc disputare adhuc aliquos miror, cũ plus quã manifestum sit omnes gentes liberas, testandi ius habere: tametsi formæ testamẽtorũ variæ sint. hanc etiã cõmunem esse Iason[g] testatur, multósq; eius authores citat. quin in Gręcis institutionib.[h] apertè dicitur, τοῦ ἐθνικοῦ νομίμου εἶναι τὰς διαθήκας συγγράφεσθαι. quo omnis quęstio consopitur. Animaduertẽdũ tamen Bar. non satis sibi in hoc cõstare: ait enĩ modò[i] esse iuris ciuilis, modò[k] iuris gentiũ. Verũ sic se ipse sibi cõciliar, quòd voluerit, posse & iuris ciuilis dici, ob formã testãdi iure Quiritium introductam. Iam & de hæreditate dissentire[l] videtur: quãquã alij nõ distinguũt circa hãc quæstionẽ inter hæreditatẽ & te-
6 stamentũ. † Verũ Bart. etsi fateatur esse testamentũ origine per ius gentiũ introductũ, atq; deinde informatã vltimam dispositionẽ legibus Romanis, tamen hæreditatem id est ius succedendi in vniuersum ius defuncti, putat esse adhuc iuris ciuilis: cũ apud cæteras gentes bona tantũ & lucra quærantur successoribus, actiones verò illi nõ sustineãt. Sed hoc verũ ego nõ arbitror. Regula enim est, Debere[m] eũ qui cómoda accipit, etiam incómoda sustinere. & deportatus vel peregrinus, à milite hæres institui potest.[n] Absurdũ autẽ tunc fuerit actionib. hæreditariis illũ nõ teneri, meliorísque esse cõditionis, quã sunt ciues Romani. Quãobrẽ in hæreditate idẽ credo iuris esse quod in testamẽto. idq; videtur cæteri doctores indistinctè loquẽ
7 tes etiã voluisse, † nisi dixerim[o] ideo iuris ciuilis esse hęredis institutionẽ, quoniã iure gentiũ nõ est necessariũ vniuersorum bonorum hęredem instituere: quod alibi attigimus. Addã verò aliquot argumẽta, quib. cõmunis opinio potissimum innititur, cõtrariaque cõfutabo, ne quid amplius quisquã in hac re subsistat. Primò inhumanũ penitus videtur, viuos habere licẽtiã disponẽdi de rebus suis, eam autẽ moriẽtib[9] esse denegatã: [o] vsum quippe testamẽtorũ apud omnes esse gẽtes, naturalis ipsa ratio dictat, ex qua

f not. Ias. & cæt. in rub. de acq. hæred. ff.
g in l. interdũ. ff. de cõdi. ind.
h §. ius autẽ ciuile §. de iure nat. gẽt. & ciuil.
i in l. ex hac iure. ff. de iusti. & iure.
k in d. l. interdum.
l in d. rub. de acq. hæred.
m §. de legit. agn. tut.
n l. neque. de mili. testa ff.
o §. de leg. fa lcidia cannina toll.

ius gentium metimur.hoc ſcire poteſt,qui multorum ho
minũ mores vidit & vrbes:hoc omnes authores teſtãtur.
Diogenes †enim Laertius Græcorũ philoſophorum teſta 8
mẽta aliquot recitat.apparẽt etiã in veteri inſtrumẽto nõ
leuia eius veſtigia.Apud Germanos nullũ olim teſtamẽtũ
p de moribus Germa. fuiſſe ſcribit Corn.[p] Tacitus.ſed rudis adhuc natio noſtra
erat & literarũ:(inqt idẽ) ſecreta viri pariter & fœminæ
ignorabãt.Nũc verò teſtamẽtorũ plurimus eſt vſus,& de
literis diſciplinisq; ambiguũ noſtris cũ ipſius Latij inco-
lis certamen.†Ex vnius autẽ gentis vſu nõ eſt de iure gẽ- 9
tium iudicandũ:cũ nec vna hirundo ver faciat:eodẽ enim
q idem Taci. modo ſerui olim ſibi apud nos acquirebãt:[q] dominis mo
dio tantũ aliquo frumenti ſoluto:cùm tamen Iuſtinia.di
r §.i.ĩ.de his qui ſui vel alie.iur. cat,apud oẽs gẽtes per ſeruos dominis acquiri[r] nec viden
tur rectè ſentire nõnulli,[ſ]qui ab vnius aut alterius gentis
exẽplo , ad omniũ gentiũ vſum inferũt,ſeruorũq; ſtatim
ſ Alc.in l.pater familiàs.ff.de ver.ſig. ſolo iure ciuili contra aperta legum verba[t]annullatum di
cunt. Etiã ſi ergo de Germanis hoc ſcripſerit Tacitus nõ
ideò cęteras gentes non diſponere de bonis ſuis morien-
t dict.§.i. tes ſequitur : vnde quæ vulgò ex veteri teſtamento alle-
gantur,non multum vrgent,quãquam iis motus Tolenti
nas,tantùm nõ fatetur id quod oppugnat:malè ſanè reſol
uit.Cõfirmat etiam Bar.hanc opinionem,ex eo quòd mi-
les,cuius volũtas ſoluta eſt,ſolẽnibus iuris ciuilis,deporta
u l.neq;.ff.de milita.teſta. tũ inſtituere [u]poteſt:cuius nõ alia poteſt eſſe ratio, quàm
quòd tunc videatur talis diſpoſitio inſtar habere contra-
x l.quidẽ.ff.de pœnis. ctuũ iuris gentium cuius illi cõmunio nõ eſt denegata:[x]
cùm ſolenne teſtamentũ ex eo quòd ſolenne eſt, iuris ſit
ciuilis,cuius ipſe nõ eſt capax Dicitur autẽ hoc eſſe mili
tis priuilegiũ, quoniã ſingulari eius fauore nihil vltimæ
voluntati addidit vel detraxit ius ciuile,cùm cõmuniter
in aliorũ perſonis aliud ſit.Reſpectu igitur huius caſus iu
re ſpeciali deportatus capit, cùm regulariter teſtamenta
ſint,ob formę cõiunctionem iuris ciuilis.Infinitum verò
fuerit,ſi omnia quę huc adduci poſſent,conquirere volue
ro.Paucis itaq; deinceps illorũ argumenta proponam,ac
ſimul diluam.† Deportatus,inquit Porcius, non facit te- 10
y l.eius.§.i.ff.eodem. ſtamentum,[y] & tamen iuris gentiũ eſt capax:[a] quomodo
ergo teſtamentum eſſe illius iuris poteſt?quid ni?nam for
a ad l.quidam. mam tantũ addidit ius ciuile,atque ob id iuris ciuilis dici
poteſt.nõ tamen negatur originẽ eius à iure gentiũ veni-
re.Sci-

re. Scimus enim[b] ius ciuile addere, detrahereq́; iuri gentium, non omnino ipsum subuertere. nec obstat quod item de emptione obijcit Tolentinas.† ea enim merè est iuris gentiũ,[c] nec illi quicquã ius ciuile addidit vel detraxit. etsi aliquo casu addidit, eo erit fortè iuris ciuilis, vt cùm scriptura requiritur,[d] vt & in perpetua locatione siue emphyteusi.[e] & quanquam contractum emptionis, locationis, similésq; approbauit ius ciuile, nõ dicuntur tamen inde iuris ciuilis, nisi impropriè, verùm iurisgentium. idque Iason satis apertè docet.[f] Quod verò ius gentium intellexerit Porcius, quo omnia erant cõmunia, ridiculum est. hoc enĩ fortè seculo illo aureo fuit, quo in terris deos moratos fabulabãtur poëtæ, vel quo Adam adhuc fuit in paradiso. Hoc argumentum est etiã valdè leue, quadámque subtilitatis specie nõ animaduertenti imponit. quasi hîc testetur moriens de re, quæ non est sua, cùm scilicet, respiciat tempus quo erit mortuus, bonísque exutus.[g] Siquidem tunc potius executio est volũtatis,[h] veluti in definitione legati dicimus, vt sit dõatio[i] ab defuncto relicta ab hærede præstãda: voluntatis verò dispositio oritur ante mortẽ cũ bona adhuc sunt† sua. ac propterea Baldi opinionẽ probo, mero iure, nõ benignitate siue gratia testandi facultatem concessam esse, & si leui innixus fundamento Decius[k] dissentiat, qui eò tamen tandem relabitur, vt iure quidem mero gentium hoc citra vllã gratię speciem licere putet (quãquã nihil aliud est ius gẽtiũ, quã ęquũ & bonum, atque illîc summi strictíve iuris nulla est consideratio) Nec simile[l] hic est, quod in ea lege donationis spõsæ factæ: vt tunc dominiũ eius sequatur, cùm nuptiæ fuerint secutæ, quæ est sine effectu. in testamẽti enim executione nõ par est impedimentũ: nam & cũ testatur, & eo ipso momento cũ moritur, bonorũ suorũ dominus est, nec hæres est incapax: vt nõ sanè argumẽtẽtur, qui de tẽpore post mortẽ cauillãtur. Nec me illud etiã mouet, quod lex[m] xij. tab. dicatur latissimã disponẽdi facultatẽ tribuisse: neque enim per hoc iuris gentium origo negatur. nónne prętor cognatis tribuit successionem? an ideo ea nõ est de iure omnium hominum? Lex furem punit: an ideò minus est naturaliter prohibitum[n] furtum? Textus autem noster[o] nihil obstat: antiquissimæ enim sunt hæ testamentorũ formæ in Rep. scilicet Rom. Antiquissima est lex xij.

11 (margin, beside "rum de emptione obijcit Tolentinas.†")
12 (margin, beside "te mortẽ cũ bona adhuc sunt† sua.")

b l. ius ciuile est. ff. de iust. & iure.
c l. iurisgentiũ. ff. de pac.
d l. cõtract⁹. C. de fid. inst.
e not. in d. l. ex hoc iure.
f in l. legitima. ff. de pac.
g l. in tẽpus. ff. de hæred. instit.
h Iason hic.
i § 1. j. de legat.
k in l. eũ qui de iurisd. om. iu. & in rub. C. qui testa. facer. poss.
l l. quod spõsæ. C. de don. ante nupt.
m l. verbis. ff. de verb. sign. fac. §. vẽdita. j. de rerum diuisio.
n §. furtũ. j. de oblig. quæ ex malef.
o ibi sed vt nihil antiquitatis.

p §.ius autē .gentiū.suprà de iur. nat. gē.& ciui.
q c.fi.i.dist.

tab.quæ eas inuenit.Ius gentiū tamen antiquius[p] est,sed nulla est per ipsum forma data.tantùm enim quæritur,vt de voluntate cōstet.Postremò etiam Isidori[q] in Decretis obstat authoritas,qui diffinito iure Quiritum, quod nulli nisi soli Rom.obseruant,subiicit exemplum de legitimis hæreditatibus,quæ partim ab intestato veniūt,partim ex testamento.Sed ego Isidori authoritati , præsertim in eiuscemodi quæstionibus,nō multum tribuere soleo , quæ nos etiam nulla necessitate adstringit.Nam & de contractibus quàm est falsum?quod tamen eodem ordine ponit, & ad exceptos casus restringere,valdè durum etiam censuit Iason.[r] Trāseat itaque cum erroribus Canonistarum, vt dicere Cynus noster consueuit.

r in rubr.ff. de acq.hære.

Sed cùm paulatim tam ex vsu hominū,quàm ex constitutionum emendationibus cœpit in vnam consonantiam ius ciuile & prætoriū iungi, constitutum est vt vno eodémque tēpore(quod ius ciuile quodāmodo exigebat) septē testibus adhibitis & subscriptione testium,quod ex constitutionibus inuentum est,& ex edicto prætoris signacula testamentis imponerentur.Ita vt hoc ius tripartitum esse videatur: & testes quidem & eorum præsentia,vno cōtextu,testamenti celebrandi gratia à iure ciuili descendāt. Subscriptiōes autē testatoris & textiū ex sacrarū cōstitutionū obseruatione adhibeātur.Signacula autē, & testium numerus ex edicto Prætoris. Sed his omnibus à nostra constitutione propter testamentorū syncerıtatē, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum est,vt per manus testatoris vel testium nomen hæredis exprimatur, & omnia secundū illius constitutionis tenorem procedāt.

1 *Qualiter ex diuersis legibus vna tandem & certa testandi forma constituta sit.*

2 *Parum esse autum euulgare vltimam voluntatem.*

3 *Testamentum in scriptis mere abolitum.*

4 *An contractus in testamento interponi poßint.*
5 *Contra communem, vitiari scilicet testamentum contractus interpositione.*
6 *An numerus testium hodie per ius canonicum sit correctus.*
7 *De nouellis D. Leonis.*
8 *Qualis sit testatoris subscriptio.*
9 *Vulgaris quæstio, an sufficiat scriptæ recitatæq; per notarium coram testibus voluntati testatorem annuisse.*
10 *Quæstio. prædictam nũcupatiuo testamento tantùm conuenire.*
11 *In nuncupatiuo formam esse nuncupationem.*
12 *Cùm nulla pcesßit dictatio, magis dubitari de testamẽti vigore.*
13 *Quomodo hæredis nomen in nuncupatiuo celari poßit.*
14 *An balbutientis testamentum valeat.*
15 *Hodie pœnam sublatam esse, sublata constit. Iustinia.*
16 *Quando olim punitus fuerit notarius ob omissam solẽnitatem.*

1 EX forma antiqua testamenti, † quod fiebat per æs & libram, testes tantùm restant: aucto tamen numero per ius prætoriũ: quãquam si libripendem & antestatum cõputauerimus, septenarius explebitur numerus. Sed hi tamẽ testes nõ erãt: antestatus enim cõuocabat, sistebatq; e[a] testes, libripẽs mãcipationi præerat. Emptor familiæ qui hæredis personam sustinebat, nullo modo testis loco censeri[b] potest. Legimus tamen aliquando & septem testium numerum à iure ciuili præscribi. Diuortium [c] enim ratum non erat, nisi septem ciuibus Romanis puberibus testibus adhibitis. Debebãt autem iure ciuili testes vno tempore adesse, sed pretorij testes separatim signare poterãt. quod cùm fraude non careret, quãdo & annuli alieni facilè surripi possunt, flagitabat publica vtilitas, talem aliquam formam constitui, quę plena securitatis synceritatisque esset. huic igitur malo remediũ adhibuerunt Imperatores non modò vtriusq; iuris solennia cõiungentes, vt scilicet & septẽ essent testes, qui signarent secundũ ius honorariũ, & vno atq; eodẽ tẽpore interessẽt, secũdũ ius ciuile: sed hoc etiã adderetur, vt testes suũ & testatoris nomen subscriberent. quod cuius constitutionibus fuerit introductũ, me adhuc latet. hoc scio ipsorũ Iureconsul.[d] ac Iulij Pauli tempore iã tũ hoc obtinuisse. ideóq; eas constitutiones antiquissimas esse Iustinianus[e] adiecit, vt etiam per ipsum testatorem vel testes, hæredũ nomina subscriberẽtur. quod
2 tamen idem postea mutauit,[f] & rectè: † plerique enim

a *Bud. in cõmẽt. in. Gr.*
b *§. sed neq; J. eod.*
c *l. nullũ. ff. de diuort.*
d *d. l. penul. ff. eod.*
e *l. iubemus. C. eodem.*
f *auth. & nõ obseruа. C. eo.*

cùm ipsi scribere nõ sciant, vel possint, nolũt tamen palàm fieri quos scribãt hæredes, ob inuidiam & odium præteritorum, & insidias cùm proximorũ ab intestato, qui tabulas supprimere plerunque machinãtur, tum etiam scriptorum, qui immaturæ hæreditati inhiantes testatoris fata accelerare subinde studẽt. Satis igitur est hodie per amanuensem vel tabellionẽ ex eius sentẽtia in testamenti serie nomen adscriptũ extare† & hæc quidem est forma te- 3 stamenti, quod in scriptis conficitur, quod est vt Porcius, Iason,[g] & pleriq; alij aiunt, propriè ob nimiam solennitaté subtilitatémq; in desuetudinem abiit, solóque nuncupatiuo vulgò vtimur: nec eo quidẽ ex veteri forma, vt infrà[h] tractabitur: quod quidem mirari satis nequeo. nec enim, si quis rectè inspiciat, tanta hîc est solennitas: nã & in nuncupatiuo septem testes rogari debent. Tantùm id amplius est, quod testes subscribere & subsignare debeant. iam & qui proprios annulos non habent ei vsui idoneos, alienis vti possunt, præsertim cùm hoc cõmodi inde accedat, quod hîc celari ea queunt, quæ in testamento[i] scribuntur, cùm in nuncupatiuo omnia coram testibus exprimi sit necesse. quod nõ modici me hercle momẽti est: leges autẽ rarissimè meminerũt nuncupatiui testamenti scripti, & tabularum vbique obuia mentio: verũ aliqua ex parte tabellionum inscitiæ adscribendũ arbitror, quod hoc testamenti genus in rariore sit vsu, qui hodie & nuncupatiuum confuderunt, cũ illud in scripturã etiã redigi semper ab ipsis soleat: nam in formulis & instrumentis omnis eorum ars & quæstus: terruit autem eos & falsi pœna, in quã incidere sanxit Iustinianus,[k] si solẽnia scripti omitterent. sed de ea postea. Mei certè Phrysij scripti testamenti forma adhuc vtuntur, & cùm me amicus quidam de vltima cuiusdam voluntate ex Phrysia consuluisset, animaduerterémque obseruata scripturæ solennia, probaui patriũ morem, simplicitatémque amicam legibus: nam interpretum subtiles cautiones, nonnunquam bene constituta subuertunt.

Vno contextu] Vnus cõtextus in nuncupatiuo debet esse circa ipsam nuncupationem. nã si modò vnũ hæredẽ nuncupet, interea quidpiã agat, deinde aliũ, vitiatur testamentum. In testamento scripto hoc aliter consideratur. nã debet illic vn⁹ esse cõtextus subsignationis & subscriptionis, etiã si multò ante scriptura dictata vel scripta fuerit[l] nisi tamen

g in l. si ita sit ascriptũ. nu. 26. de leg. i.
h § fin. infrà eod.
i l. hac cõsultissima. C. eo.
k in l. iubemus, circa fi. C. eod.
l l. hac consultissima. C. de test.

tamẽ acciderit,[m] vt testatoris moribũdi cõditio simul hęc interponi nõ patiatur: nã si quis fortè actus ob naturę necessitatẽ interuenerit, nõ ideò vitiabitur testamentũ, vt ne inutiliũ verborũ superflua adiectio, veluti & in stipulatione[n] traditũ est, cuius forma extraneam quoque actionem 4 nõ admittit.[o] †Communi tamen sententia receptum est venditionem, donationem, cæteróſque contractus posse in testamẽto fieri, cùm breui spatio queãt absolui:[p] quod quidam haud aliter tamen admittunt, quàm si aliquo modo, ad id quod in testamento agitur, pertineant: veluti si 5 vna prædij pars vendatur, altera legetur. †Ego verò nullo omnino modo putarim aliquam posse in testamento fieri contractum: neq;[q] enim sufficit, quod breui momento absoluatur: sed prꝫterea opus est, vt ad testamentũ pertineat nõ video aũt quomodo ad testamentũ pertinere queat vẽditio. Cõtractus enim & vltimę volũtates[r] distinguunt: hę reuocari[s] possunt, illi statim perficiuntur.[t] Nec est vlla lex quæ cõmunem opinionem sustineat. nã ꝙ adsignatio[u] in testamẽto fit, nihil probat, cùm ea sit de eo quod post mortẽ fieri quis voluit. nec quicquam de assignatione, tũ cum alio agitur, sed tantũ voluntatẽ suã testator sine cõtractu declarat. Quemadmodum & cùm pignus cõstituitur,[x] & cum amanuensi quis dictat se illũ curatorem cõstituere,[y] vel cũ matrem per Deũ obtestatur vt aliquid faciat.[z] nullus enim hîc actus est extraneus vel cõtractus, sed tantùm voluntatis suæ sententia. Nec vsquam in legibus scriptum inueni, veram donationẽ causa mortis in testamento fieri posse. nec ad hãc rem quicquam mihi facere videtur Iureconsul.[a] respõsum quod vulgò adducitur. Et si verba id fortè innuent. eam tamen fideicommissi naturam assumere docto.[b] interpretantur. Donatio enim mortis causa vel traditione vel stipulatione olim, hodie etiam nuda cõuentione perficitur.[c] In summa nullã reperio legẽ quæ testamentum cui contractus insertus & immixtus est, cõprobet: & propter summam subtilitatem,[d] quam veteres in testamentis requirebant defendi posset, subuerti testamentũ: attamen graue vbiq; est cõmunis opinionis prꝫiudicium.

6 *Septem testibus adhibitis*] †Põtificij iuris interpretes iure etiam ciuili testium solennem numerũ sublatũ tradunt.[e] quod sequitur doctiss. præceptor meus Alciatus.[f] Verũ mihi videtur tota iuris ciuilis schola cõtrariũ probare. cũ sublato

m l. cùm antiquitas. C. eo. n l. quæ extrinsecus. ff. de ver. obli. o l. 1. §. qui præsens. ff. de ver. oblig. p notant hic oẽs glo. in l. hæredes palã §. fi. ff. eod. q l. duos reos §. fin. ff. de duob. reis. r l. verba cõtraxerunt. ff. de verb. sig. s l. 4. ff. de adim. leg. t l. sicut. C. de act. & obli. u l. assignare ff. de assign. lib. x l. nõ est mirũ. ff. de pig. act. y l. ex sentẽtia. ff. de testa. tut. z l. cũ pater. §. filius matrẽ. de leg. 2. a l. etiã. ff. de inof. testa. b Iac. Bar. in l. 1. ff. de don. cau. mor. dec. consl. 196. c l. si quis. argumẽ. §. si

lato testiũ numero infinitis fraudibus vltimas volũtates subiacere sit necesse: eáque mihi opinio probabilior videtur, quã etiã cõperi eleganti subtiliq; disputatione Fortunium Garsiã defendere,[g] & noua D. Maximiliani cõstitutione de notariis cõfirmari. Testes autẽ rogati esse debẽt, quod[h] in nũcupatiuo pluribus attingemus † Sed certè de 7
testiũ numero[i] aliter constituit Leo Iunior, qui post Iustit. Nouellas ædidit, quãquam nõdum à nostris receptæ sunt: ob id arbitror, quòd Græca lingua sint conscriptæ: is constituit, in omnium testamentis quinque sufficere testes: in paganorum verò, qui ruri habitant, & extra hominum commercia degunt, tres: nec exigit vt scribere sciant.

Subscriptiones autẽ testatoris] † Hæc subscriptio testatoris 8
nihil aliud est, quàm testatio quædam qua suum esse testamentum declaret. Quòd si literas ignorat, vel subscribere nequit, octauum subscriptorem adhibere necesse est: ídq; ex Theodosij[k] cõstitutione introductum fuit. Quòd si propria manu tabulas scripserit testator, nihil est opus vel ipsum vel alium eius nomen subscribere. quod posteà constituit Iustinia.[l] Testium autem subscriptio antiquioribus constitutionibus introducta est, quæ Iureconsultorum etiam tempore[m] (vt diximus) obtinebant.

Per manus testatoris vel testium] Ad hanc partem referendæ sunt glossæ,[n] quæ Iustiniani constitutionẽ[o] circa hæredis expressionem indicant: ea tamen meritò sublata[p] est. quod odiosum sit, atq; etiam periculosum, extremã de hæreditate volũtatem (quã secretam esse præstat) tam multis testibus cõmittere: sufficit itaq; si tabellioni, vel amanuensi suo dictauerit testator hæredum nomina. † Inserit aũt hîc 9
quæstionem Areti. an si scriptũ testamentum (vt vulgò fit) tabellio corã testibus recitauerit, idq; approbet testator. Vel si quis roget, Vis Titiũ esse hæredem? & velle respondeat: vel alio modo affirmatiuè, Sic, ita, etiã, satísne ea testatio valeat? Ego distinguendum puto, testamentum in scriptis, à nuncupatiuo. nam cũ in illo nulla recitatione opus sit, sufficiátq; testatorẽ dictasse,[q] interuenisséq; cætera solennia, res in dubiũ cadere nequit. Nã & nũcupatio hæredum,[r] de qua textus noster agit, videlicet vt eorũ nomina testes excipiãt scribántq; casu quo id testator ipse nesciuit vel nequiuit, nouella lege sublata est. Sed & tũ cùm per se aliquis scripsit alterius volũtatẽ, si eas tabulas signari sub

scribíque

---

c autem. C. de donation.
d d. l. cũ antiq. C. eod.
e in c. cũ esses. & c. cùm relatũ extra eod.
f in l. i. C. de sacrosã. eccl.
g d. l. vl. in fi.
h j. §. fina.
i correct. l. fin. C. eod.
k l. hac cõsultis. C. eod.
l l. cùm antiquitas. C. eo.
m arg. l. pen. ff. eod.
n glos. super ver. testatoris & verb. testium.
o d. l. iubemus.
p auth. & nõ obseruato. C. eodem.
q l. hac consultiss. C. eo.
r de qua in d. l. iubemus. C. eod.

scribíq; iussit testator, atq; ipsemet subscripsit, vel octauũ pro se adhibuit, videtur mihi nihil tam solenni voluntati
10 obiici posse.[f] †Tota igitur quæstio de nuncupatiuo testamento est, quæ in duas species distincta, manifestior erit. Aut enim antea dictauit, ac deinde coram testibus recitatam à notario voluntatem suam approbat: aut alius pro ipso cõcepit, fortè sic rogans, Vis Titiũ esse hæredem? priore casu faciliùs tale testamentũ sustinetur. etenim hoc voluit Accursius,[t] & ex Iustiniano[u] colligitur, quãquam sanè ea nõ in mero nũcupatiuo testamẽto loquitur. & cõcurrẽtibus illic aliis scripti testamẽti solẽnib. faciliùs hoc tolerari
11 videtur: in qua specie & Accur. loquitur. †vbi ergo merè nũcupatiuum est testamentũ, dubitari potest. Nuncupare enim est hæredem nominare[x] idque illic solùm est solenne, vt coram testibus volũtas nuncupetur, viuáq; voce exprimatur,[y] nec videtur satis id esse, si per aliũ nominetur, cùm forma ad amussim obseruari debeat:[z] & in testamento cæci specialiter hoc [a] receptum est: illud enim tametsi est nuncupatiuũ: requirit tamen omnia ferè solẽnia testamenti in scriptis, vt ea de causa vicissim aliquid in nuncupationis forma sit remissum:[b] nam quod ex Iustin. constitutione ait Accur.[c] in aliis idem esse cõcessum, verum nõ est: neq; rectè verba vltima cõstitutionis[d] vulgò accipiuntur. Vult enim Imperator nõ solũ cæcis testãdi licẽtiã esse concessam: sed etiam eã licentiã sua prouidentia sic cõmunitã esse, vt ab omnibus insidiis tuta sit. Sed tamen quãdo id subtilitatis plus in se continet, quàm æquitatis: & hæc opinio passim[e] approbetur, posse huiusmodi testamentum
12 subsistere, satis quoque ipse consentio. †Verùm cùm nulla testatoris dictatio[f] præcedit, meritò suspecta est eiusmodi suggesta scriptura, captiosáque interrogatio: præterquã ꝙ non vera esse nũcupatio videatur. Quãobrẽ & si cõmunis opinio hoc testamentũ sustineat,[g] ego tamen hãc voluntatem coniecturis quibusdam omnino adiuuandã censeo.[h] vtputa, rogauit aliquis an liberos vellet hæredes instituere, an agnatos, an fidelissimũ amicũ, an pauperes. Nã si extranea sit persona, aut leui amicitia ei cõiuncta, magis ea vox importuna interrogatione ab ægroto videbitur ex
13 torta, quã quòd ea iusta ipsius voluntas fuerit.† Potest autem nonnũquã & hæredis nomẽ in nuncupatiuo testamẽto celari, veluti si sic dixerit testator, Eũ hæredẽ esse volo quem

f d.l. hac cõsultiss.
t glos. in l. iubemus. C. eo.
u l. hac consultiss. §. at cũ humana. C. qui t. ft. fac. poss.
x l. hæredes palã. ff. eodẽ.
y d. l. iubemus. §. quemadmodum.
z l. qui per salutem. ff. de iureiur.
a d. l. hac cõsultiss.
b arg. l. eum qui iurauit. ff. de iureiur.
c. in l. iubemus.
d verbo si.
d l. hac consultiss.
e Ang. hic Ias. in d. l. iubemus.
f l. Pãphile. §. propositũ. de leg. iij.
g Ias. in d. l. iubemus.
h vide late per Bauer. hîc num. 74.

quẽ in epiſtola ſcripſi apud Veſtales virgines depoſita.hîc enim hæredẽ nominat,tametſi obſcurè vel potiùs demõſtrat,quod ex Bar,ſentẽtia cæteri [i] approbarũt. †Addit & hîc de balbutiẽte Aretinus,in quo prima facie cõſtitutiones diſcrepare vidẽtur:vna [k] enim nõ improbat voluntatẽ,quã balbutiẽs lingua profudit:altera [l] eũ qui articulatè loqui nequit, mortuo ſimilẽ eſſe, falſitatẽq; in teſtamẽto cõmitti ait. Sed hæ ſic cõciliãtur,vt prior loquatur de eo qui intelligi poteſt,altera cum ſenſus inconditi ſermonis nullus accipitur:quæ cũ vix diſtinguantur,miror Aretinũ hîc aliquos excipere caſus,vbi &eius qui nõ intelligitur, voluntatem ſuſtineri ait.nihil enim mediũ video, cùm & eo ipſo quòd quis balbutit,minùs apertè intelligatur, & nutu ſigníſque teſtamentum nullum fieri poſſit. [m] 14

i Corn. cõſi. 324.li.i. So. conſi.142.de ci. Neapol. 143.
k l.quoniam indignũ. C. eod.
l l.iubemus. C.eodem.
m not. in l. nutu.de leg. 3.

Tenorẽ] Hunc†Iuſtinianus ſub falſi etiã pœna cõminatus eſt obſeruari à tabellionibus,[n] ac legẽ Corneliã teſtamẽtariã,ad hãc ſpeciẽ extẽdit,quę quidẽ pœna ad reliquorũ ſolenniũ obſeruationẽ non pertinebat:ideò enim eã Iuſtinianus hîc apposuiſſe videtur,quò faciliùs homines nouã hãc ſolẽnitatẽ in vſum reciperẽt:qua hodie iterũ ſublata, arbitror & pœnã ceſſare,[o] vt imprudenter quidã adhuc eã ingerãt.†Nec mihi videntur interpretes ſatis percepiſſe,qñ ea olim locũ habuerit.Aiunt enim[p] ſi obſeruatam in teſtamẽto ſolennitatẽ in inſtrumẽto omiſerit, aut nõ obſeruatã adſcripſerit notarius,in falſum eũ incidere: quod ego verũ nõ puto.Cõſtitutio enim Iuſtiniani nihil de tabellionũ ſcriptura meminit:nec in tabellionibus id ſolũmodò ſanxit, ſed in quibuſcũque teſtamẽta fieri procurãtibus.Hoc autẽ quod fieri iubet cõſtitutio,per tabelliones expediri nequit.agitur enim illic de hæredũ nominibus per teſtatorẽ vel teſtes ſubſcribẽdis.Ego itaque credo voluiſſe Iuſtinia.punire eos, qui ad ſuggerẽda ſolẽnia in teſtamẽtis adhibẽtur:quod eſt ferè notariorũ officium, qui ſi nõ admonebãt hãc ſolennitatẽ acceſſiſſe,& ſeruari debere,dolo ſubticere,quo ſuprema voluntas corrueret, videbãtur:& hunc eſſe genuinũ eius conſtitutionis ſenſum vnũquẽque qui propiùs intuebitur, cõſenſurũ exiſtimo.Quòd ſi itaque ea ſolennitas obſeruabatur,nulla erat aduerſus tabellionẽ pœna quicquid ille poſtea ſcriberet,cũ nec mos quidẽ veterũ fuerit, de teſtamentis ſcriptis alia ſcripta cõtexere, quæ recẽtiorũ interpretũ ſedulitas 15 16

n dict. l. iubemus. in fi.
o l.cùm principalis. ff.de re.iur.
p hîc. & in d.l.iubemus.

litas & cautela[q] inuenit. vbi autẽ res ritè geſta eſt, etſi errore librarii,[r] nõ vt decet præſcripta fuerit, ea tamẽ ſemp firma perſiſtit, nõ in contractibus tantũmodò, verumetiã teſtamentis. nihil enim eſt in his ſpeciale, nec ob id continuò in falſi pœnam tabellio incidet: errori enim & imperitiæ,[f] potiùs quã dolo hoc imputandũ communis teſtatur opinio:[t] & ſi qui caſus adnotantur, ij generalem regulam non tollunt, ſed de ea excipiunt. Ex iis itaque quæ ſuprà expoſuimus conſtat, nec falſi præſumptionem in teſtamentis contra notarios temerè accipiendã eſſe. Eius tamen Maximiliani conſtitutio pœnæ obnoxios fieri notarios, qui ſolennia teſtamentorum negligunt, indicat.

q Bar. l. ij. C. quẽadmo. teſta. aper.
r l. ſi librarius. ff. de regu. iur.
f Bar. in l. omnes. C. de pet. bon. ſubla.
t Bauer. hîc

Poſſunt autem omnes teſtes, & vno annullo ſignare teſtamentum. quid enim ſi ſeptem annuli vna ſculptura fuerint, ſecundum quod Papiniano viſum eſt? ſed & alieno quoque annullo licet ſignare teſtamentum.

1 *Varius vſus annulorum.*
2 *An alio ſigno vice annuli ſignari teſtamentum poßit.*
3 *Qualem ſculpturam annullus habere debeat.*
4 *Signorum varia ſignificatio in legibus.*
5 *An in ſubſcriptione neceſſe ſit exprimere alienum eſſe annullũ quo quis vtitur.*
6 *An qui proprium habet, alieno ſignare poßit.*

CVm in genere, teſtamenti ſolennia ſint expoſita, nũc ad exactiorem ſcientiã quædam vberiùs declarantur, cuius generis eſt id quod de ſignis ex prætorũ edictis requiritur. Sciẽdũ itaq; cùm variè homines ſignẽt, hîc de
1 bere[a] annullo ſculpturã habente in cerã ſignũ imprimi.† Annuli autem diuerſi ſunt generis. olim enim nobilitatis, pòſt ingenuitatis, aureus annulus inſigne fuit: vnde adhuc de iure aureorum annulorũ tractatus in noſtris libris extat: erant & ad ornamenta gemmis[b] multifariã diſtincti: erat & pronubus:[c] item de quo hîc agimus ſignatorius, ad epiſtolarũ teſtamentorũ, cuſtodiæq;[d] vſum, qua
2 propter inter ornamenta[e] non cõputantur. † Multi autem annuli loco, alia ſigna habent ærea, vel argentea, vel etiã interdũ lignea, quibus ſic forma redditur, vt annulo impreſſam dicas. quid igitur? an vitiabitur teſtamentũ? & Vl

pia.

a l. ad teſtiũ §. ſignum. ff. de teſtam.
b l. pediculis §. i. ff. de aur. & argen.
c can. fœminæ. 30. q. vltima.
d l. cũ pater. §. pater plurib. de leg. 2.
e l. argumẽto. §. ornamẽto. ff. de aur. leg.

pia.manifestè annulo tantũ,non etiã alio[f] impresso signo, vult testamenta signari.quanquã id valde durũ ac propemodum absurdũ est. & Bar.[g] nescio an imprudens aliud quodlibet signũ admittit.Accur.[h] nõ obseruári vsu Vlpiani sententiã refert.Verũ ipsius attestatio ius nõ lædit.[i] rarò enim apud Italos,vt ipsorũ nobis interpretes referunt,in scriptis testamenta fiunt,& quanquã Bononiæ,aut vbi vixit Accursius,alia signa admissa sunt,ex eo tamẽ iuris dispositio,quæ semper vigere [k] intelligitur,nõ infringitur. quidã etiam annulũ pro quolibet signo accipiunt,[l] sed nimis ineptè.quod enim in digitis geritur,sic vocatur:vnde & Græci δακτύλιον dixere.Ego itaque tutius esse credo,vt annulo tantũ signemus:nam si & alia fortuita signa admiserimus,veteris iuris solẽnitas peribit.†Nihil autẽ refert 3
qualem sculpturã,vel (vt Plinius in Epistolis[m] vocat) apo sphragisma,annulus habeat:neque opus esse credo,vt nomen signantis côtineat:neque enim id capit tã breue spatiũ:& si quidã primas nominis,cognominis patriæq; literas apponunt:nec quicquam obstat constitutio, [n] quæ aquariorũ manibus iubet Imperatorũ imprimi nomẽ:etenim illic de alio signi genere agitur :quemadmodũ & in pontificia epistola,[o] vbi episcopi sigillũ confutatur,quòd nomen integrũ non appareret:& regiæ potiùs quã episcopales infulæ in eo extarent. Quoties enim agitur de fide sigilli,quod officij vel authoritatis causa plerũque instrumentis appẽditur,ibi solet ipsa forma officio aptari,& nomen ferè in circunferẽtia addi,vt in Regũ, Episcoporũ,ciuitatũq; sigillis fieri cõstat.At in annulorũ sculpturis nihil tale requiritur:quãobrẽ videmus togatos sæpe militares effigies in annulis gerere,vt Alexãdri magni,vel Herculis.Cõtra quoque si Musarũ vel Apollinis signũ in annulo miles gestarit,nõ ideò cõtinuò suspicione laborauit.
Signa †autem & sigilla multifariã in iure accipiuntur :ali- 4
quando enim pro animalium & Deorum simulachris, vt cùm Paulus [p] inquit, Pediculis argenteis adiuncta sigilla ænea:aliquando pro tabellionum notis: [q] ac sic intelligitur quod habemus,nõ posse notarium alienum apponere signum.An verò necesse sit id in instrumẽtis subnotari,ex consuetudine magis quã iure pendet.[r] Signa etiam vocamus ipsa stigmata,[s] manibus & frõti impressa:item & maiores istas ceras,quas priuilegiariis literis appẽdũt,& authoritatis

f d.§.signũ.
g in d. §.signum.
h in d. §.signum.
i not. Ias. in l.de quibus. ff. de legib.
k l. Arriani C.de hæreticis.
l Inn.c.i.ex ira de fide instru.
m lib.10.epistola incipien. Apuleius.
n C.de aquæduct.l.decernimus.li.11.
o c. inter dilectos. de fide instru.
p l. pediculis.ff.de auro & arg.leg.
q § oportet. in authẽ. de fide instrum.
r Bauer.hic d.l. decernimus.

thoritatis fideíq; plenioris gratia iudices, episcopi, & hoc
genus alij addunt: quæ [t] nescio quare ὑποκοριστικῶς sigilla,
appellent. Vocantur & annulorum sculpturæ, siue chara-
cteres signa, de quibus hîc agitur: ex hac significationum
distinctione, facilè possunt resolui quæ confusè de sigillis
cæteri interpretes [u] hic inculcant.

5 *Sed & alieno quoque annulo*] † Idq; in subscriptione pro
fiteri necesse est, alieno nõ suo annulo testamentũ se sub
signasse, quod ex Speculatoris [x] sententia cæteri [y] appro-
barunt: illa potissimùm ratione, quòd alienis vtẽs [z] insigni
bus in falsi pœnam incidat: & cùm memoria hominũ la-
bilis sit, apertóque post testatoris mortẽ testamẽto, signa
agnoscere testes [b] debeant, facilè hîc sit vacillaturus, qui
alienum apposuit, nec id adscripsit. Ego tamen Fabri opi-
nionem lubentiùs sequor: etsi enim tutius est, mentionẽ
eius subiicere: non tamen, si id non fuerit factũ, testamen
tum ilicò nullum esse debebit: cùm id proculdubiò mini
mè omissum in legibus fuisset, si ex eo testamentũ vitiari
potuisset: multa autem facere monemur, quæ omissa tamẽ
non irritũ continuò actũ faciunt: quemadmodũ contra,
multa facta tenent, quæ fieri [c] tamen prohibentur: & olim
in prætorio testamento nulla erat subscriptione opus: nec
admiserim alieno sigillo vtentẽ, si id non profiteatur, in
falsum incidere, cũ id hîc concessum [d] sit, & citra fraudẽ
& dolũ [e] faciat, sine quo falsi pœna non procedit & quã
quã faciliùs agniturus quis sit signũ, alieno annulo im-
pressum, cũ id adnotarit: non tamen ideò sequitur, aliter
cognosci non posse. Quinimò cũ ex cõstitutionibus sub-
scribere testis debeat, quis & cuius testamentũ signaue
rit, [f] etiãsi non sit adiectũ alieno se annulo signasse: tamen
ex reliqua subscriptione admoneri de eo põt: ex eo itaq;
6 testamentũ infirmari non crediderim. † Videtur & Specu
lator [g] non aliter, alieno annulo signari posse, voluisse, quã
si propriũ non habeat: frustra autẽ alieno signat, qui pro-
prium habet. Sed cùm nostros annulos aliquando ad ma
num non habeamus, puto cũ lex indistinctè alieno signa
ri permittat, [h] nec ob id quoque tabulas vitiari. An verò
& in aliis actibus liceat alienis vti sigillis, Faber hîc dis
putat, viderúrque id non permittere in sigillis authenti
cis, quibus publica fides & authoritas præstatur. [i]

Testes autem adhiberi possunt ij, cũ quibus
testa-

t vt in ti. de fide instru. extra.
u Faber & Bauer.
x in titu. de proba. §. videndum.
y Aret. hîc.
z l. eos. §. fi. ff. de falsis.
a l. peregrè de acq. poss.
b l. sed si qs. ff. quemadmodum testa aper.
c l. in ambiguis. §. non est nouũ. ff. de reg. iur.
d argum. l. Gracchus. C. de adult.
e l. nec exẽplum. C. de fals.
f l. penult. ff. eod.
g d. §. vidẽdum.
h arg. l. de pretic. ff. de pub.
i not. in ca. 2. extra de fide inst. Alexand. in l. si vnus. C. eod.

testamenti factio est. Sed neque mulier, neque impubes, neque seruus, neque furiosus, neque surdus, neq; mutus, neq; is cui bonis interdictũ est, neque ij quos leges iubent improbos intestabilésq; esse, possunt in numerũ testiũ adhiberi.

1 *Noua declaratio textus.*
2 *Improbum testamentum facere non posse.*
3 *Quare mulier testis esse non poßit in testamento.*
4 *Mulierem in quibusdam testamentis posse testem esse.*
5 *An in codicillis poßit esse testis.*
6 *An in causa criminali poßit esse testis.*
7 *Apud veteres mulierẽ penitus ab omni testimonio repulsam.*
8 *Impuberem quoque repelli à testimonio.*
9 *Declaratio noua.l.notiorem.§.fi.ff.de verb.signif.*
10 *An pubes factus dicat testimonium de eo quod vidit ante pubertatem.*
11 *Quis dicatur proximus pubertati.*
12 *An monachi testes esse poßint in testamentis.*
13 *Quis dicatur intestabilis.*

HÆc quæ sequentibus aliquot paragraphis tractãtur, scripto, nũcupatiuóq3 testamẽto cõmunia sunt. Agitur enim de personis, quæ testes esse in testamento prohibẽtur: omnes aũt qui nõ prohibẽtur, admitti[a] possunt. †Et 1 prĩcipio definit Imp. generaliter eos esse testes posse, quibus cũ nobis testamenti factio est, i. (vt vulgò accipitur) qui hæredes institui possunt: etsi enim testamẽti factionẽ etiã ij habere intelligantur, qui facere testamentũ[b] possunt, hîc tamen ea significatio nõ cõgruit: nã impubes, seruus furiosúsque ineptè exciperentur. debent enim casus excepti sub generali regula contineri,[c] etiã si diuersum ius inducant: & qui omnes libros legat, ineptè domũ excipit. & qui omnib. qui hæredes esse possunt, testimonii dicẽdi ius permittit, nõ satis rectè personas ab ea definitione excludit, quæ sub ipsam nõ cadunt. Quapropter voluit Accur. pasiuè tãtùm hîc intelligere testamenti factionẽ, quod ego quidẽ non reprobo. etsi enim habere testamẽti factionẽ dicatur is qui testari, & cui in testamento relinqui potest: cùm tamen dicimus, est mihi cũ illo testamẽti factio, ipsa oratio illius respectu, passiuã vim habet. significátque

a *l. i. §. i. ff. de testibus.*
b *§. testamẽti autẽ. in fi. de hær. quali. & diffe.*
c *Dec. in l. i. ff. de reg. iu.*

ficátque illi posse à me relinqui: & hũc sensum obseruaui semper ad hanc orationẽ Accur. etiã accõmodasse. [d] Suaptè igitur vi, nõ exceptionis gratia intelligem⁹ hîc de iis qui hæredes possunt institui. Græcus tamen interpres vtroq; modo accepit: sed ne sic quidẽ bona erit exceptio, si
2 quis omnia exẽpla excutiat. † Improbus enim intestabilísque, nec facere testamentũ potest, nec hæres [e] institui, cũ illi testimoniũ dici nequeat, [f] cuius effectu hæreditatem cõsequatur: quod & Alciat. [g] sensit, & Theophilus explicat. Dicendũ itaq; est, nõ voluisse Imp. de prædicta regula excipere, cũ & si quidã casus conueniant, vltimus tamẽ aptè includi nequeat, & copulæ vis quæ in negatione cõtinetur exceptiuæ dictioni subiecta vim ipsi⁹ immutet. Progreditur itaq; Imper. per enumerationẽ certorũ casuũ clariùs explicaturus, qui testes esse in testamento nõ possint: cũ enim dixisset eos testes esse non posse, qui hæredes esse nequeunt, addit: Sed etiã mulier testis esse nõ potest, &c. Multi autẽ sunt, qui ex testamento capere nequeunt, vt deportati, hostes, peregrini: de quibus alibi Accur. [h]
3 *Sed neque mulier.*] † Mulier in cæteris omnibus actibus testis esse potest; in testamẽto, ac in nonnullis aliis [i] nõ potest, rationẽ vulgò reddũt, ob sexus imbecillitatẽ & incõstantiã. [k] Sed hæc ratio cũ generalis sit, prohiberet etiam in contractibus illarũ interponi testimonium. Ego arbitror id inde prouenire, quòd veteres ad solẽnia, nec mulierem, [l] nec seruum, nec impuberem, nec peregrinũ admittebant. Testium verò qualitatem ex antiquis testamentorum generibus constat descendisse. In emancipationibus verò, fœminæ testimonii causa nõ interueniebãt. Nec malè ait Faber, testimoniũ testamentarium vbi subscriptiones subsignationésque fiunt (cùm veteres in scriptis ferè
4 testarentur) officium propè esse virile [m] ciuiléque. † Non mirum itaque, si in iis testamentis quæ citra solennitatẽ fiũt, mulier interuenire potest. cuius generis sũt quatuor ferè species, militare, inter liberos, ad pias causas, & pontificiũ vel municipale, id est cùm aliqua lege, iuris cõmunis solennia abrogãtur, vt est in pontificali ditione, [n] nõnullísque municipiis. Sed & in donatione causa mortis ac codicillis, [o] cõmuni assensũ interpretum, mulieris valere
5 testimoniũ receptũ est. † De codicillis tamẽ ambigit Decius, [p] quòd Iustinianus [q] alibi dicat, eundem modum de-

d in §. extraneis. infrà de hære. qua li. §. legari. inf. de leg.
e glo. in l. is cui leg. §. fi. ff. eod.
f l. cũ lege. ff. eod.
g in l. intestatus. ff. de ver. signi.
h §. legari. infrà de leg.
i Dec. in l. ij. de regu. iuris. nu. 34.
k c. forus. extra. de verb. significatio.
l l. qui testamento. § seruus. ff. eod.
m l. curent. ff de testibus
n c. cũ esses.
o c. cũ relatũ. extra eod.
o not. in l. fi. C. de codicil.
p d. l. ij. nu. 27.
q l. hac consultißima C qui testa. facere poss.

bere obseruari in codicillis, qui præscribitur in testamētis. Sed respondeo, hoc non ad testium qualitatē referri, sed ad tabularū & subscriptiones, cæteráq; quæ specialiter in cæci testamento vltra vulgarem testandi formam, interuenire necesse est, quæ & ipsa debent in codicillis obseruari. †Quærunt etiam hîc an testimonium mulieris in causa criminali valeat? Quod ego iure satis expressum existimo:[r] & inde etiam colligitur, quod nusquā prohibeatur: nam quæ obiicit Porcius ab Fabro priùs notata dissolutáque sunt. & Decius etiā iuris canonici, quo mulierum testimonia in criminali causa reprobari aiunt, non valde firma argumenta esse ostendit.[f] Certè in testamento longè alia est ratio, propter solennia, vt diximus: quum tamē in criminali causa, testes omni exceptione maiores esse debeant.[t] Non est autem dubium haud æquè credi mulieri atque viro, nisi insigni probitate matrona sit. Antiquissimo† autem nullius iure testimonij ius mulieribus fuisse, ex Aulo Gellio apparet: quod in solennibus testamētorum permansit. Scribit enim[u] lege Horatia Caiæ Tarratiæ virgini Vestali ius testimonij dicendi tributum, testabilísque vna omnium fœminarum vt esset datum. 6 7

r l.ij.ff.de accusatio.

f in d.l.ij.ff. de regu. iur.

t l.fi. & ibi no.C. de probat.

u lib.6.ca.7

Neque impubes.] †Vnde (vt suprà dictū est) & in emancipatione ciues Romani puberes esse debebant. Est autē generale ius impuberis testimoniū nō valere: illud tamē speciale in testamentis, debere tunc esse puberē, nō modò cùm testimonium dicere iubetur, verùm etiā cùm testator coram eo voluntatem suam exponit. [x]Cū tamē in cæteris illud tantùm tempus inspici soleat, quo examinatur. Nam etsi aliquando testimonium dicere non potuerit, quia impubes: si tamen in præsentia potest, sufficere id debet. Tempus enim præsens inspicimus, vt etsi nunc non sit idoneus, ne concedendā quidem putem dilationē, in tempus quo testari poterit: idq; est quod dixit Vlpianus,[y] Testes †appellatione instrumentorum contineri, eorúmque nomine dilationē rectè peti posse, si in præsentia instruere possint. etiam si ergo quis actum in seruitute gessit, cū nunc tamen sit liber, rectè attestatur. & sic ego illa verba, In præsentia exaudio in Vlpiani respōso: etsi Accur. aliter. cuius intellectum secutus Alciatus, In præsentiam, legit. Sed mihi religio est, à vulgata lectione recedere. †Quod tamen dictū est, posse aliquem de eo testari quod vidit impubes, De 8 9 12 10

x gl. in l. ad testium. ff. eodem.

y l. notionē. §. fi. ff. de verbor. signifi.

pubes Decius, [z] in dubium reuocat, cùm testimonium ad pueritiæ tempus referatur, quo iudicio caruit: cùm secus sit in seruo, qui tametsi in seruitute testimoniũ dicere nõ potuit: tamen quod agebatur intellexit. Sed si quis cõmunem opinionem rectè inspiciat, nõ obstare id videbit. nã nõ aliter pubes factus de eo testificari permittitur quã si tum cũ illud vidit, tametsi impubes, vtcunq; intellexit, vt puta pubertati proximus: vt & rectè hîc Faber sensit: nam impubes nõ ob solam imperitiam reijcitur à testimonio, cùm plerunque etiam intelligat quod agitur, verùm eam ætatem simpliciter veteres à testimonij dictione repule-
11 runt, vt & seruum. † Proximũ autem pubertati accipe non qui decimum annum cum dimidio cõpleuerit, [o] sed ex iudicis arbitrio. In pueris enim, vnus altero præcociore est intellectu: citiúsq; dolum capiũt, qui in vrbe, quã qui ruri educantur: vnde & astuti dicuntur, & vna gens altera callidiores habet pueros, vt Accursi. alibi [a] notare memini de pueris Normannis, Romanis & Longobardis. Et proximum pubertati aliquando vocant Iureconsulti [b] eum qui parũ abest à pubertate: quæ propria interpretatio est. Alioqui enim, si proba esset Accursij expositio, prior pubertati, & propior infantiæ potiùs dici deberet ad alterutrius comparationem, quàm proximus, quod vicinam magis coniunctionem significat. & hanc etiam sententiam aduersus Accursi. vulgo receptam interpretationem Philippus Decius [c] probat. In Græcorum quoque interpretationibus obseruaui proximum pubertati dici eum, qui duodecimum agit annum.

Neque seruus.] Sed an adscriptitij & proprij (vt apud nos vocantur) homines, item monachi, ac ij sodales qui se fratres vocant, Franciscanorum, Dominicanorumque religioni deuoti? nam in iis est quædam seruitutis imago. & in adscriptitijs quidem id admittit [d] Faber: in monachis, non aliter quàm si id cum venia faciant eorum, quibus eos obtemperare fas est. cæteri tamen mihi videntur sine distinctione, monachorum te-
12 stimonium recipere in testamentis. [e] † Quod & mihi probatur, cùm non sint prohibiti, [f] & conueniat probationum facultatem ampliare potiùs quàm restringere: [g] maximè ne vltimæ voluntates concidant: cùm maiorem etiam fidem professio ipsa promittat. Seruus autẽ & ideò

z in d.l.1.§. fi. vide Spec. & Ioã. An. in tit. de testib. §. 1.

o glo. in §. pupillus. de inutil. stip. infrà.

a gl. in l. sequitur. ff. de vsucapio.

b l. excipiũtur. ff. ad Syl leia.

c in l. pupillum. ff. de regu. iur.

d fac. glo. in authen si testis. C. de testibus.

e Ias. in l. hac consultissima. C. eod.

f gl. in ver. cogitandum. in authent. de monach.

g l. quoniam in fin. C. de heret.

non admittitur, quòd non sit ciuis Romanus: nam quòd hæres institui & stipulari posit, in dominorum gratiã ius ciuile concessit.[h]

Neque is cui bonis interdictum est] De prodigo [i] hoc ferè solemus intelligere, qui hæres institui potest, etsi testari nequeat. Accursius intellexit etiã de eo qui maiestatẽ læsit: sed ille nullam habet testamenti omnino factionẽ, vt nec intestabilis. Secundum quem sensum nec hoc exemplum congruè de præcedẽti regula excipi videtur. † intestabiles autem non omnes quoquo modo dãnati vel infames intelligendi sunt: sed illi tantùm quos ipsa lex[k] tales esse iussit. ex xij. autem tab. citat Gellius,[l] Improbus intestabilísq; esto. & Horatius: Sacer intestabilis esto. Acron, detestabilẽ interpretatus est. in qua significatione & Plinius [m] artẽ magicam intestabilem dixisse videtur. Fuerũt autem fortè intestabiles iidem & sacri, de quibus elegãter annotauit ex Seruio & Macrobio Budæus.[n] Vna verò tantùm species reperitur, ex qua intestabilis hodie quis fiat, scilicet cùm quis ob carmen famosum damnatus est. Theophilus tamen eam vocem aliter declarat Gellius,[o] intestabilem, qui non est testabilis interpretatur, vti & Iurisconsul. Sed res in idem ferè incidit. 13

h l. additio. ff. de acquir. hæredit. cum simili.
i fac. l. is cui l. ff. eod.
k l. is cui. §. fi. l. cum lege ff. de testa.
l cap. 7. lib. vi.
m lib. 30.
n l. ij. ff. de pœnis.
o ca. 7. lib. vi.

Sed cùm aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, posteà autẽ seruus apparuit: tam diuus Hadrianus Catonio, quam posteà diui Seuerus & Antoninus rescripserunt subuenire se ex sua liberalitate testamento, vt sic habeatur firmum, ac si (vt oportebat) factum esset. cùm eo tempore quo testamentum signaretur, omnium consensu hic testis liberi loco fuerit: neque quisquam esset, qui status ei quæstionem moueret.

1 *Extensio huius §.*
2 *Modò veritatem, modò opinionem inspici.*
3 *An si vnus aliquis sciat testis non idonei conditionem, vitietur testamentum.*
4 *Duplici tempore testem debere esse idoneum.*
5 *Accursii consilium.*

Docto-

6 *Doctorum cautelam iure antiquo fuisse incognitam.*
7 *Publicandi testamenta mos.*
8 *Diuersæ doctorum in difficultate huius §. opiniones, & tandem quid nobis videatur.*
9 *Vno ex testibus mortuo, non ideò tamen concidere penitus testamentum: contra communem opinionem & doctrinã Barto. in l. ij. ff. quemadmodum testamenta aperiantur.*
10 *Furtum interdum ferè permitti.*

TAm diuus Hadrianus Catonio] Hæc adhuc extat constitutio,[a] cùm tamen in seruo loquatur, non magnã habere vtilitatẽ videtur. Seruitus enim moribus nostris ꝓpè est abolita: & quos ꝓprios homines Germania nostra habet, ij eodem iure adhuc viuunt quo olim, libertis scilicet magis similes quàm mancipiis. Suã enim quisque sedem, suos penates regit. frumenti modũ dominus aut pecoris aut vestis, vt colono iniũgit, & seruus hactenus[b] pa-
1 ret. Inter † omnes tamen ferè conuenit, vt licèt seruorum mentio in hac cõstitutione fiat, idẽ tamẽ in qualibet persona obseruetur.[c] veluti si quis cõmuni opinione erat ꝓbus & testabilis, vel pubes, vel ciuis, ac deinde compertũ fuit, intestabilẽ impuberem, deportatum, vel peregrinum fuisse qui tabulas signauit, ex eadem æquitate & tunc testamẽto subueniatur:[d] eadẽ enim ratio est, testamẽtiq; sustinendi fauor id suadet. Stricto autẽ iure non est dubiũ, vitiari testamẽtũ: ex liberalitate tñ sua, & (vt dicit Theophilus) ἐκ τῆς φιλοτιμίας principes ipsum sustinuerunt. Accurs. porro videtur legisse ex sua libertate, quod nõ conuenit: tametsi verum est, hîc nos magis opinionem sequi, quàm veritatem: reuera enim cùm esset seruus, nõ valebat testamentũ: sed ob communẽ opinionem sustinetur. Per
2 plexi autem iuris est ille articulus, † Veritásne an opinio præualere debeat? in quo absolutè nihil definire licet: sed ex casuum varietat eius quoque mutatur. Nã si quis suam rẽ legat, credens alienã, valet:[e] si alienã, credens suam, nõ valet.[f] si quis fundum Tusculanũ legat, qui Sempronianus appellatur, error non nocet: si vestẽ quis legat, librum intelligens, nihil valet[g] legatum. si omnes putabant esse seruũ, qui erat tamen liber,[h] veritati adhæremus, valétq; testamentum: si omnes putabant liberũ, cùm esset seruus opinionem sequimur, & adhuc valet ipso iure testamen-
3 tum. Ex causæ enim qualitate, ius vbique metimur.[i] † Sed

a *l. i. C. eod.*
b *Corn. Taci. de morib. Germa.*
c *arg. l. pen. §. fi. ff. de iur. & fact. igno.*
d *doct. in d. l. i. per gloss. not. in l. cum lege. ff. eod. in fi.*
e *§. si quis rem suã. infrà de legat.*
f *§. nõ solũ infrà de legat.*
g *l. 4. de leg. i.*
h *Alex. & Iason in d. l. i.*
i *l. si ex plagis. §. in diuo. ff. ad leg. aquil.*

cùm hîc ob omnium consensum & errorem sustineantur tabulæ, cessabit ne constitutio, si vnus aliquis & alter cõditionem eius sciebat? quod videtur. In dubio enim verbis adhærendum[k] est, & verisimiliter dubitare potuit testator: qua propter est quod sibi imputet, vt vult Aretinus[l]: verùm diuersa sententia magis[m] probatur. elusiora enim fiet hæc liberalitas, cùm vix ita celare conditionẽ suam quisquam possit, vt non vnus aliquis sit conscius: nec est improbabilis ignorantia, si hoc quis nescit, quod vnus tantùm vel duo sciunt, sed probabilis error cum multis scilicet ei communis, cùm leges multorum opinionem consensúmque pro omnium consensu ferè accipiant.[n]

Vt sic habeatur firmũ, ac si vt oportebat, factum esset.] Verũ[o] hæc constitutio nõ videtur omnem difficultatem tollere: quanquã enim subueniatur testamento, vt qui liber habebatur, potuerit testamẽto adesse, propter communẽ errorem, cùm tamẽ iam detecta eius sit cõditio, ac ob id testimoniũ dicere prohibeatur,[p] effectu carebit liberalis hæc
& humana Imperatorum constitutio. †Sciendũ est enim[q] 4
siue testamentũ scribitur, siue nuncupatur, debere dupli-
ci tempore idoneum esse testem, & cùm testamentũ fit, & cùm ipsum aperitur, seu publicatur: nec sufficit aliquando fuisse idoneum, si in præsentià aliqua ex causa ab testimonio repelli[r] potest. Quamobrem tametsi tẽpore facti testamenti, admitti ob communem errorem potuerit: nunc tamen cùm seruum eum esse constet, nuncupatam voluntatẽ iudici exponere, vel sigilla subscriptionésque agnoscere ritè nequibit: [s]seruus enim ab testimonio repellitur.[t] idéque erit & in aliis qui idonei antea fuerant: nunc verò fidem amiserunt.[u] cui consequens est, frustra propemodũ id disposuisse principes, de facti testamenti tempore, cùm
alio adhuc morbo testamentum laboret. † Accursi.[x] hac 5
de causa suasit, vt de testamẽto, publica per notarium fiat scriptura: sic enim fore, vt satis sit, testamenti facti tempore idoneos fuisse testes. Nã cum testamẽto facto rogatur tabellio instrumentũ de eo actu cõficere, etiam si deinde vel moriantur testes, vel fidem amittãt, nihil nocebit: iterum enim examinari eos necesse tunc non erit, nec debebunt signa recognoscere, cùm tabellionis publicũ documentum fidem abundè de eo faciat.[y] Vnde introductum est, vt qui testamenta hodie faciunt, siue nuncupatiua, siue in scri-

k l.i.§.si is cui nauem. ff de exerci.
l post Imol.
m l.ad testiũ §.i.ff.eodem.
m not. in d. l.i.C eodem. Fab.hîc.
n l. cũ qui dã. §. quod dicitur.ff. de acq.hær. l.3. ad senatusc. mac. l.quod maior. ff. ad municipal.
o glo. super ver. signaretur.
p l. quoniã liberi. C. de testibus.
q not. in l.i. C.eodem.
r l 3.§. causæ.ff. de carbon.edict.
s fac. quod not. Bart. in l.ij.ff. quemad. testa.ap.
t d.l. quoniã
u gl. in l.cũ leg. in fi.ff.e.
x apertius in l.i.C.eod.
y l. in donationibus. C. de dona. cũ simi.alleg. in glo.

in scriptis,ne ob testiũ mortem, vel ob mutatam eorum
conditionẽ corruant, semper notariũ adhibeant. [z] Quod — z Bart.l.i.
tamen ex Azonis opinione Accursius,in nuncupatiuo te- — ff.quemadm.
6 stamento iure fieri negat, [a] in alia specie concedit. † Sed — test.aperian.
Barto. [b] & cæteri, vtrobique & consuetudine & iure eam — a latè in gl.
cautionem sustineri respondent. Ego tamen puto nusquã — l.fi. C.de fi-
in iure hanc testandi formã reperiri, vt in vita testatoris, — deicommiss.
notarius publicum de hoc monumentum conficiat: quò — b in d.l.ii.
penè factum est, vt vetus omnis testandi solẽnitas, hodie
immutata, ac propemodũ sublata sit, prisco simul publi-
7 candorum [c] testamentorum more collapso. †Erant enim — c l.i.C.eod.
olim publica tabularia, quæ & Archiua vocamus, vbi cõ-
seruari insinuaríque instrumenta omnia memoriæ causa
solebant: vnde & fides testamentorum repeti poterat, si
fortè primæ tabulæ intercidissent. Sed vt ad rem redeam.
Accursius [d] ita testamentum posse sustineri, detecta huius — d hic & in
serui cõditione tẽpore apertarum tabularũ censuit, si per — l.ii.C.eod.
tabellionis scripturam fides de solennitate testamẽti fieri
possit, cùm tũc noua testamẽti examinatione minimè sit
opus: verũ ex iis quę diximus, satis liquet incognitã olim
eiusmodi cautionẽ fuisse. prætereà ad hũc casum restrin- — e in d.l.ii.
8 gere hanc opinionem, nimis est durum. † Notat & alios — f Azo in
quosdam casus alibi [e] Accur. ex quibus vtilitas huius con- — summa hu-
stitutionis appareat: sed neq; illi videtur sufficere quam- — ius tit. hic
obrem alii [f] tradunt, seruum hîc posse testimonium dice- — Bart.in d.§.
re, quod citra suam culpã detecta sit seruitus: idem tamen — causæ.
ei non licere, si fidem ipse suo peccato amisit: verùm ea di — g §.legata-
stinctio posset procedere, si de ipsius vtilitate ageremus: — riis.inf à eo-
at hîc de alterius re quæritur, [g] cui ipse nõ debuit sua cul — dem.
pa nocere. Alij hîc seruum [h] agnoscere signum suũ posse — h Bald. in
putant, quoniam rogatus fuerit. Alij, ob id quòd nudũ sit — l. ad testiũ.
factum, recognoscendi sigilla. Cõmunis illa videtur [i] esse — §. conditio-
sentẽtia, quod specialiter sit introductũ, vt hîc eius testi- — nem.ff.eod.
moniũ admittatur, cùm solẽnitatis non probationis gra- — i vide Ias.
tia denuò examinetur. Sed nec hoc omnino cauillis caret. — in d. l. i. &
Ego crediderim vbi sigilla subscriptionésq; serui esse cõ — Bart.in d.§.
stat, iudicẽ nihil debere morari, quò minꝰ instituti here- — cõditionem.
9 ditatẽ capiat. †Quinimo defendi posse puto, etiã mortuo — k cõtra Bar
aliquo ex testibus, [k] volũtatẽ tamẽ defuncti exitũ habitu — to. in l.ij. ff.
rã, etiã si eo casu penitus sigilla cognosci nequeãt dũmo- — quemadm.
dò tamẽ appareat à mortuo subscriptũ subsignatũq; testa- — test.ape.

mẽtũ esse. Iniquũ enim est, vnius testis fato illud simul perire, cũ alioqui de volũtate certi esse possimus per subscriptionis literarúmq; cõparationẽ, quę nõ simplicẽ hîc prę-sumptionẽ inducit, sed sigillorũ adminiculis, cæterorúmque testiũ indubitata fide, & testatoris subscriptiõe adiuta plenam propè probationem efficit.[l] nec video quomodo ante decennium scriptũ testamentũ durare queat, in tanta hominũ mortalitate, quod in cõstitutionibus[m] legitur: nisi dicamus testium morte, ipsum tamen non infirmari. Nã si cõmuniter recepta opinio vera est, proculdubio periculi plen⁹ hîc testãdi modus erit. Nec ego alia magis ex causa abolitã esse veterem hanc testamenti formã, quàm ex isthac persuasione existimo. Videam⁹ ergo an ab omnibus reiecta[n] sentẽtia probabiliter defendi possit. Nam æquitas sanè suffragatur, quod nec aduersarij negant: cùm hæredi instituto licere, tantùm nõ furto, imò etiam citra crimen, defuncti bona, quæ iure actionis cõsequi nequit, iniustis successoribus extorquere fateantur.[o] Et† cùm dicant, dubitãte obsignatore valere tamen testamentum,[p] si ipsius esse sigillum probetur, cur nõ idem etiam concedamus eo mortuo, qui vt nõ agnoscere, ita nec scrupulum hunc iudici iniicere potest? Mouet me etiam Iustini. constitutio,[q] quæ vult hæredẽ, qui ostenderit iudici testamentum integrum & prototypũ, legitimo testium signorúmque numero vallatum, nulla agnoscendorũ sigillorum facta mentione in possessionem hæreditariarũ rerum esse mittendum: quod & Pau.[r] Castr. opinioni vulgatæ obstare subodoratus, in petitorio tantùm iudicio de sigillorum recognitione agendũ censuit: sed cùm cõstiterit, dubioprocul eã esse solennem & verã defuncti volũtatem, cur non retinere hîc ei liceat, quod & furari poterat?[s] Quare nec petitio meo iudicio tenebit. Idẽ ex Valeriani[t] Galienique rescripto confirmatur, qui absentibus testibus aperiri tabulas permisere, modò eorũ loco honesti viri adsint, qui de earũ fide cum iudice inquirãt, vt deinde in patriã latæ tabulæ illic insinuẽtur. nec verisimile est quod voluit Alex.[u] inde iterũ eas remittẽdas ad testes,[x] vt signa agnoscant: cùm simpliciter principes concedant, à iudice inspectas posse in patria insinuari. Itẽ si amissis tabulis testamẽti duo testes testamẽtarij plenè voluntatẽ[y] probãt, cur nõ idẽ dicamus mortuo aliquo ex testibus? Sed & ad quẽ

l no. in l. ad monẽdi. ff. de iureiur.
m l sancim⁹. C. eod.
n vide Bart. in l. i. C. eo. in ij. intellectu.
o Bal. & Ias. in d. l. i.
† to
p l. i. ꝯ fi. & ib. no ff. quẽad. testa. aper.
q l. fi. C. de edi. diui Adr. toll.
r in d. l. fin.
s secundũ opinio. Bald. & Ias. ac aliorũ
t l. ij. C. quẽad. testa. ape.
u in d. l. ij.
x l. sed si qs. ff. qu. te. ape.
y no. in l. i. C. de bono. pos. secun. tab.

vsum

vsum fit in scriptura testamentũ, si per eam voluntas probari nequit? vel quid differunt tabulæ ab nuncupatione, si & illæ à testium voce æqualiter pendent? Non leue quoque in textu nostro huius opinionis est argumentũ, cùm enim seruus mortuo similis sit, solùm de testamenti facti tempore principes rescripserunt, de sigillorum recognitione velut minùs necessaria subticentes. cùm is qui obiicit, tempore testamenti facti non potuisse testimoniũ perhibere eum qui seruus erat, voluntatem in dubium non vocet, & de solennitate tantùm disputet: ex multis autem legibus constat, ipsa subscriptione subsignationéq; testimonium perhibere testes de voluntate[z] defuncti: ac propterea cùm in aliis actibus quod quis vno tempore vel vidit, vel audiuit, de eo alio testimonium dicat, in testamento quasi in re præsenti per ipsa signa & subscriptiones, videtur de eo quod corã se gestum est, vno tẽpore perhibere,[a] deponereq; testimonium, vnde & hæ subscriptiones testium, depositiones aliquando[b] vocantur. Obstare verò præcipuè huic paradoxo nostro videtur Vlpiani[c] responsum, qui prætoris esse officium tradit, vt cùm ab initio aperiendæ sunt tabulæ signatores conuenire cogat, & sigilla sua recognoscere, cui & sequentia capita suffragantur, vt & ad absentes mittendæ sint tabulæ, ad inspiciẽda sigilla sua, & hinc omne propè fundamentum est communis sententiæ. verùm cùm hæc inspectio inducta sit ob falsitatẽ euitandam, & quò facilius suprema hominum iudicia, testium asseueratione confirmata, exitum habeant,[d] nõ videtur mihi id adeò strictè accipiendũ, vt in voluntatis potiùs perniciem tendat.[e] hodie enim ex cõmuni opinione dũ ob testis mortẽ aiunt tabulas cõcidere, quid aliud quã extrema hominum elogia impediunt? cùm autem voluntas abundè apparere potest, & ex solennibus nihil est omissum, cur nõ potiùs testamento[f] fauemus? Nec enim ea sigillorum inspectio, formalem aliquã testamenti solennitatem respicit, sed tantùm voluntatis probationem: ea igitur aliũde probari cùm possit, secundum ea quæ suprà diximus, cur non sustinemus defuncti iudiciũ? nec enim Iurecons. dicunt, si vnus aliquis mortuus nõ recognoscat, corruere illico testamentũ: & multa scimus præcipi in iure, vt fiant, quæ tamen omissa non cõtinuò omnẽ actum subuertunt.[g] Ergo vbi viuent existimarim cognoscere te-

z Bar. ex Azo. in d. l. 1.

a l. hered. §. pe. ff. eod.

b l. fi. C. de edi. diu. Adr. tol.

c l. cũ ab initio cũ seq. ff. quẽad. test.

d l. vel negare. ff. quẽad. test. aper.

e no. in l. legata inutiliter. de leg. 1.

f l. si pars. ff. de inof. test.

g Sal. in l. fi. per illũ text. C. de sent. ex pericul. recit. Iason in l. 1. C. de sum. tri.

ſtes cogendos: quòd ſi erunt mortui, videndum an aliunde fides ſigillis ſubſcriptionibúſque fieri queat. Nam & Accurſius confeſſionem venientium ab inteſtato prodeſſe inſtitutis hæredibus credidit.[h] Quod verò dicunt teſtamenti publicationem inuentam eſſe ob teſtium[i] mortem, verum non eſt. nam ne ſolenni ſcriptura amiſſa, aliquo caſu proximi ab inteſtato, ſcriptis negotiũ faceſſant, deſcriptum teſtamenti exemplum, in archiuo olim reponebatur. hodie notariorum vſu, publicationis antiquus mos penè eſt abolitus. Eſt & pontificia conſtitutio,[k] quæ communẽ opinionem adiuuat: cùm mortuus in teſtamento in ſcriptis teſtibus apertè ipſum infirmũ eſſe dicat. Verùm hîc alia adſunt adminicula ſigillorum, & quorũdam teſtium adhuc viuẽtium: & ibi nõ ſubſcriptiones teſtium erant, ſed inſcriptiones: inter quas & Bald.[l] differentiam facit, tametſi cæteri imprudenter cõfundant. Ex his ergo apparet communem opinionem dubio non carere: nam & inſpectiones ſigillorũ, ego arbitror primũ in prætorio teſtamento inductas eſſe, in quo non requirebantur ob ſignatorum ſubſcriptiones, conſtitutionibus deinde inuentæ:[m] nam & de inſpicienda ſubſcriptione quæ certiorem fidem facit quàm ſigilla, in hoc tractatu verbum nullum. Quod ſi verò mortuo aliquo ex teſtibus qui agnoſcere nequeat, aliis cõiecturis ſuffulcire teſtamentũ licebit, certè & ſi quis mutus vel furioſus vel ſeruus factus fuerit, eadem ratione teſtamentũ exitum habere, cõſequens erit. Hæc hîc volui inſerere, quò cæteris diligentiùs ea de re cogitandi anſam præberẽ: vel ob id lubentius, quod cùm Phryſios meos antea tradiderim,[n] ſolennem ſcripti teſtamenti formam adhuc obſeruare, & illo quoque cõſequenter iure eoſdẽ vti animaduerterim, quod nũc à nobis cõtra cæterorum ſententiam pluribus verbis defenſum eſt. Sic enim accepimus ab Hectore Hoxuirio, multis me hercle virtutibus dotibúſque, præter exactiſſimam literarum cognitionem, & generis vetuſtã nobilitatem viro clariſſimo. Porrò cùm principum conſtitutio in teſtamento in ſcriptis loquatur, dubium eſt, an & in nuncupatiuo locum habeat, quod humanius videtur. hîc tamẽ cùm nulla teſtimonij perhibiti monumenta permaneãt, non auſim dicere mortuo teſte ęqualẽ ipſum executionẽ habiturũ. Sed tamẽ ſi ſeru[us] fuerit effectus, Faber ait valiturũ adhuc in hac ſpecie

h d.l.i.
i l.ij.C.eod.
k c.ij.de fide inſtr.extrà.
l in d.c.ij.
m §.ſed cùm paulatim.ſupr.eod.
n ſuprà eod. §.ſed illa.

specie eius testimoniũ. quod & ego benignius esse puto [o] *o Ias. d. l. si in fi.*

Pater, necnõ is qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdẽ patris potestate sunt, vtique testes in vno testamẽto fieri possũt: quia nihil nocet ex vna domo plures testes alieno negotio adhiberi. In testibus autem nõ debet esse is qui in potestate testatoris est. Sed & si filiusfamiliàs de castrensi peculio post missionem faciat testamẽtum, nec pater eius rectè adhibetur testis, nec is qui in potestate eiusdẽ patris est. reprobatũ enim est in ea re domesticũ testimoniũ.

1 *Domesticum testem repelli.*
2 *In quo casu loquatur §. nostri dispositio.*
3 *Qua ratione prohibeatur filius esse testis in testamento patris.*
4 *Emancipatus filius an testis esse patri poßit.*
5 *Varias personas patrum honorari titulo: quæ testes tamen esse possunt.*
6 *Affectionem erga testatorem hîc non considerari.*
7 *De domesticis personis.*
8 *Domesticos testes aliàs repellendos ad testimonia: testamentaria admitti, contra communem opinionem.*

1 A*lieno negotio adhiberi*] † Ratio dubitandi erat, quod de mẽdacio faciliùs cõspirare poterãt, [a] quæ præsumptio in alieno negotio cessat: at vbi aliquẽ de domo vtilitas manet, ibi regulariter, domesticus testis reiicitur: q 2 & prouerbio notatur. † At cur nõ potest filius in patris testamẽto testis esse? nam si hæres scribitur, res est clara: [b] si præteritur, non valet [c] testamẽtum: sed cùm exhæredatur, dubitari potest: & hic enim nulla cõsiderari collusio potest, cùm nemo in suũ damnũ ingeniosus falláxq; esse soleat: 3 vnde † apparet solius potestatis ratione prohibitum eius testimonium, qua quædam vnitatis fictio [d] inducitur: ratio verò non patitur, vt idem quasi pro seipso testimonium perhibeat, [e] 4 † Quid ergo si erit emãcipatus? & à cõtrario sensu id illi hîc licere constat: sed & in matris, vel aui materni testamẽto testẽ ipsum esse posse autumo. argumentum tamen aliquod hîc est: nec emãcipatum posse testem adhiberi, nec ecõtrario patris in emancipati tabulis idoneum esse testimõnium, cùm in castrẽsi peculio

a Faber hîc.
b § seq.
c infr. de exh. liber.
d §. ei verò. inf. à de inu. ti. stipul.
e l. nullus. ff. de testa.

pate fa-

paterfamiliàs censeatur, vbi tamē pater testis esse nequit. Sed respondeo, patremfamiliàs tantū censeri, vt arbitratu suo disponat. vnitatis tamen vinculum manet: nā & pater disponere potest, cùm sit paterfamiliàs, & tamē vnitatis fictio impedit testimonium: vbi itaq; ea cessat, vel ob emancipationem, vel in matre, credo testimoniū non impediri. erit ergo filius, legitimus testis in matris & aui materni testamento. Alij tamen omnes diuersum censent: sed mox ostendam, inter testimonium testamentarium, atque alia genera testimoniorum multum interesse. nam reuerētiæ[f] debitum, officiúmque pietatis quo parentes & filij inuicē sibi prodesse studeant, circa testamenta cessat. † Quædam 5
verò sunt aliæ personæ, quas propter qualēqualem in nos affectum, patris honoramus titulo, cum quibus tamen nobis est in aliis etiā caussis mutuum testimonij dicendi ius: etenim Episcopi, parociq; nobis ecclesiastici quidā patres esse[g] dicuntur, ob quos non temerè quis peierare solet. & hos[h] ius pontificium maximè idoneos testes reputat. Vocamus & nutrices matres nostras: & patres, eos qui nos adhuc pueros educarunt, sed eorum beneficia facilè obliuiscimur. refertque in secūdo Rhetoricorum Aristoteles, in puerum, quia non meminit, beneficium non esse collocandum. Idem in eo, qui nos de sacro fonte suscepit:[i] & in præceptore, quem maiores sanctivoluere parentis esse loco, vt inquit Iuuenalis.

f l. iij. §. Iul. ff. de testib.

g argu. cap. cùm nuncius de testib.

h c. cùm esses. extra eo.

i not. doct. in l. parētes. de testib. ff. l. fin. C. de in ius vocand.

De castrensi peculio post mißionem.] Aliter enim filius testamentum facere nequit, cùm bona non habeat,[k] & testamentum sit ordinatio de bonis nostris post mortem,[l] vt nunc superfluum sit quærere an testis esse possit pater: & infrà latiùs exponetur, quemadmodum filiisfamiliàs testari liceat. Ante missionē in expeditionem & castris, citra solennitatem etiam possunt testari: at tunc non impedirur pater esse testis, vt Marcellus[m] respondit. Sed veterano filiofamiliàs etsi testamenti factio concessa est, necesse tamen est, solennia obseruare: militiæ itaque fauor, vnitatis vinculo potior est: cùm tamē illic legitimi testes interuenire debeant, † sequitur affectionem reuerentiámque 6
solam, quæ alia testimonia impedit, testamentarium non impedire: affectio enim tunc debet obstare, cùm de lucro agitur, quod non est in testamentis. idem & ad alias fauorabiles testandi causas licet extendere.

k authen. ingreßi. C. de sacros. eccles.

l l. 1. ff. eod.

m l. qui testamento. §. per contrarium. ff. eod.

In ea re]

In ea re] videtur itaque in aliis causis domesticum testimonium permitti, qui sensus aperto iure reprobatur. Regulariter enim traditum est, nec in testamentis, nec in a-
7 liis causis domestici testimonii fidem recipi.[n] † Domesticæ tamen personæ in Leonis constitutione[o] nominatæ ferè omnes euanuerunt: nec enim vel seruos vel libertos vel adscriptitios colonos habemus, nisi quis sic interpretari velit colonos qui hodie apud aliquas nationes quandam vetustę consuetudinis imaginem retinent. Inter domesticas autē personas recensentur & coniuges,[p] siue pro marito vxor, siue pro vxore maritus testis esse velit: item cōcubinę: item homines liberi, qui operas suas nobis mercede locant, quíque aliqua ex causa ob imperiū[q] nostrum possunt à fide diuerti, maximéque ii qui à manibus ac pedibus nobis sunt, aliaque viliora officia sustinent. Secus[r] in comitibus & Iurisperitis assessoribúsque qui Præsidem vel Episcopum cōsilij aut honoris causa sequūtur. Sed et si viliores famuli de domo nostra recesserūt, iterum testimonij dicendi ius recuperabunt,[f] quasi sublata prohibi-
8 tionis causa, si modò ea in re dolus argui non possit. † Animaduertendum tamen fortè non sine quodam errore interpretes omnes, ob domesticam familiaritatem supradictas personas à testimoniis testamētariis excludere: cùm longè alia sit ratio in aliis testimoniis, ex quibus lucri aliquid accedere ei potest, cuius reuerentia vel obsequio veritatem celare affectet.[t] In testamētis verò haud æquè probabilē prohibitionis causam video. neq; enim hoc testimonio aliquid acquiritur defuncto, sed tantùm voluntas eius exitum cōsequitur. cui leges[u] fauere, miniméque hîc probandi facultatem angustare[x] solent: hæredis verò potissimùm causa agitur. Nec verum est, eas personas quæ in iudiciis prohibētur, & à testamento semper arceri, cū in infamibus damnatísque id procedat,[y] non in aliis personis per se alias idoneis, & ob solā affectionē suspectis quæ in testamenti causam neutiquam cadit. Quin vsu admonemur in testamentis cōdendis amicos ferè adhiberi solere, eásque personas quę nobis sunt charissimæ.[z] Insciè itaque confuderunt testimonia, quæ in testamētis prohibētur, cū aliis quæ ipsa ratio manifestè distinguit. Quāobrem existimo, & maritū in vxoris testamēto testem esse posse: & fratrem in fratris, & patronū in liberti, si modò nulla

n l. ij. C. de testib.
o l. fin. C. de his qui ad eccle. confug.
p vide hîc latè per Areti. & Bauer.
q l. idonei. ff. de test.
r Inno. in c. ex literis. extra de testib. Are. hîc.
f l. notionem §. fina. ff. de ver. sig.
t l. qui testamentum. §. quæcunque. ff. eod.
u l. vel negare. ff. qui test. aperian.
x l. quoniam C. de hæret.
y l. qui testamēto. §. eum qui. ff. eod.
z l. Pamphilo. §. propositū. de leg. iij.

dò nulla alia ratio impediat. denique domesticũ testimonium tantùm reprobari hîc ratione patriæ potestatis: & sic ego interpretor verbum in textu nostro: IN EA RE DOMESTICVM TESTIMONIVM REPROBATVM ESSE. Domum enim pro familia sępe accipimus, vt & in hoc eodem textu de eadem domo vocantur testes pater & filius, potestatis, non cohabitationis respectu: sic & suos [a] hæredes, infrà Iustinianus domesticos esse hæredes ait. Soluta igitur potestate, nihil obstat quin & emancipatus sit testis, vt suprà asseruimus: multóque magis alij qui in eisdem ædibus habitant: cuius etiam argumentum est in Theophili extensione: τὴν δὲ οἰκειακὴν inquit, μαρτυρίαν οὐκ ἐκ τῆς συγγενείας, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἑνώσεως τῆς ὑπεξουσιότητος λαμβάνομεν. id est, non ex cognatione, sed ex vnione quæ per patriam potestatem contingit, domesticũ hîc testimonium accipi. Suspectas autem habet alibi Imperator [b] coniunctas domesticásq; personas, sed cùm sibi aliquid attribuere studẽt. At in testamento & erga mortuum cessat omnis affectio: & si qua est affectio, ea potius tendit ad conseruationem voluntatis, quàm subuersionem. Domesticas autem personas hic vocamus respectu testatoris: an verò domestici hæredis repellantur, sequentis paragraphi materia est.

a §. sui antè infrà de hæredi. qualit. & differ.

b l. data. C. de donat.

Sed neque hæres scriptus, neque is qui in potestate eius est, neque pater eius qui eum habet in potestate, neque fratres, qui in eiusdẽ patris potestate sunt, testes adhiberi possunt. Quia hoc totum negotium quod agitur, testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem & hæredem agi. Licet autem totum ius tale cõturbatum fuerat, & veteres quidẽ familiæ emptorem, & eos qui per potestatem ei coniuncti fuerant, à testamentarijs testimonijs repellebant, hæredi autem & ijs qui per potestatem ei coniuncti fuerant, cõcedebant testimonia in testamentis præstare (licet ij qui id permittebant, hoc iure minimè abuti eos debere suadebant) tamen nos eandem obseruationem corrigentes

& quod

& quod ab illis suasum est, in legis necessitatē trásferētes, ad imitationē pristinæ familiæ emptoris, meritò nec hæredi, qui imaginē vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neque aliis personis, quæ ei (vt dictum est) coniunctæ sunt, licentiam concedimus, sibi quodámodo testimonia præstare, ideóque nec eiusmodi veteres constitutiones, nostro Codici inseri permisimus.

1 *Compilatores in Iureconsultorum responsis quædā immutasse.*
2 *Veteris differentiæ ratio inter hæredem & familiæ emptorem.*
3 *An emancipatus filius hæredis, testis esse posit.*
4 *An monachus testis esse posit instituto monasterio.*
5 *Testimonij testamentarij facultatem nimium ab doctoribus esse restrictam.*
6 *Agendi & rei vocabula generalia esse.*

1 INdicat † Iustinianus ante sua tempora hæredem potuisse in testamento perhibere testimonium, cùm tamen ex Vlpiani[a] responso veterum Iureconsf. ætate iam tū prohibitum id fuisse satis colligere liceat: nec suadet id Vlpianus, sed simpliciter testem esse nō posse hæredem asserit. Verisimile tamen est compilatorum authoritate plera que fuisse immutata,[b] ac ad nouissimi iuris obseruationē accommodata. † Sed quæ potuit veteris iuris esse ratio, 2 vt familiæ emptor excluderetur à testimonio, non item hæres? & si quidem de hærede accipimus in testamento, quod calatis comitijs fiebat, & procincto, nulla apparet differentiæ ratio: & quanquàm in his speciebus Accursius intelligat: tamen id ego arbitror nō posse subsistere, cùm ea testamenta dudū in desuetudinem iuerint. Quòd hæredem itaque veteres testem esse sinebant, melius cōuenit in testamēto in scriptis, quod olim frequentissimū erat, ac penè solum obtinebat: & ratio esse poterat, quod plerunque ipse se institutum ignoraret,[c] cùm latere eum poterant, quæ in tabulis scribebantur: sed tamen cū subinde rescisceret posset, suadebant, vt abstineret à testimonio, ne suspitionem de se præberet: quod Iustinianus speciali constitutione in legis necessitatem vertit. Periculosum est enim hæredi permittere, vt ad sustinendū testamē tū ipse sit testis, cū ipsius institutio testamēti caput & fundamentū[d] sit, & de suo cōmodo præcipuè agatur, qđ & ad

a *l. qui testamento. ff. eo.*

b *l. i. §. hoc etiā. C. de vet. iur. enucl.*

c *l. hac consultissima. C. eodem.*

d *§. ante hæredis. infrà de legat.*

coniunctas illi per poteſtatem perſonas extenditur. †Sed 3
an emancipatus hæredis filius, vel frater non exiſtens in eiuſdẽ poteſtate, vel alia perſona alibi ꝓhibita hîc admittatur? quod mihi quidem videtur. nã ſi veteres id hæredi concedebant, & cõiunctis per poteſtatem perſonis, ac antiquum ius in illis tantùm eſt correctum, cur in cæteris ſtare [e] prohibetur? cùm & legatariis [f] id concedatur (vt modicam affectionem nõ impedire teſtimonium conſtet) & à contrario ſenſu id hîc colligatur. quanquam autem aliqua affectionis ſuſpicio ſit, ea tamen nõ penitus teſtẽ reiicit, etiã ſi aliquid fidei detrahat. nec hîc omni exceptione maiores teſtes requirimus, cùm ob id numerus amplior ſit cõſtitutus, vt eo pacto suppleretur, ſi quid fortè teſtis conditio ſuſpicionis induceret, vulgatúmque carmen eſt: Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. †Hinc ergo aduer 4
ſus [g] aliorum ſententiam monachum quoque teſtem eſſe poſſe arbitror in hac cauſa, etiam ſi monaſterium inſtitutum eſt. mouet autem me in primis cauſæ pietas: ſine qua adhuc idem per ſe defendi poteſt, etiam ſi hæreditarium id lucrum in ſingulorum conuertatur [h] commodum: veluti ſi ex voluntate teſtatoris annuum inde veſtiarium monachis præbendum ſit: adhuc enim ſinguli legatariis magis ſimiles exiſtunt, cùm vniuerſitas hęredis titulũ ſuſtineat, & legatarios non prohiberi ſequens textus oſtendit.
In† ſumma non tántùm in teſtamentis, verumetiam aliis 5
in cauſis interpretum opinionibus probationum facultas nimium eſt anguſtata: cùm tamen regulariter omnibus teſtimonij dicendi ius ſit, quibus id non eſt expreſſe [i] ademptum. Periculoſúmque eſt ob rationis quandam ſimilitudinem extenſionem inducere, cùm ea ſæpe, non ęquè magna in vna ſpecie ſit, atque in alia, [k] & teſtamenti peculiariter fauorabilis [l] ſit cauſa.

Agi] †Hoc generaliſſimum [m] eſſe verbum, notat Accur- 6
ſius, cuius etiam diuerſas ſignificationes vno tetraſtico Martialis expreſſit:

Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper:
Eſt, non eſt quod agas: Attale, ſemper agis.
Si res & cauſæ deſint, agis Attale mulas.
Attale, ne quod agas deſit, agas animam.

Eodẽ modo & rei [n] ſignificatio latiſſimè patet: vt & apud Græcos, τὰ πϱάγματα. itaque agendi verbum hîc rectiùs

e l. præcipimus. C. de appella.
f §. ſequent.
g Aret. & alij hîc.
h Bar. in l. in tantũ. §. vniuerſitas. ff. de rer. diuiſ.
i l. i. §. i. ff. de teſtib.
k not. ĩ auth. quas actiões. C. de ſacroſ. eccleſ.
l l. in teſtamentis. ff. de reg. iur.
m gloſ. ſuper verſ. agi.
n l. i. ff. ſi cer. peta.

cõuenit, quàm quoduis aliud. Verba enim cõtraxerunt[o] & geſſerunt, ad teſtandi ius nõ pertinent, niſi reſpiciamus ad teſtamẽtum, quod per æs & libram fiebat, in quo quædam contractus ſpecies erat. *o l. verb. cõtraxerunt. de verb. ſig.*

Legatariis autem & fideicommiſſariis, quia non iuris ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis coniunctis teſtimonium non denegamus: imò in quadam noſtra conſtitutione, & hoc ſpecialiter eis conceſsimus. & multò magis iis qui in eorum poteſtate ſunt: vel qui eos habent in poteſtate huiuſmodi licentiam damus.

1 *Differentiæ veteres inter legata & fideicommiſſa.*
2 *Iuſt. iuuenum cauſa legata à fideicommiſsis diſtinxiſſe.*
3 *L. 1. de legat. 1. enodata.*
4 *Hæredes iuris, legatarios corporũ principaliter ſucceſſores eſſe.*
5 *Ob interpretum pertinaciam & calumniam neceſſe eſſe nonnunquam eandem rem ſæpius inculcari.*
6 *Declaratio gloſſ. fin.*
7 *Legatarium poſſe teſtem eſſe in teſtamento, etſi inde lucrum conſequatur.*
8 *Variæ rationes ſpecialitatis, & tandem quas ipſi Iureconſult. tradiderint.*
9 *An in nuncupatiuo teſtamento legatarij teſtes eſſe poſsint.* *a §. ſed non*
10 *An legata rectè exigi poſsint.* *vſque. infrà*
11 *De Pauli Caſtrenſi ſingulari opinione.* *de legat.*

1 Legatariis & fideicommiſſariis] † Etſi olim legata à fideicommiſſis diſtinguebantur,[a] in hoc tamẽ caſu credo nullam fuiſſe differẽtiam, quæ ex eo ferè eſt nata, quod in illis vt maior diligẽtia & verborum ſolennitas,[b] ſic ſi ritè erant concepta amplius vberiúſq; proſequẽdi ius erat: hęc verò citra aliquã verborũ obſeruationẽ in nuda teſtatorũ volũtate[c] cõſiſtebãt, atq; ob id minorẽ habebant efficaciã: multáſq; ſpecies recẽſuit in inſtitutionibus ſuis T. Caius,[d] quas accuratè etiã Accurſius[e] annotauit, in quib. veteri
2 iure legata à fideicõmiſſis differebant. † Hinc & tituli in hoc libro diuerſi, & quędã in eo[f] differẽtiæ ſic relatæ quaſi & hodie obtineãt: verũ Iuſtiniani cõſtitutiõe exęquata inter[g] ſe eſſe clarũ eſt: & quãquã titulis ſint diſtincta, & diffe-

b patet per omnia antiqua differentiæ exẽpla.
c l. pe. de le. 3
d li. poſt. ti. 7
e l. 1. ff de legat. 1.
f §. præterea. inf. de fidei. hære. § 1. infrà de ſingu. reb. per fid.
g d. § ſed nõ.

rentiæ quædam inter ea hoc ipſo libro relatæ,non tamen
ideo vetus ius adhuc obtinere cõcedemus,cùm ſtudio id
à ſe factum ob iuuenum inſtructionem Iuſtinianus profi-
h d.§. ſed non. teatur:vt natura,inquit,[h] vtriuſq; iuris cognita,facilè poſ-
ſint per mixtionem eorũ eruditi ſubtilioribus auribus ac-
cipere.Quamobrem Bœoticas(vt eſt in prouerbio) aures
i doct.in l.1. ff.de leg.1. habeant,oportet:qui hoc non animaduertentes, [i] priſti-
nam nobis renouant differentiam. † Obiiciat tamen hîc 3
aliquis,ſi vetus omnis diſtinctio, Iuſtiniani conſtitutione
fuit abrogata, quomodo interpretabimur primum caput
de legatis,in Pandectis, vbi eiuſdem ſententiæ Vlpianus
multò antiquior citatur author, qui & ipſe proponit per
omnia legata fideicommiſſis exequata eſſe? & omiſſis a-
liis ſolutionibus quæ ipſis inuentoribus earum non ſatis
placuerunt,hoc perſuaſiſſimum ſemper habui,primum il-
lud caput falſo Vlpiano adſcribi: quinimo nec vllam ha-
k Nuremb. ædit. bet inſcriptionem Haloandri [k] æditio,vt ab compilatori-
bus adiectum eſſe veriſimile ſit,quod & ex Inſtitutionum
loco,quem paulò antè citauimus,probari poteſt:cùm ado
leſcentum cauſa fideicommiſſa legataq; ſeparatis tracta-
tibus Imp.diſtinxerit,quæ alibi vnà permixta eſſe ait,quo
niam ſcilicet re nõ differunt.atq; ideo cùm ibi cõiunctus
fuiſſet titulus de legatis & fideicõmiſſis, aptè quaſi cauſa
ſubiuncta eſt anonymo capite,per omnia legata fideicom
miſſis exæquata eſſe. Audiui etiam qui hoc caput deeſſe
in nonnullis libris antiquis dicerent: ſed quomodocũque
ea res ſe habeat,ex iis quæ modò diximus, omnis tollitur
difficultas. Poterat hoc in ſuum locum ſeruari dicendum,
ſi eò nobis propoſitum fuiſſet hanc commentationem ex-
tendere. loci autem huius opportunitate motus, & quia
multum diúque ea de re hoc tempore in ſcholiis à prima-
riis noſtris profeſſoribus in primi capitis de legatis inter
pretatione,ὀυδὲν πρὸς τὸν διόνυσον diſceptatum fuit,volui pau-
cis meam ſententiam indicare.

m argu.l.in conuentioni-bus.ff.de ver. ſign. *Quia non Iuris ſucceſſores ſunt*]†Id eſt negotium non cen- 4
ſetur cum ipſis,ſed cum hęredibus agi:atque ideo non di-
cuntur in re propria, ſed in hæredis cauſa ferre teſtimo-
nium.ſed nónne & legatarij ius in re legata acquirunt? [m]
n l.in tẽpus. §.1.ff.de vſu capio. cur ergo non & ipſi iuris ſucceſſores dicuntur? fatentur
certè nonnulli, iuris particularis & ipſos eſſe ſucceſſores,
nonnunquam & hæredum loco [n] habendos: verùm cùm
id ſem-

id semper quod principaliter apparet, non quod in consequentiam venit intueamur, [o] hæreditas verò [p] ius sit, legatum corpus, etsi sub hæreditate corpora contineantur, & rei legatæ dominium, & ius cohæreat: [q] nõ tamen ideo vel hæreditatẽ corporis, vel legatum iuris esse dicemus: [r] haud rectè ergo legatarius iuris successor dici poterit. Aliquando tamen causæ qualitas permittit, vt dispositio de hærede extendatur etiam ad legatarios: [s] sed ea res alterius est scenæ.

5 *Specialiter eis concessum est*] † Ob interpretum calumnias, necesse est aliquando principem ea quæ prioribus legibus fuerunt expressa, iterum speciali constitutione confirmare, quò sæpiùs inculcata tandem obseruentur: quod & in hac quæstione vsu venit, quæ hodie ita à plerisque torquetur, vt effectum suum ægrè consequi valeat. hoc verò ridiculum quod [t] Accursius ferè credidit, quoties citata constitutio non apparet, Græcam fuisse: certè desiderantur nonnullæ Græcæ, Latinorum librariorum imperitia, barbaro & rudi seculo omissæ. Sed cùm Codex bis æditus [u] sit, & nouissimè post institutionum compositionem, [x] cõstat in ipso aliquas citari, quę repetita lectione subtractæ fuere, de quarum numero ego hanc fuisse arbitror: sufficiebat enim specialis constitutionis mentionem hîc fieri ad ampliorem confirmationem. Faber quandam [y] allegat constitutionem, sed nec ea huic conuenit loco, cùm sit Zenonis, de iureconsultorum [z] quoque responso intelligi nequit: quod generali tantùm approbatione, Iustiniani dici potest, cùm specialiter id hîc in quadam sua constitutione concessisse se dicat.

6 *Damus*] † Coniunctas legatario personas testes esse posse, non est mirum, cùm ipsis legatariis hoc concedatur. Quemadmodum verò tunc non legatarij sibi, ita nec coniuncti legatariis, sed vtrique hæredi testimonium perhibere videntur. totum enim negotium cum hærede agitur, non legatariis, qui non sunt iuris successores. Non obstat ergo quob obiici poterat, [a] nullum in re sua idoneum esse testem, cùm hîc aliena sit res, nec ex hoc colligitur, coniunctum coniuncto [b] ferre testimonium, cùm coniunctus non coniuncto legatario, sed hæredi testificetur. Negari tamen non potest, legatarium in consequentiam pro se ipso, similitérque coniunctos

o l.i.ff.de authorit.tut.
p suprà de reb.corpor.
q glos.in §.nanq;. super verb.vendic. infrà de act.
r l.iij.§.i.de bo.poss.ff.
s d.l.in conuentionib.& ibi not.& in l.quidam.§.i.ff de eden.
t glos. super verbo constitutionem.
u C.de emẽd. Cod. Iusti.
x arg.l.meminimus.C. de legi.hær.
y l.dictantibus.C.eod.
z l.qui testamento.ff.eo.
a l.nullus.ff. de test.
b glo.hîc.

in legatariorum vtilitatem testimonium perhibere:quod cùm generaliter prohibitum[c] sit, speciali fauore testamẽti admissum esse fateri necesse est:vnde sumitur argumentum,socium pro socio testificari:cùm coniunctus pro coniuncto testificetur: verùm cũ id hîc sit speciale,ne sic quidẽ satis probari ex hoc loco poterit,quod alij inferebãt. Alibi verò[d] prima facie colligitur,in oĩ pecuniaria causa id prohibitũ esse: quod tamen rectè perpensis verbis constitutionis,falsum est.Concludendum ergo,socium posse esse testẽ in causa socij,dummodo in illa causa nõ sint socij:at in testamento etiam si sint socij omnium bonorum, vnus pro alio rectè testimoniũ dicet,cũ & sibi ipsi in cõsequentiam legatarius testis esse possit. Et hæc est ferè[e] sententia Accur. cuius glossam perobscuram explicare volui. nunc inspiciamus ipsam penitius,pleniúsque quæ ad eam pertinent pertractemus.† Certũ est autem ex multis con 7
stitutionibus,legatarium testem esse posse in testamento: sed obstat maximè, quod in re propria omnibus prohibitum sit testimoniũ: & quanquã principaliter videatur testificari pro hærede, tamen in consequentiam testamenti, ad illum emolumentũ spectat.Nam si hæres non obtinet, legata corruunt:[f]sin vincit,confirmantur quanquã autem multa per consequens[g]conceduntur,quæ directè fieri nequeunt,in proprium tamen cõmodum, testimoniũ etiam per consequentiam prohibitum est.[h]Quare necesse est eò decurrere, vt speciale esse dicamus.† Rationes autẽ spe- 8
cialitatis variæ[i] tradũtur,aliis propter testium numerum, aliis propter rogationem approbationemq́;,aliis ob causę fauorem hoc inductum dicentibus. Ego video duas rationes in ipsis legibus extare: vnã hîc, quia legatarij nõ iuris successores sunt,quæ ratio ab hæredibus eos separat : nec tamen nodum explicat.aliam in Martiani[k] responso:quia ipsum testamentum confirmatur testibus adhibitis. Quæ ratio(si accuratiùs perpenderimus) tollit huius quæstionis difficultatem , quam & alibi sensit Salicetus .[l] nam si ideo legatum relictum est testibus quo testamenti faciendi negotium per eos faciliùs explicetur, & ob testimonij meritum aliquid illis datur,non debet euertere testamentum,hoc quod ad eius confirmationem factum[m] est. Hæ verò tam multæ rationes satis sunt,vt singulare ius in testamento statuatur. Quæ etsi per se leues sunt,iunctæ tamen

c personas. extra de test.

d l. quoniã. in fine. C. de testib.

e hactenus gl. decl.

f l. eã quam. C. de fideicõ.

g l. 1. ff. de auth. tut. & ibi not.

h d. c. personas. extra de testi.

i in l. dictantibus. C. eod. & l. qui testamento. ff. eo. per doct.

k l. si quis ita ff. de reb. du.

l in d. l. dictantibus.

m arg. no. in l. legata inutiliter. ff. de legat. 1.

men magis mouent: [n] & quæ non prosunt singula,multa iuuāt:vt est apud Ouidiũ.Cùm duæ per nos relatæ ex ipsis legibus depromptæ non parum vrgeāt. Et quidem in testamēto in scriptis,vbi ferè ignoratur à testibus,si quid legatum est,vel in nuncupatiuo,cùm de eo scripturam (vti mos est)fecit notarius,recepti [o] iuris est,ob legatum testi
9 factum non infirmari testamētum.†Sed in mera simplicíque nuncupatione, nulla scriptura vel publica fide adiutia,nonnulli dubitāt: cùm post mortem testatoris de tota defuncti voluntate ij deponant, citra aliud probationis adminiculum: at hîc principaliter etiā de legato sibi relicto ipsi protestētur:quòd perinde ferè est,ac si quis sibi aliquid in testamēto adscribat,quod senatuscōsulto prohibitum est.[p]& in hac opinione non leues sunt authores,vt Io.Andr.Abbas,Felin.Io.Imol.ac nōnulli[q] alij:quā tamen communiter alij[r]improbaruut.& Faber hîc expressè vult in nuncupatiuo,huius paragraphi dispositionē etiam procedere:quod & Zenonis constitutione,& suprà dictis omnibus rationibus(quæ & in hāc speciem cōcurrunt) probatur:vt meritò non obesse debeat, quod de substātia testamenti deponant legatarij,vnáque de legato suo:de cuius effectu statim.Nec similis est hic legatarius,illi qui sibi adscribit:cū cæterorum testium fides suspitionē tollat, quæ contra scribentem concipitur:nec testamentum concidit,ob id quòd quis sibi aliquid adscripsit.Dicam ergo legatarium testem esse posse non modò in testamento in scriptis,sed etiam in nuncupatiuo.Quinimò ego & in codicillis & in aliis minus solēnibus testamentis idē defendi posse arbitror.Illa enim ratio de numero testiũ,quā Faber[s]cōsiderat,me non mouet,quādo aliæ magis verè magísq; ex Iurecō.sentētia esse videantur,quæ & has species
10 sustinent.† Nunc verò de legatorum vtilitate videamus. Quoties autē testamētum nō valet,nullum est de ipsis dubium:[t] sed cùm nos legatariorum testimonio confirmari non euerti quaslibet vltimas volũtates tradiderimus,operepretium est de legatorum effectu dispicere:quæ siquidē in testamento in scriptis relicta sunt, vel cùm nuncupatio ab notario authoritatem accepit,communi omnium con sensu exigi possunt. [u] At cùm merè nuncupatiua voluntas fuit, proprium testimonium aduersus hæredem adiumento illi esse nequit:quòd si ergo nō plures fuerint adhibiti te-

n not.in §. sed hodie.suprà de adop. & Iason in d.l.dictantibus. in fine.
o Fab.& Aret. hîc post Imol.
p l.filius.ff. de falsis.
q Curt.cons. 178.
r Fran.Are. in d.l.qui testamento.
s Bar.in l.omnibus.C.de testib. Ias.in d.l.dictantibus.
t d.l.eā quā. C.de fideicō.
u Aret.hic.

biti testes, legatum probationis defectu peribit: quæ communis est sententia. † Ego tamen æquiorem esse existimo 11 Pauli Castrensis [x] singularem quandam opinionem, qui existimat cùm legata fideicommissaque codicillis relicta per quinque testes queant probari, [y] idem & hîc fore: vt etsi legatarij iure suo testimonium reiiciatur sufficiat, tamen ad hanc rem cæterorum numerus: nec obstat quod dicit Franciscus Aretinus, [z] non posse eandem voluntatem in vim codicillorum & testamenti [a] valere: cùm nec id quidem nos velimus, sed probata septem testibus hæredis institutione, quę testamenti fundamentum est, fidei commissa legataq; per quinque confirmabuntur: non tamen ideò codicilli erunt, cùm illum numerum testium ad fideicommissi probationem sufficere sit traditum, sine aliqua distinctiõe in testamẽto an in codicillis fiat, cùm hoc & voluntatis vltimæ fauor, & ipsa æquitas suadeat. in quā sententiam & Salicetus [b] inclinat. In codicillis verò cùm quinque tantùm sunt testes, nec ipse sibi testis esse legatarius potest: itémque & in aliis testamentis solẽni testium numero carẽtibus, non video qualiter legata valere possint. legatorum tamen perẽptio dicitur, ad reliquæ voluntatis cõfirmationem proficere: nam si legatarij emolumẽtum consequi nequeunt, cur prohibeantur in reliquis supremum elogium suis testimoniis adiuuare?

x in d.l. qui testamento.
y l.fin.C.de codicil.
z in d.l. qui testamento.
a d.l.fin.C. de codic.
b d.l. dictantibus.

Nihil autẽ interest testamentũ in tabulis, an in chartis membranísve, vel in alia materia fiat.

1 *De variis materiis in quibus scribitur.*
2 *Tabulæ, codicilli, pugillares pluraliter.*
3 *De deletitia.*
4 *Chartæ quomodo differant à papyro.*
5 *Quid si protocollum.*

VEl *in alia materia*] Ergo & si quis in bibula & emporetica scribat, valebit voluntas. † Materias autẽ ad literarũ memoriæq; vsum, humana industria multiplices excogitauit. Antiquissimus autẽ mos scribendi, fuit in tabulis ceratis, quæ & codicilli & pugillares vocãtur. † tria quippe hæc vocabula plurali ferè numero proferri [a] solent. Fit etiam nonnunquam mentio eborearum [b] tabularum, in quibus leges duodecim tabularũ fuere descriptæ: tametsi [c] alij

a l.nõ est.ff. de ver.sig.
b l.ij.§.postea.ff.de or. iur.

si [c] alii dicunt æneis eas tabulis fuisse incisas. qui mos pro
mulgãdi leges apparet etiam ex Theod. & Valent. [d] AA.
constitutione. Nos etiã pugillaribus lapideis vti solemus
ephemeridum loco, in quibus quotidianas rationes adno
tamus. Testamentũ itaque poterit in quacũque huiusmo-
di materia fieri, dũ modò signa recipiat: nec obstat, quod
3 ceræ deleri possint vt literæ in lapidem exaratæ, † cùm
tradat Vlpianus, [e] in deletitia etiam charta posse aliquem
testari, quam Græci παλιμψεστον vocãt. vnde in Trebatiũ [f]
nostrum Cicero eleganter his verbis iocatur. Nã quod in
palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror, quid
in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc
scribere, nisi fortè tuas formulas. non enim puto te meas
epistolas delere, vt reponas tuas. Habebant autem vete
res non tantùm chartam, sed & membranam deletitiam,
vt Martialis distichum ostendit:

Esse puta ceras, quamuis membrana vocetur.
Delebis quoties scripta nouare voles.

Accursius [g] deletitiã, rasam interpretatur: siquidem abrasis
deletísq; priorib. literis aliæ reponuntur. nec ex eo vitia-
tur testamentum, cùm totam testamẽti chartam delere sit
necesse, ad renouandam scripturam: quòd si vna in parte
erasum aliquid esset, falsitatis suspicionem exoriturã non
eo inficias, [h] quæ ex literarum cõparatione cognosci po-
terit. In ceratis autẽ tabulis fieri solita testamenta olim,
Suetonius cõfirmat, de Iulii Cæsaris testamẽto loquẽs: Re
liquos, inquit, in vna cera. licebat & in opistographo testa
ri, authore Vlpiano. [i] hoc Alciatus [k] aduersaria interpreta
4 tur: quæ qualia sint, Budæus [l] etiam exponit. † Iureconsul
ti autem chartas etiã à papyro [m] distinguũt. Papyrus enim
est materia vnde chartæ præparantur. Hodie non ex pa-
pyro, sed ex panniculis lineis canabinísve maceratis cõ-
tusisque confici solẽt. vbi verò materia hæc expolita est,
chartæ nomen accipit: tametsi vulgò papyrum etiam vo-
cemus. Accur. [n] ex bombyce fieri chartas autumat. solent
tamen nostri non ex bombycina hodie, sed ex vilissima
materia chartas conficere. Membranæ verò sunt tenuio-
res animalium pelles. Corium, crassiorẽ videtur materiã
significare. Iurecõsulti certè mẽbranas à corio distinguũt
in scribendi vsu. Et hæc ad vocabulorum significationẽ sa
tis sunt, quorũ non vana est in iure nostro scientia, ad mu

c *T. Liu. li. 3.*
d *l. 1. de fru. vrb. Con. li. 11.*
e *l. chartæ. ff. de bo. pos. secundum tabul.*
f *lib. 7. epistol.*
g *in d. l. chartæ.*
h *l. fin. C. de edicto diui Had. tollẽd.*
i *d. l. chartæ*
k *lib. ij. cap. 29. disp.*
l *in l. ex le. talis §. socer. ff. de iure dotium.*
m *l. librorũ. §. chartis. de legatis tertio*
n *in §. litera. suprà de re. diui.*

tarũ legũ intellectum. Quapropter rogo, vt seueri isti bonarum literarũ contemptores, in bonam partẽ hæc accipiant: & quæ ipsi ignorant, ab aliis discere ne grauentur. Non solummodò autem testamenta, sed & quæuis alia instrumẽta in supradictis materiis scribi possunt. Hodie tamen vel in membrana quã adhuc Pergamenã, ab loco in quo primùm fuit inuenta, vulgus vocat: vel in charta, quæ papyrus dicitur, seu papyrum, omnia instrumenta scribũtur: quanquã iniungi etiam notariis[o] tabulariisq; solet, vt instrumenta in membranis cõficiant: sed tamen ex eo nõ lædentur partium iura: etiã si ad memoriæ custodiam hoc proficiat, cùm materia sit durabilior. Extat & Impe. Iustiniani nouella cõstitutio tabellionibus præscribẽs quibus vti chartis debeant, sed ea Cõstantinopoli tãtùm obtinebat, & eius nulla est hodie obseruatio, †protocolliq; vocabulum (quod olim videtur significasse quandã[p] in chartæ capite notam signúmque, quo videlicèt artifice, quóve tẽpore ea cõfecta fuerit, cum Comitis sacrarum largitionũ nomine) nũc traductum est ad indicem memorialémque tabellionis scripturã, qua in codice aliquo gesti actus sub stãtia breuiter adnotari cõsueuit. Legimus autẽ & apud[q] Ciceronem, Macrocollam, ab eadem (vti credo) origine. nam κόλλα Græcis glutinum est, quod Plinius boum coriis excoqui dicit, cuius in chartis conficiendis præcipuus est vsus. vnde & duplici l. & ô breui scribitur, πρωτόκολλον. 5

o in ipso sacramento secundum Specul.

p §. fin. in auth. de tabel.

q in Epist. ad Atticum.

Sed & vnum testamentum pluribus codicibus conficere quis potest, secundum obtinentẽ tamen obseruationem omnibus factis. Quod interdum etiam necessarium est: veluti si quis nauigaturus, & secum ferre & domi relinquere iudiciorum suorum contestationem velit, vel propter innumerabiles alias causas quæ humanis necessitatibus imminent.

1 *Codicillos plures. vnum tamen testamentum tantummodò facere paganum posse.*

2 *Testamentum propriè voluntatem, aliquando & scripturam significare.*

3 *An testamenta plura in scriptis, in eadẽ charta fieri poßint.*

4 *Ob quam causam vtile sit plura testamenti exempla facere.*

Pluribus co-

1 PLuribus Codicibus]† Codicem pro testamentaria scri-
ptura posuit etiam Iuuenalis: Nã codice sæuo, Hære-
des vetat esse suos. Quanquàm autẽ pluribus tabulis scri-
ptum est testamentum, ipsum tamen semper est idem &
vnum. Nam si diuersa est volũtas, posteriore prima[a] rum-
pitur. Eodẽ modo de iisdẽ legatis fideicommissísque plu-
res codicilli fieri possunt. hoc ampliùs[b] autem est in ipsis,
quod etiam plures esse possunt, diuersam habentes volũ-
tatem, cùm secus sit in testamentis: ob id quod hæredis in-
stitutio, quæ fundamentũ testamẽti indiuidua & vnica in
paganorũ testamentis esse debeat: tametsi in militaribus[c]
tabulis aliud sit: legata autẽ sũt circa singulas res, & aliis
atque aliis codicillis alia relinqui possunt. Quod si verò
in diuersis codicibus alios atque alios hæredes testator
scripserit, modò tamen simul fuerint signati, [d] satis vide-
2 tur adhuc vnum esse testamentum. † Testamentum ta-
men aliquando non pro voluntate, sed pro ipsa scriptura
accipitur, vulgari metonymiæ figura, qua id quod conti-
netur, pro eo quòd continet, vsurpamus. Sic aliquãdo duo
testamenta dicimus, cùm binæ sint tabulæ eiusdem vo-
luntatis: ad quod in vsu vulgari est attendendũ, vt exẽplis
Bartolus[e] ostendit. Sed an vice versa in iisdem tabulis duo
testamenta facere possint, quęritur: & in nuncupatiuo hęc
quæstio cessat, cùm ibi non sit de substantia scriptura: &
alioqui plures contractus non prohibetur notarius in ea-
dem [f] charta scribere: opus tamen est testes ad singulo-
rum voluntatem audiendam rogatos fuisse, etiam in nũ-
cupatiuo. & ipse vidi testamenta coniugum hoc modo
facta, quæ indubitabilẽ vim habent. Verùm in testamen-
to in scriptis dubium est non leue. Mouet quod solenni
3 tas illic vno contextu[g] fieri debeat. † Videtur autem con-
iunctio hæc testamentorum diuersorum, subtilissimam[h]
testamenti causam corrumpere. Et absurdum est, tabulas
altero testatorũ adhuc superstite publicari. speciale quo-
que videtur in testamẽto patris, cui pupillaris adiecta sub
stitutio est: in qua septem signa sufficere Vlpianus[i] ait, in-
dicans, in aliis altera tãta requiri. Neque videtur ita posse
solennia signa referri ad plura testamenta, quemadmo-
dum dies [k] (cuius argumento vulgò vtuntur ad præce-
dentem scripturam, cùm solennitatis formæque ergo, hęc
sint introducta, quæ non temerè immutari debent: quod

a §. posteriore q. inf. quibus modis testa. infir.
b §. fin. infr. de codicil.
c l. quærebatur. ff. de testam.
d l. 1. §. si quis in duobus. de bono. poss. secund tab.
e in l. 1. in fi. ff. eod.
f not. in l. scire debem' ff. de verbo. obli.
g supr. in §. sed si paulatim.
h l. cùm antiquitas. C. eodem.
i l. patris & filij ff. de vulga. & pup.
k l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden.

& Faber sensisse videtur. Non ignoro quandam circũferri Valentiniani [l] Nouellam, quæ hûc pertinere videtur: sed ea, authoritate omni caret, nec in iudicio recitari [m] potest: & videtur hoc illic & inter coniuges tãtùm, & ob alia adminicula quæ voluntatem illic adiuuabant, Valentinianus concessisse. Interpretes tamẽ cæteri diuersum voluerunt, [n] dummodò testes omnium testatorum nomina in subscriptionibus expresserint. Si enim hoc est in vnius testamento [o] necesse, multò magis in plurium.

Quod interdum etiam necessarium est] †Non aliter necessarium est, quàm si quis velit voluntatem suam exitũ habere: etenim si tãtùm vnicæ sunt tabulæ, facilè occultari vel supprimi [p] ab hæredibus ab intestato venientibus possunt. possunt & incendio & aliis casibus intercidere, & chartis etiam mures insidiantur [q] expedit itaque plura facere exẽplaria vnius testamenti, quo vno amisso, ex alio voluntas conseruetur. oportet autem omnia subscripta subsignatáque [r] esse solenniter, alioqui si nuda erunt exempla, nihil probabũt. At Accur. hîc notat, & textus clarè decidit, debere fieri plures testamenti codices, secundum obtinẽtem obseruationem. Est enim regula iuris: Ex exemplo [s] neminem conueniri posse. de quo alibi ab interpretibus [t] latè disputatum est. 4

l tit. de test. in Nouellis Val. iunctis. Cod. Theod.
m l. vnic. §. hunc igitur. C. de Iust. Co. confir.
n Dec. in l. licet. & alij in d. l. patris & filij.
o l. pen. ff. e.
p arg. l. antep. §. fin. ff. quemadmo. test. aper.
q l. 1. §. fi. ff. de bon. pos. sec. tabul.
r l. vnum. ff. eod.
s l. ij. ff. de fid. instru.
t in authen. si quis in aliquo. C. de edendo.

Sed hæc quidem de testamentis quæ scriptis conficiuntur, sufficiunt. Si quis autem sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentum, septem testibus adhibitis, & sua voluntate corã eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testamẽtum iure ciuili, firmúmque constitutum.

1 *Testamentum nuncupatiuum penitus esse ciuile.*
2 *Quid sit nuncupare.*
3 *Olim nuncupatiua testamẽ. rarißima, hodie vsitatißima esse.*
4 *Quomodo hodie nuncupatiuo vtamur.*
5 *Quomodo nuncupatiuum ab scripto discernatur.*
6 *Præter scriptum & nuncupatiuum duo alij modi testandi communes omnibus.*
7 *Verbum Adhiberi, generale esse ad rogatũ & fortuitũ testem.*
8 *A quo testes rogandi sint.*
9 *De notariorum more.*

Si quis

1 SI quis autem sine scriptis] † Testamētū sine scriptis altero esse antiquius non est[a] dubium: ab initio tantū quinque in eo testes aderāt, postea adiecti sunt duo: hoc autē omnino est ciuile, nihilque ei iuris prætorii admixtū est, quod sine scriptis & tabulis fieri[b] nequit, cùm præcipua eius solennitas sit subsignatio.[c] Quæ verò de testium cōditione traduntur, ea vtrique generi comunia sunt: ac in summa, quicquid est in nuncupatiuo necessarium, idem etiam cum aliis solennibus obseruandum est in scripto: sola nuncupatio, vnde nomen descendit, in tabulis remissa
2 est.[d] † Est autem nuncupare, voluntatem circa hæredis institutionem, legatorum dationem, cæterásque testamenti partes, lingua & voce[e] exprimere, nominaréque. At hîc id pro forma traditum est: vnde veriùs existimo hoc, quod & antea[f] docui, non valere ipso iure testamentum, non nūcupatis singulis à testatore, sed tantummodò ab notario in testiū præsentia lectis, ac deinde ab illo simpliciter approbatis. Erat hoc testamentum olim in minus frequenti vsu, propterea quod omnia voluntatis secreta expādere[g] in eo esset necesse: & substitutiones præsertim pupillares
3 palàm conficere, periculosum[h] censeretur † Vnde tabularum & scripti hæredis passim obuia mentio est, nuncupationis rarissima: vt vulgò antiquitus existimatū videatur nuncupatiuum quasi minus solenne, non ad paganos sed ad milites solos pertinere.[i] Hodie contrà, hoc propè solùm est in vsu vulgi, non tamen penitus secundum veterem consuetudinē: etenim mos erat, coram septem testibus nuncupare voluntatē (quod fiebat ferè cùm quis morbo præpeditus nō poterat tabularum solennia peragere) deinde iidem ab hærede apud iudicē sistebantur, vbi de-
4 functi iudicium exponebant. † Nunc expeditiori vtimur via,[k] adhibito scilicet notario, qui nuncupatam corā testibus voluntatem excipiat, atque rem gestam scripturæ suæ authoritate comprobet: tum enim non est opus testes iterū sistere: nec morte ipsorum corruit voluntas, notarii instrumento plenè semel probata.[l] Nec ideo mox desinit hoc esse testamentū nuncupatiuū. Siquidē non ad substātiā, sed probationē actus, scriptura pertinet.[m] Hæc tamen cautio veteri iure incognita in testamētis fuit hodiè adeò ipso vsu recepta: vt qui eā cōuellere voluerit, irritā videri faciat mortuorū voluntatem, vt Imperatorū verbis[n] vtar.

a sup. in prī. huius tit.
b ar. l. cum tabula. ff. de bon. pos. sec. tab.
c sup. in §. sed prædicta
d facit d. l. hac cōsultiss. C. qui testa. face. pos.
e l. iubemus §. quemadmodum. C. eo.
f sup. in §. sed cum paulatim.
g arg. l. hæredes palam. ff. eod.
h §. sin autē infr. de pup. subst.
i §. planè. infrà de milit. test.
k Bart. l. ij. ff. quemadmo. tes. aper.
l arg. l. in donationibus. C. de donat.
m l. contrahitur. ff. de pignor.
n l. testamēta. C. eod.

Erat au-

Erat autem olim solénis quædam formula, qua testatores nuncupatiuum se facere velle significabant: sed ea hodie[o] ex Iustiniani cõstitutione nihil est opus, cùm ex eo, quòd nulla scriptura interuenerit, satis appareat quæ testatorũ voluntas fuerit. id intelligo, quoties nullus testiũ subscripsit, vel subsignauit. nam notarius in alium vsum scribit. Quod si verò aliquã ex testibus subscripsisse cõpertũ fuerit, cõiectura est satis euidens, voluisse defunctũ in scriptis testari, vt dici possit quasi imperfectũ testamẽtum vires id non habere:[p] Preceptũ est tamen propter superfluã solennitatem, testamentum alioqui in vim nuncupationis valiturum, nõ perire. Et hoc Leoni etiam placuisse scio, cuius ea de re ἐν ταῖς ἐπανορθωτικαῖς ἀνακαθάρσεσιν cõstitutio extat, Diocletiani[q] rescriptũ corrigẽs. quo significatur, etiã si septem testes adfuerint, vno tamen fortè non subsignante, testamentum collabi. †Vltra hæc testamentorum genera, alia 5
duo colligere licet ex Honorij[r] & Theodosij constitutione. Vnum, quod suprà dixi in vetustissimi illius testamẽti, quod calatis comitiis fiebat, locum successisse. Principum enim in rempub. aduentu, populi comitia sublata fuere, magistratuúmq; creatio, & ceterarum omnium rerum arbitrium[s] principi delatum, qui vice populi solus fungebatur.[t] Quemadmodum ergo olim apud populi conuentum testari quis poterat: ita & hodie nullo alio teste adhibito, licet per libellum principi oblatum, supremam voluntatem condere: atque hoc quoque genus testamenti firmissimum est.[u] †Alterum, non dissimile illi: vt liceat alicui a 6
pud acta[x] iudicis vel municipum, quid de rebus suis fieri velit, protestari. Ad hũc modum potest etiam accommodari forma testandi, qua hodie passim in Gallia atq; Germania vtuntur: scriptam enim volũtatem exhibere de curionibus signandam solent publico ciuitatis sigillo (cuius loco est regium in Francia sigillum, apud Fabrum nõ vno loco memoratum.) Et hæc quidem testamentorum genera omnibus cõmunia sunt. Annotauit autem Accur.[y] species quasdam alias, gradatim in ipsis testiũ numerum exponens. Sed eas in ipsis glossis relegere vnusquisque per se potest, & de ipsis alibi sese differendi locus offert.

Adhibiti] †Oportet autem testes in testamẽto rogatos[z] 7
adhibitos esse, nõ fortuitò. Ac sic generale verbum hîc restringendum est. ídque in testamentis est speciale.[a] cùm

regula-

[o] l. in testamẽtis. C. eod.
[p] Fab. supr. in §. sed cùm aliquis.
[q] l. si vnus. C. eod.
[r] l. omnium. C. eod.
[s] l. i. ff. de ambitu.
[t] §. sed & quod principi. suprà de iur. nat. gen. & ciuil.
[u] l. omniũ. C. eod.
[x] in d. l. omnium C. eod.
[y] glo. super ver. septem.
[z] l. fi. C. de codi. l. fin. C. de test.
[a] aut. rogat. C. de testi.

regulariter ad fidem rei gestæ faciẽdam etiam non roga-
tus testis sufficiat: [b] quod etiã in testamento inter liberos,
& cùm pietas causæ suffragatur, ac in cæterarum gentium
testamentis, quæ Romani iuris solennitatibus non obli-
gantur, procedit. [c] Hoc mirùm quare militẽ cum in castris
testatur, oporteat testes rogare. [d] de cuius tamen veritate
8 alio loco disputabimus. [e] †Sed à quo tandem rogandus est
testis? Bauerius ex Baldi sententia, quæ communiter pro-
bari videtur putat, à testatore. olim in eum vsum adhibe-
batur antestatus. Ego tamen referre non puto, à quo ro-
gentur, dummodò certiorati sint ad testamentum se esse
adhibitos: lex [f] quippe simpliciter vt rogẽtur, requirit: nec
à quibus id fieri debeat, exprimit. generaliter itaq; id in-
telligendum est, & citra distinctionem. [g] Rogati autem
testes fortuitis opponuntur, qui obiter tantùm & per trã-
sennam voluntatem audiuerunt. Ac in testamento in scri-
ptis cessat quæstio, cùm subscriptio subsignatióque te-
stium satis demonstret ex testatoris voluntate eos testi-
monium perhibere: cùm non præsumamus aliquem alie-
nis se negotiis inuocatum ingerere: extátq; Catonis præ-
ceptum: Ad consilium ne accesseris, ante quàm voceris.
quod & huc pertinet. Notarij verò instrumentis suis adii-
cere ferè solent, Testibus præsentibus adhibitis & roga-
tis: credendúmque [h] ita gestam rem, vt narratur. quod &
tunc intelligendum, cùm ea formula non plenè expressa
est, sed intelligi potest, veluti si scriptum sit, Testibus, &c.
9 † Quod si verò simpliciter dicatur aliquis adfuisse, non
præsumetur extrinsecus rogatio, vt nec illius in nuncupa-
tiuo sufficiens testimonium interpretibus visum est, qui
præsentem se fuisse dixit, nec quicquã de vocatione me-
minit, quam ad testaméti robur interuenire necesse fuit.

b *l. ad fidẽ. ff. de testib.*
c *not. in l. fi. C. de codici.*
d *§. planè ĵ. de milit. testa.*
e *in §. planè.*
f *d. auth. rogat.*
g *arg. l. de pretio, ff. de pub.*
h *de his vide. hîc per Aret. & Bauer.*

Finis tituli De testamentis ordinandis.

De militari testamento.

1 *Cur militum testamenta ab aliȷs separentur.*
2 *Tẽpora homines, ac cõsequẽter testamẽta dupliciter distingui.*
3 *De veteri. Doctorum Equitúmque controuersia.*
4 *De Ludouici Bolognini opusculo.*
5 *De rei militaris libris à Iurisconſ. conscriptis.*
6 *De Tarentino paterno.*

Augu-

7 *D. Augusti libellus De disciplina militari.*
8 *De vtilitate præsentis tituli.*
9 *De iure moréque gentium in testamentis condendis.*
10 *De ordinatione huius tituli.*
11 *An militaris testamenti priuilegium duret.*
12 *De Equitibus auratis qui milites vulgò dicuntur.*
13 *De Christianæ religionis militibus.*
14 *Militiæ vocabulum latè patere.*
15 *Vetus ritus legendi milites.*
16 *De numeris militum.*
17 *De sacramento militum.*
18 *De cingendis militibus.*
19 *De cingulo militari.*
20 *De notandis militibus.*
21 *De tyronibus.*
22 *Feudorum consuetudo vnde ortæ.*
23 *De examinandis militibus.*
24 *Negotiatores ne militent.*
25 *Qui prohibeantur militare.*
26 *Serui militare prohibiti.*
27 *Negotiatores qui dicantur.*
28 *Opifices an militare poßint.*
29 *Quod sit iustum bellum.*

DE† militum testamētis separatus est etiam in cęteris[a] 1
iuris nostri partibus, tractatus ab cōmuni testamen-
torum ordinatione: quoniā in ipsis propria ferè & singu-
laria iura seruātur: proinde & testamēti diffinitio, de qua
superiore titulo prolixè disseruimus, hûc minimè pertinet
neq; enim in vltima militū volūtate iusta & solēni sentē
tia opus est, sed simplex & nuda mētis testatio sufficit: a-
deò vt nec hæredis quidem institutio necessaria sit, quæ
tamē solenniū testamētorū basis[b] est. valet enim in mini
ma re declarata quomodocunq; [c] militis volūtas, cessante
quoque accrescēdi [d] iure. nihilq; est necesse, eum de vni 2
uerso patrimonio disponere. † Induxit porrò hoc priuile-
gium, Reipublicę necessitas, [e] quę dū illatas repellit iniu
rias, militum ministerio indiget: quos pro cōmuni salute
vigilantes, æquissimum fuit, legum solicita obseruatione
solui. Ex duplici autem conditione temporū, [f] hoc est pa-
cis & belli, hominum ac deinde testamētorum oritur dif
ferentia. Nam qui domi reipublicæ quieti vacant, pagani
siuē

a ff. & C.
b §. ante hæredis. ĵ. de legat.
c l. 1. ff. eodē.
d l. si duob. ff. eod. vide tamen Mod. in ru. C. quā do non pet. part.
e §. ius autē gentium. supra de iure natu. gen. & ciuil.
f §. in proœmio instit.

siue togati vocantur. Milites verò per quos aduersus ho-
stiũ iniurias & insultus, publicus status cõseruatur, variis-
que ij in libris nostris epithetis designãtur, cincti scilicet
sagati caligatíque dicti. Inde rursus duplex testamẽti ge-
nus consecutum est: vnum quod domi fit, alterũ quod mi-
litiæ: illud iustum, ac omnis iuris solennitate absolutũ es-
3 se debet: hoc, in nuda (vt diximus) voluntate consistit. So-
let † porro & illa etiam hîc inculcari vetus vulgarísque [g]
quæst. Res ne belli an vrbanæ maiore gloria dignæ sint.
& iterum, Cui prior potiorq; honor, Iurecõs. ne cuius pru
dẽtia, & consilio ciuilia negotia administrãtur: an verò ei
qui fortiter cõtra hostes rẽpublicam patriamq; defenden
do, militaria equestriáq; insignia fuit promeritus, deferẽ-
dus sit? quod & M. Tullius libro primo Officiorum dispu-
tauit. ac in Oratione pro L. Muræna, Foro (vti videtur) v-
tens ludénsque, celebri Seruij Sulpitij nostri in iuris co-
gnitione famæ illius res bellicas anteposuit. Idem etiam
4 argumentũ nouissimè Ludouicus Bologninus † eximius
nostri ordinis interpres repetit, ac in modũ iudicialis con
trouersiç, ea de re contendentem induxit clarissimum pa
trum memoria Iurecõsultum Franciscum Aretinum, cum
Federico Vrbini duce militari gloria cum primis illustri,
cui Nicolaus Perottus Sypontinus põtifex Cornucopiæ
opus inscripsit, quiq; multorũ doctorum virorum literis
& scriptis celebratus est. Et supradictę quidem controuer
siæ arbitrum Alexandrum Imolensem dedit. Sed nos ea
ociosis ambitiosisq; discutienda relinquamus, qui vtinam
scientia magis quàm inani disputatione doctorũ titulũ
illustrare studerẽt. Fuit autem veteribus Romanis, ipsisq;
principibus non [h] minus studium circa leges, quibus ci-
uium concordiam domi seruarẽt, quàm circa rei milita-
ris disciplinã, qua imperium latissimè propagarũt: quod
præstantissimus Latinorum vates [i] cecinit:

Tu regere imperio populos Romane memento.
(Hæ tibi erunt artes) pacísque imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Quod Iustiniani etiam constitutio [k] pulchrè signifi-
5 cat. † Quapropter & ipsorum Iureconsultorum ve-
terum libris, rei militaris disciplina diligenter pertra-
ctata fuit: deque ea plurimæ olim principum constitutio-
6 nes extabant. † Tarentini certè Paterni, vnius ex iis
quorum

g doct. in l. Cẽturio. ff. de vulg. & pup.

h l. i. in prin. de vete. iur. enucle.

i Ver. 6. Æneid.

k d. l. i. & l. i. C. de inst. co. conf.

quorum ſymbola à Græcis in Pādectis relata ſunt,nō alij
citantur libri,quàm de re militari:quem Flauius Vegetius
libro primo, diligētiſſimum iuris militaris aſſertorē lau-
dat.eiuſdémque argumenti allegātur etiam libri Aemilij
Macri,& Arrij Menandri Iurecōſultorum. Citatur & Di-
ui Auguſti diſciplina:[l]atque ea etiam antiquior ab A.Gel.
lib.7.cap.4.Catonis de re militari liber. †Hodie verò o- 7
mnia ſūnt deprauata, & in deterius prolapſa,vt nec ſuſci-
piendi nec gerendi belli,vllum nobis ius conſtet:qua con
fuſione fit.vt nec pacem nec bellum ferre poſſimus. Inter
† varia autem militiæ præmia non infimum eſt illud, quo 8
libra teſtandi facultas militibus præſtatut:cuius non pro-
pter ipſos ſolùm,verumetiam ob alias multas cauſas vti-
liſſima eſt cognitio. Nā ſi quid in militibus ſpecialiter cō-
ſtituitur, in paganorum teſtamētis contrà eſſe ex ipſo ſin-
gulari iure[m]intelligimus.Itē & quæ militibus concedun-
tur,eadē ferè obtinent,vbi cauſæ[n]pietas voluntati ſuffra-
gatur. †Præterea illa quoque non leuis eſt ex teſtamenti 9
huius cognitione vtilitas,quod apud eas gētes,quas iuris
ciuilis obſeruatio non obligat.[o]ſi nulla propria lex extat,
hoc ius quod in militum teſtamentis eſt proditū, obtine-
re cenſendum eſt,cùm ſecundum ius gentium[p] conſtiiu-
tū ſit:quod vbique prꝩualere debet,ſi nulla ſcilicet ciuilis
& propria lex reſiſtit.Quanquam igitur militis teſtamen-
tum,reſpectu priuilegij & paganorū,videatur ſpeciale eſ-
ſe:tamen ſi ius gentium conſideretur,ſecundum quod ip-
ſum cenſetur,generaliùs patere nemo inficias iuerit.† Cū 10
itaq; diuerſa inſpectiōe ſingularis ſit iuris vel generalis,
omniúmque hominū militare teſtamentum:ea fortè non
peſſima erit ratio,cur aliquādo præcedat eius tractatus,vt
in Codice:aliquando ſequatur,vt hîc& in Pandectis.†Ple 11
ríque[q]tamen in dubium priuilegia militum vocant.quaſi
ea hodie ceſſent:cū vetus ſolēnitas militis legendi [r]reci-
piendíque moribus noſtris ſit abolita:nec in numeros an
tiquo ritu referantur,nec caſtrenſi labori vacent, qui hoc
nomine cenſentur,ſed deliciis oció que domi indulgeant.
verùm ſi diſtinxerimus militū genera,cognouerimuſque
quibus hoc olim priuilegium principes cōceſſerunt liqui
dò cōperiemus,nihil fere in hac re immutatū eſſe : & per
durare quæ de militari teſtamēto ſancita ſunt omnia,di-
ui quoque Maximiliani cōſtitutio demōſtrat. Neq; enim
equiti

l l. officium. §.1.de re mili.ff.

m l.ius ſing. ff.de legi.fa. ar. à ſpecia.

n vid. Nic. Tre. in loco. 27.

o Mod. rep. in rub.extra de teſta.

p Bart.l.neque ff. eod. l. i.ff. de cond. indeb.

q Doct. in l. Cēturio.ff.de vulg. & pu pil.& in rub. C.eod.

r gl.in l. pē. ff. ex quibus cauſ.ma.

equitibus Romanis,[s] in quorum locum succeßit ordo eo- *s de equest. digni. li. xij. C.*
rum, qui vt olim aureis annullis à plebe, sic nunc aureis à
reliqua nobilitate calcaribus distinguũtur, hoc priuilegiũ
aliter cõceßum circa testamenta fuit, quàm si militarent.
13 † Ergo nec Christianæ reipublicæ religionisq́; defenden-
dæ militiam profeßi, quos constat honorem huius nomi-
nis extra castra vsurpare, quales sunt Rhodienses, Theuto
nici, Hispanienses, aliter testãdi priuilegia habebũt quàm
si in expeditione degãt. Scribit autem Suetonius, Claud.
Cæsarem imaginariæ militiæ genus instituisse, quo absen
tes & titulo tenus fungerentur, quales sunt & isti nostri,
qui honorem hunc à principe per codicillos adipiscũtur,
quanquam egregiè in bello nauatæ operæ aureũ hoc cal-
car propriè apud nos præmiũ sit: vt olim corona, torques,
cingula, armillæ, & id genus alia. Militiæ[t] autem, militan- *t gl. pen. in l. 1. ff. de bono. pos. ex testa. milit.*
14 dique vocabulũ multò abhuc latius patet. † Militãt enim
aduocati, militant negotiatores. est etiã quædam in eccle
siastica dignitate militia: atque ob rei similitudinem, ver
bum hoc ad plurima trãslatum est. Verùm his solis qui in
castris versantur, & aduersus publicũ hostem certamẽ su-
stinent, testãdi libera facultas indulta est. Cæteri quacun-
que militia fungẽtes, nõ aliter quàm communi iure testa
mentum condere poßunt, & secundum hanc distinctio- *u Phil. Dec. in ru. C. eod.*
nem, in quã probatißimi ætatis nostræ interpretes cõsen
tiunt,[u] cõmunis est accipienda siue limitanda sententia.
15 † Illud tantùm restat vt videamus, sitne necesse, quo mili
ti hoc ius competat, vt veteri ritu militiæ adgregetur: &
quidã putãt nõ esse, nouámq; obseruationẽ eius loco suf-
ficere[x] cõtra Accursiũ. At ego nec veterem ritum multum *x not. Mod. hic.*
immutatũ arbitror. Duo enim olim præcipuè obseruabã
tur, vt in numeros scilicet referrẽtur ([y] quod posteriores *y l. ex eo. ff. eo.*
dixere, inscribere matriculis) & vt sacramẽtũ[z] præstarẽt,
cuius formulam antiquam recitat Vegetius: vtrunque, ni- *z l. ex mili- tari. ff. eodẽ.*
fallor, vsus retinet: scribuntur enim militũ nomina in ma
16 triculis, siuè, (vt nũc loquimur) in rotulis. † Numeri autẽ
erant olim varij: diuidebantur enim milites per cõtuber-
nia, centurias, cohortes, turmas, alas, legiones: [a] nũc verò *a l. ij. de his qui notã. infa.*
17 eadem ferè res manet, etsi mutata sint vocabula. † Et sa-
cramẽtum, hoc est iusiurandum, nostri milites præstant:
si non sigillatim, saltem simul. Eodémq; modo & olim in
terdum simul coniurabant, interdũ singuli sacramẽto ob-

ſtringebãtur,ſecundũ diuerſa militiæ genera,quæ ex Ser-
uio annotauit Budæus. [b] †Cætera quæ requirit Accurſ. [c] 18
nõ perinde ſunt neceſſaria,nec de forma(vt noſtri loquũ
tur) videlicet vt alicuius omiſſio vitiet actũ:nam de enſe
accingendo,nuſquã expreſſè legitur:& quod cincti eſſe[d]
iubebantur milites,ad ſaga ipſorum veſtitũq; referri po-
teſt.vt enim eſſent expeditiores,ſuccincti in præliũ ibãt:
vnde & procincti teſtamẽti appellationem deriuatam ſu-
periore titulo oſtẽdimus.& in procinctu[e] verſari dicũtur,
etiã qui nõ numerantur inter milites: eratq;e is militum
habitus antiquiſſimus,vnde ſe ter geminos Horatios ſe-
natores cinctos vidiſſe,ait Paulus[f] lib.xvij.ad Plautium.
& eleganter Plinius:[g] Sunt inquit,in caſtris ſic & in lite-
ris noſtris,plures cultu pagano , quos cinctos & armatos
inuenies.Nõ ignoro tamẽ ſolitos gladio accingi antiqui
tus,quibus merũ concedebatur imperiũ.[h]Et fortaſſis tri-
buni,cæteriq; militares magiſtratus gladio[i]accingebãtur,
quod in gregariis militibus obſeruatũ fuiſſe , nõ ſit mihi
veriſimile.†Poſtea verò habitu mutato,cingulum tamen 19
militare retẽtũ in cæteris militibus fuit,quo cincti adhuc
more maiorũ apparerẽt: ĩdq; erat militiæ inſigne,[k]quod 20
detrahi ignominioſa militia ex authoratis ſolet.[l] †Aliud
addit Accur.[m] videlicet vt milites ſtigmatis & pũctis no
tentur.[n]Sed nec hoc vetus militia Iulij Cæſ.Auguſt.alio-
rũmque temporibus(quod ſciam)obſeruauit,& hodie ite
rum eſt abolitum.nec arbitror etiam omnes olim milites
fuiſſe notatos,ſed ſolos[o]†tirones:ij erãt iuniores,qui pu 21
blicis ſtipendiis militari diſciplina inſtituebantur,& mili
tiæ deſignati ad pugnã exercebãtur, qui deinde vbi ſatis
videbãtur inſtructi,in numeros referebãt: [p]nec antea pri
uilegia militiæ habebãt:†Diligenter enim pleriq; veterũ 22
Imperatorũ prouiderũt,vt peritum exercitatũmque mili-
tem haberent,vnde & feudorũ iura originẽ ſumpſiſſe ar-
bitror:huius etiã cõſuetudinis de ſignãdis tironibus Ve-
getius meminit,q publico ſtipẽdio docti, diſcedere à mi
litia niſi emeriti non poterant:atque ideò notabãtur.quo
faciliùs apparerent,néve publicis vſibus deſtinati,ſubtra
herentur,quod & Nouella[q] prouidet περὶ στρατιωτῶν.† Idẽ 23
& de examinatione[r]militũ dico,qua in bene inſtituta le-
ctáq; legione opus eſt: ſed tamẽ ſi citra eam in numeros
quis relat[9] fuerit,militiæ priuilegia proculdubio habebit:
& inter-

b l. i.§.i.ff. depoſiti.
c ĩ d.l.pe.ex quibus cauſ. maio.
d ſ.cit l. qđ dicitur. §.i. ff.eod.
e l.i.de bon. poſ.ex teſta. mili.
f l. antiqui. ff.ſi pars hæ-re.peta.
g li.vij.epi. ad Rufũm.
h l.imperiũ. ff. de iuriſd. omniũ iud.
i ſ.cit l. Titius.& l.pe. ff.eod.
k no.in l.pe. C.de pact.
l l.ij.§.igno miniæ.ff.de his qui notã. infa.
m in d.l.pe.
n l.iij.C.de fabri. lib.xi.
o arg.d.l.iij.
p argu.l.ex eo.ff.eod.
q cõſt.auth. 116.
r l.i. C.qui milit. nõ poſ-ſunt.

& interdũ ſubitus hoſtiũ tumultus, nõ patitur examinãdi
morã: & in ſumma, cũ eius omiſſio nõ militum culpæ, ſed
ducũ negligẽtiæ abſcribẽda ſit, rectè dicemus nihil obſta
24 re, quominùs aliquis abſq; ea iuſti militis nomẽ habeat. †
Poſtremum eſt quod Accurſ. requirit, ſcilicet negotiatio-
nem ne exerceant. at Iuſt.[f] verſis verbis conſtituit, nego-
tiatores ne militent: ſed id in idem recidit. Nõ eſt autem
dubiũ, in primis illud animaduertendũ eſſe, vt poſſit per-
ſona militare: in omni enim re,[t] prius quærimus de perſo
nis, deinde vbi illæ ſunt idoneæ, an cætera quę aſſolẽt in-
25 teruenerint. † Cũ verò volebat de perſonis dicere, non ſo
lùm de negotiatoribus admonere debebat, ſed & de curia
libus[u] & colonis & ſeruis,[x] qui iure gentium videntur e-
26 tiã à militia fuiſſe prohibiti: † nam qui libertatem amiſe-
rant, & ſemel bello victi, ſeruatiq; erãt, haud credebãtur
ad eam protegendã amplius idonei. hoc & Verg.[y] ſignifi-
cauit illis verſib. Quem ſerua Licinia furtim ſuſtulerat,
vetitiſq; ad Troiam miſerat armis. Bello tamen punico,
& ſub Marco Philoſopho[z] ſeruos ad militiam armatos le
gimus: qui quòd voluntarij eſſent, ſpontéq; nomẽ militię
27 darent, Volones dicti ſunt. † Negotiatores autẽ intelligẽ
di ſunt in Iuſt.[a] cõſtitutione, qui ergaſterio præſunt, quod
Latini officinam aut tabernam, vulgus Italiæ Galliæque
boutegã nominat. Nõ ſolos igitur mercatores hoc verbo
cõprehendit conſtitutio, ſed omnes opifices, qui etſi ante
Iuſt. militare poterãt, rarò tamen adſumpti ſunt: niſi quòd
in Gallico tumultu ſcribit Liuius,[b] opifices & ſellularios
minimè militiæ idoneũ genus, rei neceſſitate excitos ſic
& ſeruos aliquãdo legere, liberorũ penuria neceſſe fuit,
Quamobrẽ non minuit ea cõſtitutio mercatorũ noſtro-
rum ęſtimationẽ, qui in primis reipu. neceſſarij ſunt: opti
máq; eſt ipſius Ciceronis in ea re diſtinctio, ſub finẽ libri
28 primi de officijs. † Hodie verò nec opifices arcẽtur à mili
tia, niſi in defectu, quaſi nõ idonei reiecti fuerint. & cõce
di tñ ipſis priuilegia exiſtimo. militare enim olĩ ꝓhibebã
tur id ſi ipſi nũc iterũ cõſuetudine noſtra cõcedit. ꝑ cõſe-
quẽs & priuilegia hęc habebũt, cũ & ĩ hoſtili loco dep̄hẽ
ſis, ſubitòq; ad arma euocatis citra ſacramẽtũ, liberã teſtã
29 di facultatẽ cõcedi notũ[c] ſit. † Dictũ eſt de militib⁹, de bel
lo etiã queri poteſt, quod nõ cõtra quoſlibet iuſtũ eſt,[d] &
inter Chriſtianos etiã deteſtabile: ſed tñ quãdo & illic ꝓ

f negotiatores ne militẽt. li. 12. C.
t l. ſi queramus. ff. de teſt.
u per tot. tit. C. qui milit. poſ. vel nõ libro 12.
x l. ab omni. ff. de re milit.
y libr. ix. Æneid.
z Mac. lib. i. ſatur. cap. vi. Iul. ca. in vita Mar.
a d. l. i. C. ne. nemi.
b lib. 8. ab vrbe cond.
c d. l. i. ff de bo. poſ. ex teſta. milit.
d vide Alciat. li. ij. parad. cap. 21.

patria subitur periculũ cuius defensio omni iure permissa est, militi hoc ius cõseruari, ipsius reipublicæ interest. Cõtra barbaros verò pugnãtes, vbi & captiuitatis & postlimij antiqua iura obtinent, his priuilegiis frui, nullum est dubium: veluti in bello, eo quòd superiore anno [c] aduersus immanissimum Turcarum tyrannum Cęsar Carolus princeps noster opt. max. gessit in quo tota Germanię nobilitas in procinctu fuit. Sed quod ad præfationem attinet satis: nunc textum videamus.

c anno domini 1522. in Austria.

SVpradicta diligens obseruatio, in ordinandis testamentis, militibus, propter nimiam imperitiam eorum, constitutionibus principalibus remissa est. Nam quamuis ij neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem obseruauerint, rectè nihilominus testantur: videlicet quũ in expeditionibus occupati sunt, quod meritò nostra cõstitutio introduxit. Quoquo enim modo voluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue sine scriptura, valet testamentum ex voluntate eius.

1 *De origine huius priuilegij in militum testamentis.*
2 *Imperatoris nomen vnde descendat.*
3 *A Traiani constitutione omnia testamenti militaris priuilegia emanare.*
4 *Quæ sint præcipua in solenni testamento.*
5 *Iustinianum vetus priuilegium & constitutionem Traiani restrinxisse.*
6 *Quæ sit causa militaris priuilegij.*
7 *Iureconsf. militantes an hoc priuilegio fruantur.*
8 *De Iulio Frontino.*
9 *Nobile C. Marij dictum.*

MVlta passim militũ priuilegia in iure nostro referũtur, quę Iuuenalis etiã vltima Satyra celebrat: inter quæ vel maximum hoc est, quòd ipsorũ voluntas in bonorum suorum diuisione post mortẽ facienda, iuris ciuilis solennitatibus antiquior potiórq; censetur: quo tamẽ beneficio veteres Romani carebãt. †Nam hoc quod in pro 1

cinctu

cinctu fiebat,[a] etsi specie erat militare, in eo tamen iuris ciuilis, quod in xij. tab. continebatur, solennitas obseruanda erat. Cœpêre autem hoc habere beneficiũ milites, ab
2 eo tempore quo Imp. rempublicam tenuêre: † quorum etiam nomen à militia sumptum est. sic enim veteres eum vocabant, qui cùm dux esset, ab victore exercitu huius nominis honore salutatus fuerat. venit deinde & in vrbem republica armis ab Imp. Iulio Cæsare occupata: cõtinuatúmq; inde est nomen in omnes successores: quãquam & olim penes exercitum nuncupandi Imperatoris potestas fuit, qui rempublicã vniuersam administraret: quoniam tamen is nonnunquam senatui displicebat, qui & hoc ius sibi præripi dolebat, multa ciuilia bella, seditionésq; perniciosæ, rempub. ferè pessundarunt. Congruũ autem fuit hoc priuilegium ab ipsis Imperatoribus, id est, exercitus
3 ducibus, ad ipsorum venire commilitones.[b] † Traiani autem adhuc extat constitutio, cuius hîc refertur sententia, à qua tanquam à fonte cætera propè omnia militaris testamenti priuilegia emanant. quorum plurimæ sunt species ab Bartolo[c] atque alijs,[d] diligenter in vnum colle-
4 ctæ: † quoquo enim modo volũtas militis inueniatur, pro testamento valet. est autem voluntas, etiam si testium signa & subscriptiones, legitimúsq; numerus nõ adfuerit: vel etiam si non est nomen hæredis à testatore vel scriptũ vel testibus dictatum, quæ præcipua sunt in solenni testamenti ordinatione: vt hîc etiam annotauit[e] Accurs. Et de ordinatione hîc tantùm tractare voluit Iustinianus, cùm cætera in Pandectis & Codice vberiùs explicentur. Hoc igitur caput[f] semper tenendum est, à quo (vt dixi) omnia propè veniunt priuilegia, quòd quomodo volent, quomodo poterunt testamenta ipsis facere est licitũ: ergo ad certum diem in certa re, ex certo tempore hæredem facere possunt: & alia multa quæ à Barto.[g] potest repetere qui
5 singulorum notitiam desiderat. † Hanc autem indulgentiam non introduxit Iustinianus,[h] sed potius restrinxit, scilicet eam ad expeditionum tempora coarctãs: Vt in expeditionibus quoquo modo voluntas eius, &c. Sic quippe verba textus nostri sunt intelligenda, & idem sequenti paragrapho explicabitur, qui tamen huic cohæret. Sed nos distinctionem communem sequemur, ne ordinẽ tradendi receptum confundere videamur.

a dixi. s. titu. i. §. n.
b l. i. ff. eod.
c Bart. in l. neque. ff eo.
d Bal. in l. milites. C. eo.
e glos. super ver. obseruatio.
f d. l. i. ff. eo.
g in d. l. i. neque.
h exposit. ver. quod merito nostra, &c.

Propter nimiã imperitiã eorum.]†Sed cùm militibus propter ignorantiã iuris fubueniri foleat, cur nõ idẽ in paganis, id eft, rufticis,[a] mulieribus,[b] minoribus,[c] quibus cùm iura quoque benigniùs agere folẽt circa legum ignorantiam? aut cur diuerfum, cũ in hybernis agũt, vel in fuis domibus extra caftra, cùm imperitia eos femper comitetur? His argumentis certè motus Decius,[d] negauit hanc priui legij rationem effe, potiufq; ob publicam vtilitatem pro qua fe morti exponunt,[e] tributum id militibus tradidit. 6

Quid † quoque fi quis peritus iuris militet, vt fub Cæfare Trebatius, fub Traiano Iulius Frontinus, † qui de re militari fcripfit & aquæ ductibus, & ad Celfum Iureconful. De agri menfura: carebunt ne ij hoc priuilegio? nõ puto. Sed tamen nõ ideò à tam expreffa & toties repetita à Iureconfult. & Imp. ratione difcedendum eft: vbique enim allegatur[f] fimplicitas atque imperitia militum. Nec obftant quæ iam diximus, & in primis de ruftico: neq; enim eadem eft caufa: cùm illi otiũ fit de iuris folennitate peritiores confulere.[g] milites verò in caftris armorũ difciplinæ & exercitio, nõ legũ ftudio vacare decet.[h] atq; ideò cùm in fuis fedibus agunt, & ab armis feriantur, non æquè iufta eft imperitiæ caufa, cùm nulla fcilicet occupatio ooc impediãtur quæ in teftamento feruanda fint, inquirere. Caufa igitur priuilegij eft imperitia, ea tamen quæ ex iufta armorũ occupatione procedit: vt etiã fi alioqui fciat folennem ritũ, tamẽ occupatio militiæ excufet: haud enim armis incumbere cenfetur, cui tantũ eft otij, vt teftamẽti folẽnia peragat, & inter arma (vt dici folet) filẽt leges: vt etiã qui aliter fortè fciunt, tamẽ occupationibus impediantur. † Lubet hîc adfcribere, id quod de C. Mario recitat Val.[i] Maximus, qui cũ in ipfa acie quafdã Camertiũ cohortes ciuitate donaffet, idq; aduerf⁹ leges factũ effet, verè tamẽ & egregiè excufauit, inquiẽs, Se inter armorũ ftrepitũ verba iuris ciuilis exaudire nõ potuiffe & quanquã videantur aliqua effe, in quibus voluntati magis militũ fauetur, quàm imperitiæ fuccurritur: attamen fi quis fubtiliùs cõfideret, cohærere quandam ferè imperitiæ præfumptionem animaduertet: aliter enim difponere potuiffet, fi fibi diligentiùs cogitare præ armorũ occupatione licuiffet. Ex his ergo liquet, citiùs veniam dari imperitię militis, quàm rufticorum vel mulierũ. In his enim fimplex eft imperitia: in milite 7 8

a l.ij.§.i.ff. fi quis in ius vocat. l.fi.C. de teftamẽ.
b l.error facti.ff.de iur. & fa. igno.
c titu. de restit. minor. ff.& C.
d in l.quãquàm. C.eo.
e l. milites. C.loca.
f l.1.ff.eod.l. fi.C. de iur. deli.
g l.ij.§.fi.ff. quis ordo in poff.bon.no. Bal.in l.iuris ignorantia.C.qui ad mit.
h l.fin. C.de iu.delib.
i li.l.5.ca.2.

milite concurrit iuris publici fauor. Non est ergo ab recepta Iureconsultorum ratione recedendum, quæ tamen ab ea ratione quam Decius attulit, adiuuatur.

Illis autẽ tẽporibus per quæ citra expeditionũ necessitatẽ in aliis locis, vel suis ædibus degunt, minimè ad vindicãdũ tale priuilegiũ adiuuãtur: sed testari q̃dẽ, etsi filiifamiliàs sint, ꝑpter militiã cõceduntur: iure tamen cõmuni eadẽ obseruatione, & in eorũ testamẽtis adhibenda, quam in testamentis paganorum proximè exposuimus.

1 *De sedibus militum.*
2 *Stationarij & limitanei milites, an iure militari testentur.*
3 *Militum priuilegium in multis causis restrictum esse.*
4 *Filiusfamiliàs an iure militari extra castra testari poßit.*
5 *An extra castra, sed tamen expeditionem tempore, iure militari testari liceat.*
6 *De loco à cessante causa.*
7 *De loco à cessante ratione.*
8 *De causa finali.*
9 *De causa impulsiua.*
10 *Non residentes in ecclesia an redditus percipere debeant.*
11 *Contra testamentum filiifamiliàs iure communi factum, competere querel. inof.*
12 *Contra testamentum filiifamiliàs iure militari factum, non competere querelam.*
13 *An filiifamiliàs in castris iure militari testentur.*
14 *Qui dicantur Pagani, & vnde.*

1 VEl *suis ædibus*] † Legitur etiã Sedib⁹: ad proprias enim *a l. fin. C. de*
domos post missionẽ primũ redibant: & sic, in eadẽ *restit. milit.*
constitutione, emendatiores habẽt codices:[a] eóq; modo *in Nurẽb. e-*
interpres etiã legisse videtur, vtcũq; Latinã vocẽ declarãs: *dit.*
ἐν τοῖς λεγομένοις αὐτοῦ σεδέτοις, τουτέστιν ἔνθα διάγειν αὐτοὺς ἀνάγκη. *b l. liminar-*
2 † Intelligo autem hyberna, id est loca, in quibus statio- *chæ. ff. de fu-*
nem hyeme milites facere solent, legimúsque sæpe apud *git.*
Cæsarem, legionẽ in hyberna deducere. Et Liuius: In eo *c l. ij. § pro*
loco hybernacula sibi constituerunt. Sedium tamen ap- *limitaneis C.*
pellatio etiam extra hyemem intelligi potest. quotiescun- *de officio pr.*
3 que scilicet cessat belli necessitas. † Credo itaque stationa- *præf. Afr. &*
rios,[b] qui ad prouinciæ quietẽ alũtur, & limitaneos, [c] qui *tit. de fun. li-*
in finitimis hostiũ locis, ad repẽtinas incursiões intẽti sũt *mit. lib. 11.*

& equites, qui publico ordinarióque ſtipendio etiã in pace apud nos retinentur, interea priuilegiis hiſce non frui, multóque minus alios, qui imaginariã militiã redemerũt, & titulo tenus militant. †Et ſi quidem hodie generale veterum principum priuilegium reſtrictum eſt, per Imp. Iuſtiniani conſtitutionem,[d] ſæpius repetitam in Codice. nã hoc non ſolùm in teſtamẽtis, ſed & in reſtitutionibus[e] in integrum, & longi temporis præſcriptionibus[f] obtinere ſanxit. & fortaſſis nec Gordiani conſtitutio[g] hodie aliis quàm in expeditione degentibus militibus cõcedetur. Poteſt etiam dubitari, an perẽptoriam[h] liceat allegare militi poſt ſententiã, qui nõ fuit in caſtris occupatus: ídq; etiam ad filiosfamiliàs extenditur,[i] vt & ipſi de caſtrenſi peculio in hybernis vel ſuis ſedibus teſtari iure communi debeãt. quod facilè admitti poteſt, ne melioris ſint cõditionis quã patresfamiliàs, néve in ipſis ſingularia iura multiplicem⁹. [k]Ratio tamẽ dubitandi erat, quod etiã miſſo ipſi à militia in caſtrẽſi peculio, priuilegiũ aliquod militię manebat: nã querela certè olim[l] ceſſabat. Porro autem & illud inquiramus, quánam ratione moueri Iuſtinianus potuerit, vt vetus ius emendaret. Et antea quidẽ quãdiu miles in numeris manebat, id eſt ante miſſionem, quocunque loco, quocunque tẽpore iure proprio teſtari poterat, ferè tamẽ milites in caſtris manebant, & expeditionũ tantùm tempore alebantur, ne inanibus ſumptibus ac ſtipendiis res publica grauaretur: vnde & hodie ſoluta neceſſitate miſſio ilico cõcedi ferè ſolet: raròitaq; olim eueniebat, vt militibus ab armis feriari liceret: & quæ rara ſunt legiſſator nõ curauit.[m] Poſtea Imperatorũ prouidẽtia citra expeditionũ neceſſitatem, retineri ſacramento adſtricti milites cœperũt; ne vſu exigẽte cum deſueto & ignaro[n] exercitu aduerſus Barbarorũ repentinos motus pugnandũ ipſis eſſet: atq; ideo conſtituit Iuſtinianus, vt interea dum quieſcũt, militiæ priuilegiis ob iuris ignorantiã conceſſis nõ fruantur, cùm de rebus ſuis cogitandi ſatis otij habebãt †Crediderim tamen Iuſtiniani conſtitutionem tãtùm intelligendam, cùm in ſuis ſedibus ſiue hybernis degunt, id eſt cùm bellum non geritur, nec in procinctu eſſe milites coguntur. hoc enim ſignificat expeditio: nam ſi tempore belli fortè extra caſtra cum cõmeatu, vel alia licita ex cauſa expeditionis tẽpore teſtati fuerint, fortè adhuc erit conceden-

ceden-

4 (beside "& titulo tenus militant. †Et ſi quidem hodie generale ve-")
5 (beside "tur, cùm de rebus ſuis cogitandi ſatis otij habebãt †Cre-")

d l. ve. ſ. eo.
e d. l. fina.
f l. fi. C. quibus non ob. long. temp. præſcr.
g d. l. fin. C. de iure delib.
h l. i. C. de iur. & f. ſt. ign.
i decl. verſic. ſed teſtari in §. noſtro.
k not. in l. i. C. de dotis promiſſ.
l l. fin. C. de inof. teſtam.
m l. ex his. ff. de legi.
n ſac. quod no. ſuprà in rub. de tyronibus.

cedendum militari iure voluntatem valere:veluti ſi æger & ſaucius miles extra caſtra ſit ob curam ad tēpus dimiſſus.nec tam ad locum quàm ad tempus,vetus beneficium per Iuſtinianum eſſe reſtrictum,locíq; tantùm hic in temporis conſequentiam mentionem fieri arbitror:hoc & ratio & interpretationis benignitas ſuadet,quo & veteri iure,& militum priuilegiis quam minimum detrahamus.

Adiuuantur] Rationē priuilegij fuiſſe diximus,nimiam militum circa leges imperitiā, cùm armorum ſtudio occupati quid illæ præcipiant non ſit otium ipſis vel cognoſcere,vel etiā ſi cognouerint,ſuperſtitioſè obſeruare. Verùm dum feriantur in hybernis,ceſſat ea ratio:vnde & ipſum priuilegiū tum ceſſare cōſtituit Iuſtinianus:ex quo Accur.[o] illam regulam infert, Ceſſante cauſa,ceſſare effe
6 ctum.[p] † quod ſimpliciter intellectum, veriſſimum eſt.nihil enim ſine cauſa efficitur,nec incendium eſt ſine igne, nec vulnus ſine gladio.ſed noſtri,cauſam intelligūt ratio
7 nem,effectū,diſpoſitionē:ſimiliſq; eſt regula,† Ceſsāte ratione,ceſſare legē:[q] ipſa enim lex ratione maximè nititur: cùm eam,animā legis vocent:[r] quæ iuſtū ab iniuſto,æquū ab iniquo ſecernit.quamobrem illas quæ ratione cōſtitutæ ſunt leges, multò diuturniores eſſe videmus iis quæ temerè iubentur. Hinc ex rationis terminis extendere & reſtringere leges,noſtri interpretes adſolēt.[s] Iſq; tractatus latiſſimus & per totū corpus iuris fuſus eſt:cū præcipuum interpretis maximúmq; munus in inquirēdis rationibus, in reſtringēdis extendendíſq; legibus conſiſtat, magnáq; circa hoc eſt,ex rerum qualitate varietas,vt in genere,certè aliquid præcipi vix poſſit: quod tamē aliqui nō inſubtiliter tentarunt:[t] niſi autem manifeſtiſſima ratio vel æquitas ſubſit,vel lex alia repugnet,à verborum generalita
8 te[u] non eſt diſcedendū.† Cauſam verò quæ reſtringit generalem diſpoſitionem,finalem vulgò vocant: definiūtq; ei legem ipſam totā inniti,nec ſine ea poſſe ſubſiſtere.Sed tales à nobis paucæ noſcuntur, cùm obſcurum plerunque ſit apud nos, quid legiſlatorem maximè mouerit. Si quæ tamen in legibus vnica traditur,finalem eſſe aiunt.[x] Sed ego miror cū ſimplicitas & imperitia ob iuſtæ occupationis veniam,finalis priuilegij militaris cauſa fuerit,cur nō & olim huius cauſæ vi regulæq; argumento, priuilegiū ceſſauerit, opúſque fuerit noua conſtitutione, quæ vetus

o gloſ.ſuper ver. adiuuantur.
p c.cum ceſſante. extra de app.
q l.quod dictum. ff. de pac.l. adigere.§. quāuis.
r arg.l.milites agrum.ff. de re milit.
ſ arg.l.cùm pater.§.dulciſſimis.de leg.ij.
t vide Alci. lib.ij. de verb. ſign.
u l.de pretio ff.de publici.
x no.in auth. quas actiones.C.de ſacroſ.eccle.

restringeret beneficium. Causa igitur finalis per se dispositionē tollere nequiuerat: quod in alia quæ hîc allegatur constitutione dici potest.[y] Nam etsi immunitas tutelæ & curæ ob diuini cultus occupationem clericis data fuerit, nisi tamen id expressisset Iustinianus, desides etiam & vagabūdi hoc ad se beneficium traxissent. Vnde apparet supradictæ regulæ dubiam esse argumentationem.[z] †Aliam 9
verò causam, quę affecta quidem ad ipsam legē esse videtur, & adiumentum ad disponendum attulit, mouítq; aliquo modo legislatorem, impulsiuam vocat Accursius: eáque, si quis diligentiùs perpendat, multiplex est: veluti in exemplo quod adfert Accursius de Calphurniæ,[a] siue (vt Valerius Maximus[b] tradit) de Ç. Aphraniæ clamoribus quæ causam dedit edicto, ne deinceps mulieribus postulandi ius esset. Sed quam hîc causam vocamus, ratio appellari nequit. Neque enim dicimus Afraniam rationem dedisse edicto. Ratio vera est illa, ne contrà pudicitiam sexui congruentem, alienis & virilibus fungantur officiis: eáque causa originalis dici potest. Sic & Macedo[c] improbus fœnerator senatusconsulto,[d] L. Lentulus iuri codicillorum causam dedit. Verùm locus hic non patitur nos de causarum tractatu longiùs euagari. Recurrendem itaque ad eos qui argumentorum locos digesserunt.[e] Est autem hoc à cessante causa argumentum imprimis tritum, sed vt indicaui debile, eludíque ferè solet, causam impulsiuam, nō finalem esse: nam & in dubio impulsiua esse creditur: quæ quidem non tantam vim habet, vt dispositionē euertat: quod si probabitur esse finalis (eam Accursius intelligit, sine qua res esse nequit) tum quidem ius dispositionis ex ea metiendum esse, receptum est. † Porrò illa Accursij 10
quæstio,[g] an qui non residet (vt nunc loquimur) in ecclesia, sacerdotii cōmoda possit percipere, sic solet finiri. Aliquādo enim cum venia aliquis abest, vt ob studiorum causam.[h] item si Pontifici maximo[i] vel Episcopo suo adsit, vel ægritudine aliqua prematur. nam & tum is plenum omnium percipit emolumentum, præterquàm si quæ ob pręsens officium distribui consueuerunt.[k] Quòd si sine causa longiùs abest, citandus est primùm: & si non veniat, quasi contumax sacerdotio[l] exuendus: nec enim de altari viuere debet, qui altari non seruit: atque cessante causa, tum demum cessabit effectus.

y l. generaliter. C. de epis. & cler.
z vide Nic. Præsi. in loc. 34. 35. 85.
a l. i. §. secūdo loco ff. de postul.
b lib. 8. cap. 3
c l. i. ff. ad maced.
d j. de codic. in princ.
e vide Nic. Præsid. locis supr. nota.
f gl. in l. ij. §. fi. & ibi Bar. ff. de dona.
g in gl. super verbo adiuuantur.
h l. quæsitū. de leg. iij. & ibi Bar.
i c. cùm dilectus. cap. de cætero extra de cler. non resid.
k c. i. de cler. nō resid. in 6
l c. fi. d. tit.

Iure con-

11 *Iure communi*] † Sed an cùm filiusfamiliàs de castrensibus iure communi testatur, præterire patrem poterit? & id quidem iure antiquo clarum est, cùm Iustinianus [m] etiam constituerit, vt de quasi castrensi peculio testamentum factum, querelæ de inofficioso non subiaceat: quod tamen correctum esse per nouellam [n] non est dubium, qua expressè constituitur liberos in his rebus, in quibus testandi habent potestatem, non posse sine legitima causa parentes prçterire vel exhçredare: quod necesse est nos intelligere de filiis in potestate (emancipati enim de omnibus testantur) itémque de castrensi vel quasi castrensi peculio, cùm de nulla alia re testamẽti factionem filij familiàs habeant. [o] & dabitur exhæredato querela, qua institutio tota rescinditur, saluis hodie legatis, [p] non conditis, qua ab scriptis hæredibus sola legitima auferretur,
12 quod communi opinione cõfirmatum [q] est. † Sed an idem sit cùm iure militari, id est in castris & de castrensibus filiusfamiliàs testamentum fecit, quæsitum est: & mihi illorum [r] probabilior esse videtur opinio, qui in hac specie præteritum parentem non posse querelam mouere aiunt. Nouella enim constitutio nihil expressè decidit: [s] & sic potius accipi debet: quo minimum de antiquo iure detrahat. procedet itaque tantùm quoties necesse est testamentum iure communi fieri, militúmque priuilegio nõ derogabit. Nam & paterfamiliàs dum in castris militat præterire liberos potest citra querelæ [t] metum: & quanquam plerique [u] id quoque immutatum hodie putent: ego tamen nõ video firmum aliquod eius opinionis argumẽtum, cùm [x] nouum ius generaliter loquatur, & iniquum sit vt ipsum ad specialem iuris antiqui singulariter constituti casum extendamus, [y] quod & Romanus [z] secutus est. nihil erit itaque in milite correctum. nec obstat quod obiicit Alexander [a] necesse esse vt de castrensi peculio Nouellam intelligamus: id enim fateor, & suprà comprobaui: sed non inde quicquam rectè ad militem intuleris: nam & paganus factus, de castrensi testari potest. & hodie non sufficit, vt castrense sit peculium, itémque vt miles: sed oportet, vt expeditionum tempore fiat testamentum, cùm alioqui iure militari vti non [b] liceat. Absurdum quoque videtur in hac sola specie militum minui beneficium, quod secundum

m *l. fin. C. de inof. testa.*
n *in auth. vt cũ de app. §. & hac quia.*
o *l. pe. C. qui test. fac. poss.*
p *authen. ex causa. C. de lib. præter.*
q *Alex. in d. aut. ex causa*
r *Io. de Pla. & Baue. hic.*
s *d §. & hac. quia.*
t *§. pen. j. de exhære. lib. l. Pap. §. pap. ff de inof. test.*
u *Angel. & cæteri hîc.*
x *§. aliud quoq; capitulũ. in auth. vt cum de appel. cogn.*
y *not. in l. sciendum. ff. qui satis. cog.*
z *in l. si cũ. C. eod.*
a *ĩ l. sicuti cir ca. fi. ... eo. & idẽ in auth. ex caus. 3. co. C. de lib. præ.*
b *vt hîc.*

cundum ius gentium est introductum, quo nulla institutionis aut exhæredationis forma præscripta est, sed nuda voluntas sufficit: eóque iure, parentis de filio iudiciũ approbatur, quod nequaquam impiũ esse præsumitur. quam obrem ad hanc exhæredationis formam milites adstringere, qua pagani vtuntur, nõ aliud est, quàm eos ad legum diligentiam, cuius ipsis semel gratia [c] facta est, reuocare. Nam quod putat Angelus priuilegium citra alicuius iniuriam accipi debere, minimùm me mouet, cùm id veteri iure expeditum sit. hanc itaque sententiã puto validioribus argumentis niti: quanquam non negem diuersam communiter receptam esse, & in speciem magis æquam. Annotauit autem ad Porcium Iason, Bartol. in nostra esse sententia, quam & postea cõperi latiùs [d] ab eodẽ defendi. Quapropter res nõ caret scrupulo, si quis legi magis quàm opinioni, & iuri quàm æquitati velit adhærere. Decius [e] verò in posterioribus cõmẽtariis, nihil se dignũ quod hunc nodum explicet, adfert. Hoc nouissimè aduertendũ nullo modo posse hoc testamenti genus ob solennitatẽ deficere, cùm nudam in eo volũtatem nec vllam formã desideremus. Porrò quod hîc præcipitur filiosfamiliàs debere iure communi testari, id Accurs. intelligit cùm cessat expeditionum necessitas. † Nam belli tempore occupati, 13 meritò iuris solennibus aliorũ instar soluti esse debẽt: & quòd hîc iubentur iure communi testari ad præcedentia refertur: cùm scilicet in numeris manẽtes, & stipẽdia percipiẽtes, in hybernis tamen vel aliis locis degunt. quodq; antea de patribusfamiliàs decisum fuit, ad filiosfamiliàs hîc extenditur. Porcius tamẽ aliter intellexit, & nũquam filios militari iure testari posse credidit. Sed ambiguitatẽ Græca interpretatio dissoluit: καὶ ὑπεξούσιοι δὲ ὄντες ἀκωλύτως διατίθενται πανταχοῦ παρὰ τὴν ἀκρίβειαν παραφυλάττοντες ἐν ᾧ τῶν κάστρων εἰσὶν ἐκτός. Et si quis rectè perpenderit illa verba, etsi filiifamiliàs sint, videbit magis dubitasse legislatorẽ de filiisfamiliàs quàm patribus familiàs, cùm illis quædã etiam olim in castrensi peculio extra militiam singulariter fuerint concessa: vt suprà ostendi.

Paganorum] † Pagani opponuntur militibus, vt togati sagatis cinctísque, non solummodo apud Iureconsultum, sed & Suetonium, Plinium, Iuuenalem, Vegetium: quos & Quirites, vocasse videtur Cæsar apud Lucanum:

Discedite,

c l. i. ff. eod.

d in d. l. sicut. C. eodem

e in d. l. si cũ

Discedite, inquit, castris, tradite nostra viris ignaui signa Quirites. Pagani autem appellatio inde descendisse videtur, quod ii domi relinquebantur ad ruris culturam. Pagani enim propriè sunt rustici, à pagis appellati: quod ipsum quoque nomen Tullius Rex Romanorum diuisis in regiones agris, à Græcis mutuatũ indidit: veluti à Dionysio[f] Halicarnasseo traditum est. post vrbem verò conditã non ex rure, sed ex vrbe ferè semper, adstipulãte Vegetio in bellũ Romani profecti sunt. Marcus tamẽ Cato De re rustica affirmat ex agricolis viros fortissimos & milites strenuissimos gigni. Paganorum autẽ sacra Dionysius & M. Varro paganalia vocari aiũt. ad quæ Persius allusit, scribens se semipaganum ad sacra vatum carmen suum offerre. In Codice quoque D. Iustiniani titulus extat De sacrificiis Paganorũ, & scribit Paulus Diaconus lib. III. irruentibus Gottis omnium Paganorum in vrbem factum concursum, conclamatúmque ab omnibus, se hæc ideo pati, quod magnorum Deorum sacra neglexissent: tractatum verò tum de repetendis sacris, quę nostri postea principes multis cõstitutionibus vix abrogare potuerunt, aduersus quæ etiam D. Augustinus ędítis libris disputauit. ab rusticis itaq; in agris relictis, verisimile est hãc significationẽ Paganorũ venire, vt sic dicerentur omnes qui non militarent, non modò agrestes, sed etiam ciues. Ac, vt ego cõiicio, ob repetita ab ipsis idolorũ sacra, omnes qui verũ Deũ nõ profiterentur, paganos deinde posterior vocauit ætas.

f li. 4. ant. Ro.

Planè de testamentis militũ D. Traianus Statilio Seuero ita rescripsit: Id priuilegium quod militantibus datum est, vt quoquo modo facta ab his testamenta rata sint, sic intelligi debet: vt vtique prius constare debeat testamentũ factũ esse, quod & sine scriptura & à non militãtibus fieri potest. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatẽ suã testaretur, ita loquutus est, vt declararet quẽ vellet sibi hæredẽ esse, & cui libertatem tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas eius rata habẽda est. Cæterùm si (vt plerunque sermonibus fie-

ri ſolet) dixit alicui: Ego te hæredem facio: vel, Bona mea tibi relinquo, nõ oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec vllorum magis intereſt, quàm ipſorum quibus id priuilegium datum eſt: huiuſmodi exemplũ non admitti: alioqui nõ difficulter poſt mortem alicuius militis, teſtes exiſterent, qui adfirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem, ſe relinquere bona ſua cui viſum ſit, & per hoc vera iudicia ſubuerterentur.

1 *De Catilio Seuero.*
2 *Caſus præſentis §.*
3 *Verba ciuilia non obligare quenquam.*
4 *Verba ex more regionis accipienda eſſe.*
5 *In teſtamento militis in caſtris facto non requiri vt teſtes vocentur contra communem opinionem.*
6 *Teſtamentum militis in acie factum valere ſine teſtibus.*
7 *Vltimam voluntatem militis ab contractibus non multùm in probatione differre.*

S*Tatilio Seuero*] † Rectiùs fortaſſis Catilio, ad quē extat 1
a lib. i. Plinij iunioris qui ſub Traiano vixit, epiſtola[a] longè elegātiſſima, laudes Titi Ariſtonis Iureconſ. cõtinens. Fuit autem Catilius Seuerus D. Marci proauus maternus, bis Cõſul, & Vrbis præfectus, teſte Capitolino[b] qua dignitate ab Hadriano priuatum eum, Spartianus[c] ſcribit: quòd de D. Pij adoptione doluerat, ſibi videlicet imperiũ præparās. Præſens autem conſtitutio cum primis notabilis eſt, quæ aliud ipſius Traiani[d] reſcriptum declaret, cui omnia militũ circa teſtamēta inniti priuilegia diximus: optimus autem vnuſquiſque ſui ipſius interpres eſt. † Cùm itaque ca- 2
ſus accidiſſet, vt quidam miles ſine ſcriptura, vocatis ad ſe hominibus teſtaretur: atque nuncupato hęredi, negotium legitimi faceſſerent dicentes, hæc defectum non animo teſtādi protuliſſe: ille verò militare priuilegiũ opponeret, relata eſt cauſa per Catiliũ Seuer ad Traiani cognitionem: qui ex eo quod cõuocaſſet teſtes, ſatis apparere reſcripſit, voluntatē militis fuiſſe, vt teſtamētum faceret: cõſtituit tamē vt ſemper cõſtare de volũtate militis debeat, prius quàm militiæ priuilegio ipſa defendatur. † Quam- 3
obrem

b in vita Diui Marci.
c in vita Diui Hadriani.
d in l. 1. ff. eodem.

obrem si in cõuiuio,[e] vel in familiari sermone aliquid dixerit,non eo animo, vt certò de rebus suis post mortem disponeret,nequaquam hoc vim testamenti habebit. meritóque ab Suetonio Domitianus notatus est : Cõfiscabãtur,inquit, alienissimæ hæreditates, vel vno existente qui diceret audisse se ex defuncto cũ viueret,hæredẽ sibi Cæsarẽ esse. plerunque autẽ solemus alicuius erga nos merita commemorãtes agnoscentésque ciuiliter magis, quàm ex animo dicere, nos vicissim ad illum bona nostra velle redire.Sed animus vbique æstimãdus est: quamobrẽ eleganter Martialis Procillum quendam ridet,qui inter pocula iussus postridie cœnatum venire,seriò aderat:citátq; illud vulgatum prouerbiũ μισῶ μνήμονα συμπότην: id est, odi memorem compotorem.[g] Inspiciẽdus† etiam regionum in hac re mos est. Quædam enim gentes ad promittendũ faciles sunt,sed à quibus nec quæ æquum est, queas extorquere. Aliæ donant citiùs quàm promittunt. Et in promissis etiam piratis,tyrannis prædonibúsque fidẽ seruandam esse existimãt: cùm tamen iure ciuili nulla cũ talibus sit obligatio:[h] sic quæ apud quosdam est ciuilitas, apud alios necessitatem soluendi inducit .Vbique autem laudabilius est,vt in promittendo parci, in præstãdo liberales simus.In proposito ergo, in primis cõsideranda mens est proferentis:valet enim sine solennitate aliqua militis volũtas in vim testamẽti. sed prius de voluntate certi esse debemus. Semper enim qui aliquid asserit, antea probare necesse habet hoc, cui illud innititur, & sine quo cõsistere nequit. quod multis exemplis ab cæteris interpretibus[i] declaratum est,nec controuersiam aliquam patitur.

Si conuocatis ad hoc hominibus.] Ex his verbis constitutionis recepta vulgò[k] sententia est:militem cùm in castris testatur,duos saltem testes rogare debere:[l] quanquàm cùm in acie moritur,aliud arbitrẽtur.[m] Cuius distinctionis illa potest videri ratio, quod hîc seriò proculdubiò quid velit,enuntiet (cui enim iubeat eo tempore iocari aut ludere,) nec otij satis est illic testes accersere : de illius voluntate, an veluti testamentum facturus hoc dixerit in castris,siue in cõuiuiis, siue in quotidianis colloquiis,
5 non immeritò ambigitur.†Hęc tamẽ interpretatio,dubia semper ante me fuit: neq; enim expressam in legibus eam inuenies distinctionẽ:& ius gentiũ quo militare testamẽtum cen-

e gl.in ver. balneum. §. 1. suprà de liber.
g facit tex. in c. vnusquisque. 22. quæst.4.
h not. in l. bona fides.ff. deposi.
i no.doc.hîc & Bar.in l. diuus.ff.eod.
k glo. super ver. hominibus.
l ar.l. Lucius.ff.eod.
m ar.l.limites.C.eod.

tum censetur,[n] hoc nõ exigit:& ex communi sententia testium rogatio non est necessaria[o] in testamento vel parẽtis inter liberos, vel vbi pietate erga scriptũ hæredẽ mouemur, vel vbi lex municipalis, ciuilis iuris solẽnia abrogauit. Præterea vbi rogatio desideratur, non potest dici simplicem & nudã voluntatẽ sufficere. nam si certò alioqui de voluntate defuncti constat, nõ video cur magis in acie morieñti, quàm in castris occupato, fauere debeamus. Et certũ est hac cõstitutione declarare tãtùm priuilegiũ suum Traianum voluisse, nõ verò noui aliquid disponere. Quapropter puto posse defendi, nec in tentorio testamẽtum conscribentem opus habere testes aduocare. Et ad hanc Traiani constitutionem nõ difficile est respondere. Præcipuè enim in eo agitur, vt de volũtate cõstet. Species autem vna est, vbi cõstat, cùm conuocatis hominibus volũtatem suam testatò aliquis exposuit, vt in proposito casu euenerat. Si itaque aliter constare de ea potest, non abnuit Imperator, quin valitura sit voluntas: nõ enim quasi formam hoc inducit, vt per[p] æquipollẽs impleri nequeat, sed præcipuè de voluntate indagandum constituit. Idem mihi Pauli[q] responsum velle videtur: Respondi, inquit, militibus quomodo volunt, & quomodo possunt testamentum facere, concessum esse: ita tamen vt hoc ita subsecutũ esse legitimis probationibus ostendatur. vnde colligo, in militari testamento, vel eo quod iure gentium fit, non certum nec formalem esse probandi modum: sed vt legitimus sit, sufficere. Probationis verò legitimæ nõ vnicum modum esse liquet.[r] † Ergo si scriptura ipsius inuenietur, voluntatem supremam continens, eámque testes non rogati adstruent, nihil video cur nõ iure militari valere debeat. quin & sola scriptura defuncti, si nulla erit falsitatis suspicio iure gẽtium forsitã sufficiet. At vbi nulla adfuit scriptura, vt in facti specie ad Traianum relata, alia adminicula quærenda fuere, quòd scilicet testes vocati sint, nec obiter voluntatem audiuerint: nisi etiam fortè tales essent testes, eásque voluntatis circunstantias referrent, vt certò animus testamentum facere volentis colligi posset, Amplius aio, vbi præsumptionis adest aliud adminiculum, vnũ testem satis esse: sic enim hoc quod in principio dicitur, legitimum testium numerum nõ requiri, interpretatur Theophilus; [s] ἀμέλειτοι εἰ καὶ ἑνὸς παρόντος μάρτυρος 6

n Bart. in l. neque ff. eodem.

o glo. circa fi. in l. fin. C. de codicil. not. in l. hac consultiss. §. ex imperfe. C. de testam.

p arg. l. qui per salutem. ff. de iureiur.

q l. Lucius. ff. eodem.

r no. glo. in l. proprietatis. C. de pb. do. in l. admonendi. ff. de iur.

s In princ. huius titul.

τυρος διατίθεσθαι τῇ ἑαυτῷ ἐρρωμένῃ βούλησις. Quin & Accursius[t] sine vllius testis præsentia valere in acie confectũ testamentũ videtur voluisse, si modò ipsum postea probari potest:& si quid illic est speciale, magis existimo in eo cõsistere, quòd sine aliquorũ testimonio aliũde colligatur voluntas, quàm quòd in illa tantùm specie testes vocari non sit necesse. In summa, ego non multũ differre credo hanc militis voluntatem ab cæteris paganorũ contractibus, vt eodẽ scilicet ferè modo illa probari possit, quo hi:& sufficiat qualiscunque & cuiusuis generis probatio, dummodo
7 legitima existat. †Debet itaque non quibuscunque credi, qui affirmẽt audisse se, &c. Nam nec hoc alibi cõceditur, sed testium[u] conditio & fides cæteræque circunstãtiæ inspiciendæ sunt: quæ vbi cõcurrerint citra rogationẽ (meo iudicio)& in castris factum testamentũ valebit: nam si nõ alia ratione, quàm per rogationẽ voluntas posset colligi, malè in codicillis & aliis specialibus testamẽtis, rogandi necessitas communi interpretatione[x] esset remissa, in quibus & huius constitutionis ratio procedit: vt quamuis sit remissa solennitas, de voluntatis tamen veritate constare adhuc debeat: faciliùs autem præsumitur volũtas in verbis ad contractum aptis quàm ad testamentum, quod Faber scripsit:[y] sed cùm de voluntate aliter constat, irritam eam fieri, ob testes non vocatos, minimè arbitror.

t glo. hîc super verb. hominibus.

u l. ad fidem ff. de testib.

x not. in d. l. fi. C. de codicil.

y Faber hîc in fin.

Quinimò & mutus & surdus miles testamẽtum facere potest.

1 *Mutum & surdum natura, militare non posse, proinde nec de his hunc §. posse intelligi, contra communem opinionem.*
2 *An hic §. intelligi possit in muto ex aliquo casu q. scribere tamẽ nesciat, contra Iasonem & Raphaelem.*
3 *Notæ literarum quæ dicantur.*
4 *In quo muto & surdo hic paragraphus sit intelligendus.*
5 *De ratione dubitandi.*

CVm † muto & surdo pagano etiam aliquando[a] testari liceat, hunc paragraphum omnes ferè sic intelligũt, vt iure singulari concessum militibus videatur, iis casibus quibus iure cõmuni impediũtur, militum saltem priuilegio testari: veluti si quis mutus & surdus sit à natura, vel si mutus sit effectus, scribere tamẽ nesciat: nã si scribere scit,

a l. discretis. C. qui testa. facere possunt.

vel ſolummodo eſt ſurdus, poteſt nihilominus facere teſtamentū, velut alius paganus. Verū hic intellectus nō habet rationē: neque enim militare poſſe eum arbitror, qui à natura duobus potiſſimis ſenſibus careat. quomodo examinabitur? quomodo ſolenne ſacramentū præſtabit? Adde, quod nec ducis audire imperium, nec tubæ vel claſſici ſignū intelligere, nec arma petere poteſt. quinimo, ſi cui militi hæc valetudo & calamitas accidit, ob hanc cauſam dimitti ſolet.[b] multò igitur minus talis recipi à principio debet,[c] cui à natura hæc vitia adſunt: & certè quibus nec audire, nec loqui à natura datū eſt, haud multū iĳ à fatuis aut etiam brutis differūt, à quibus homines orationis munere diſtincti ſunt, quę rationis eſt interpres, & quaſi quędam nota: hinc nō abſque cauſa viſum eſt paradoxum Fabro, vt muto ſurdóque tali, teſtamēti factio cōcederetur. Nos igitur cùm oſtenderimus talem militiæ nomen dare non poſſe, ſatis videmur euiciſſe, nec teſtamenti quidē faciendi ius, illi ob militiæ honorē tribui. † Iaſon autē hîc, 2
etiam reiecto illo cōmuni exemplo, putat priuilegiū hoc, in eo ſolummodo intelligendum, qui eſt ſurdus & mutus ſimul ex aliquo caſu: nam is ſi ſcribere neſcit, iure cōmuni teſtari nequit:[d] de eo igitur hîc accipiendū exiſtimat. Cū enim milites per notas[e] poſſint teſtamentū ſcribere, videtur quòd hoc caſu vel nutu etiam vel ſignis idē illi facere liceat. eáque opinio eo argumento adiuuatur, quòd is principis permiſſu teſtamentum facere poſſit:[f] vt hoc videatur hîc generale militū priuilegium valere, quod ſpecialis cōceſſio principis. & hāc ex Raphaele Fulgoſio opinionē ſequēti titulo Angelus Aretinus citat atque approbat. Verùm ego & hîc ſubſiſto: & ſi enim iſte rerum communium magis ſit intelligens, quàm qui nihil vnquā audiuit, vel loqui potuit, ſatiſque ſentit quid ſit teſtamentum facere, tamen voluntatem ſuam alteri ſignificare nequit, quod eſt in primis neceſſarium, vt ſuperiore[h] paragrapho tractauimus. Ipſe quoque[i] Iuſtinianus nihil hunc differre oſtēdit, ab eo qui natura vitiis hiſce affectus eſt. & vt demus poſſe fieri, vt ſatis ſit ſagax,[k] non tamen quærimus quid ipſe intelligat, ſed quomodo ab aliis voluntas eius percipi queat. certè ſi hęc calamitas accidit ante militiam, poſſe eum velut inidoneū ſubmoueri, ex ſupradictis patet.[l] Sed ſi in militia & ante miſſionem cauſariam mutus ſit fa-

b arg. l. iure militari. ff. eod.

c arg. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.

d d. l. diſcretis.

e l. Lucius. ff eod.

f doctor. in d. l. diſcretis.

g tit. ſeq. §. vtē ſurdus.

h §. planè.

i in d. l. diſcretis.

k doctor. in l. j. ff. de verb. oblig.

l. d. l. iure militari.

sit factus, an tum testari possit, quæritur: & nõ posse puto, quia nequit vel scribere vel nuncupare voluntatem: & ipsius etiam interest, ne quemlibet nutum pro vltimo eius habeamus iudicio.[m] Nec arbitror tali fuisse olim à principibus testamenti factionem permissam: nam vel quomodo eam postulare potuisset? & disiunctim, ait Martianus,[n] si mutus aut surdus vt liceret sibi, &c. Ac mox præcedentis vos admonui paragraphi, quo Traianus princeps non aliter se testandi priuilegium indulgere asserit, quàm si prius de voluntate constet. Nec rectè Iason ab notis ad nutum infert, cùm nec fideicommissa nutu, nisi ab iis qui
3 aliàs loqui soleant, fieri possint.[o] † Notas autem debemus intelligere signa, quibus ad occultanda consilia maximè in bello, propter hostium insidias milites vtebantur: de quibus scribit Aulus Gellius libro 17. capite nono, & Suetonius in Iulij vita. Pedius autem notas negat esse literas: cui Pauli etiam Iureconsulti verba adstipulantur loquentis de testamento, quod miles notis scribendum dictauit, & antequam literis perscriberetur vita defunctus est. vulgaria vero scripturarum compendia literis constare palàm est. Harum autem notarum significatio certa haberi potest, ex declaratione eorum cũ quibus de ipsis conuentum est: vt longè aliud sit in nutu, maximè circa testamentum,[p] qui est actus subtilissimus: nam signa quibus edere & bibere postulant, nota sunt: sic & rerum ipsarum possessio animum adire volentis hæreditatem, satis arguit.[q] At hæredis & legatarij distinctionem ex signis haud ita quisquam rectè potest colligere. Concludo itaque, nec militem quidem olim potuisse testari, siue vtroque vitio natura, siue casu erat affectus, cùm literarum esset ignarus: nam si literas scit, & scribere potest, perinde habetur ac si loqueretur, & vim
4 loquelæ scriptura obtinebit.[r] † Quomodo igitur hunc accipiemus paragraphum? aut quod erit militis priuilegium, quum his mutis surdísque (de quibus modò sumus loquuti) exceptis, cæteri iure communi testari possint? & mihi quidem diligentiùs hoc intuenti, videtur non hîc Imperatorem agere, possítne mutus testari an non: sed eum tunc cùm testari potest, vt militem id fa
5 cere posse, id est citra solennium obseruationem. † Ratióque dubitandi satis euidens est: videbatur enim natu-

m §. præcedenti.
n l. si mutus ff. de testa.
o l. nutu. de legat. iij.
p arg. l. cùm antiquitas. C. de testa.
q §. fi. infrà de hære. quali. l. mutum. ff. de acquir. hæredit.
r l. non figura. ff. de act. & obligat.

ræ vitiū testamēti factione, cōmunis iuris solēnitate[f] supplendum, maximè in militibus: attamē nec in eis restringi priuilegiū Imperator voluit: & hîc de solēnitate testādi tantū agi totus titulus indicat. quod igitur hîc dicitur, ad principium referendum est, hoc modo. Quinimo & supradicta diligens obseruatio militibus mutis est remissa, & quanquam alia sint militū priuilegia: tamen ea hîc noluit attingere: nā qui testamentū facere possint subsequēti rubrica explicatur. hoc & Vlpianus[t] expresse ostendit, à quo hic paragraphus sumptus est. Iure, inquit, militari surdum & mutum testamētum facere posse placet. potest & ratio dubitandi maior elici. Quoniam enim ob accidētem valetudinē mox erant[u] dimittendi, cœperántque ad bellum esse inutiles, videbatur mox ipsis ademptum quoque esse priuilegiū iure militari testandi. Hoc igitur mea quidem sentētia, voluit Imperator, posse etiam mutum & surdum iure militari testari: id verò intelligo iis casibus, quibus eis hodie ex Iustiniani constitutione hoc licet.[x] Quod si verò omnino quis vrgeat, esse aliquid etiā in p̄sona eorū cōcessū, dabo vt quo casu hoc permittere Princeps supplicātibus solebat,[y] id sine libello militātibus fuerit permissum. Iustinianus autem fortè vidēs difficulter[z] principē à prouincialibus adiri, cōstituit sine impetratione id hodie licere, iis casibus quibus olim permitti per impetrationē solet. Nec mihi fit verisimile aliis hoc olim singulari principis priuilegio fuisse cōcessum, quā quibus hoc lege generali Iustin. tribuit: & in hoc alibi consentit Accurs.[a] Iam si Marciani[b] responsum considerauimus quod de veteri impetratione loquitur, præcedētíq; cōiunxerimus, animaduertemus de separato vitio, & quoties aduersa valetudine, aut alio casu hoc vitiū nō à natura accidisset illū sensisse.[c] Nec potest dici plus valere generale militū priuilegium, quàm specialē principis concessionē. de vitiis itaq; hisce separatim intelligemus, quo modo & hic paragraphus meo iudicio accipiendus est. Cùm igitur constitutio concedat, quod olim à principe erat impetrādum, consequens est, vt etsi qui muti aliàs intestabiles, ob militiam testari potuere, id hodie iure cōmuni nō ex priuilegio habeant. Prolixior fortassis quibusdā videor, quā pro rei necessitate: sed cùm idem in testamentis aliarum gentium, itē patris inter liberos, ac aliis quæ singulari iure cen-

f arg. l. hac consultissima. C. qui testa. facere poss.

t l. iure militari. ff. eod.

u argu. not. in l. pen. ff. eod.

x d. l. discretis.

y l. si mutus. ff. de testa.

z argu. l. apud Iulianū §. fin. de lega. i.

a gloss. in l. qui in potestate. §. fi. & in l. seq. ff. de test.

b d. l si mutus.

c fac. l. octaui. § .i. ff. vnde cog.

re censentur obtineat, pleniùs veritatem huius articuli examinare operæpretium duxi.

Sed hactenus hoc illis à principalibus constitutionibus conceditur: quatenus militant & in castris degunt. Post misionẽ verò veterani vel extra castra alij, si faciant adhuc militantes testamentum, communi omniũ ciuium Romanorum iure id facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum, non cõmuni iure, sed quomodo voluerint, post misionem intra annum tantùm valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, cõditio autem hæredi adscripta, post annum extiterit: an quasi militis testamentum valeat? & placet valere quasi militis.

1 *Quid hic § superioribus adijciat.*
2 *Mutũ & surdũ vt cæteros, post mißionem amittere priuilegiũ.*
3 *Cur Tribuni testamentum post mißionem intra annum non valeat, vt aliorum militum.*
4 *Aliud mitti, aliud successorem accipere.*
5 *Ignominiosè missos beneficio hoc carere.*
6 *De exauthoratione.*
7 *Militem damnatum singulari iure testari.*
8 *Triplex crimen in milite.*
9 *Qua ratione militi damnato permissum sit testari.*
10 *Damnato militi per iudicem restitui testamenti factionem.*

S*Ed hactenus hoc illis*] Dubitat [a] Accursius referatúrne *a glo. super*
hoc ad mutos & surdos, atque hæc verba præcedenti *ver. sed ha-*
paragrapho cõnectẽda sint, an verò separari debeant, no *ctenus.*
uíq; thematis nota distingui, atq; ad omnes milites generaliter referri. Posterior autẽ sententia recepta est: mentio enim fit constitutionum principaliũ, quibus introductum est militũ priuilegium: quod tantùm vsque ad militiam extẽditur, & post missionẽ amittitur. ac hoc ex capi-
tibus aliquot [b] in Pandectis deprehenditur, vnde hic pa- *b l. quod cõ*
ragraphus sumptus est, quæ quidẽ generaliter loquuntur, *stitutum. l.*
non autẽ in muto. quod & Græca interpretatio apertiùs *quod dicitur*
1 ostendit. †Nec ideò censendus est superfluus hic paragra *ff. eodem.*
phus, quasi id antea in genere cõstitutũ sit. ampliùs enim

aliquid hîc additur:ibi quippe fuit dictũ, extra castra cessare priuilegium,hîc traditur(id quod & olim obtinebat) post missionem quoq; ipsum finiri: vt si quis sit in castris attamen dimissus à militia & de numeris deletus fuerit, hoc iure testari nõ possit. Quum verò id generale ius sit, includuntur etiam in eo muti & surdi,eo magis quòd de ipsis,vt proximè exposuimus, maior erat dubitãdi ratio, videlicet, possẽtne adhuc militantes iure militari testari.
2 † Quapropter miror Accursium , cæteróśque ferè doctores tradere, mutis & surdis manere priuilegium post missionem : vt demus enim verum esse ipsorũ intellectũ ad præcedẽtem paragraphũ,videlicet iis mutis & surdis, quibus iure communi testari non licet,militiæ beneficio hoc concedi:haud tamen post missionem extendi debet. cum vti militibus, [c] & quatenus militant, sit concessum, quod & Faber non mala ratione colligit. Certũ est enim iure militari postea non [d] licere:iure cõmuni non est dubium,etiam citra priuilegium.Quòd si verò natura muti & surdi fuerint,vel muti quomodocunque,illiterati tamẽ (quos nos nec iure militari posse testamentum facere diximus)quomodo quæso ij solennia iuris communis implebunt?nuncupare siquidem hæredes nequeunt, nec ipsi scribere, nec alteri dictare possunt.Nec procedit simile à filiofam. [e] ductum,qui de castrensibus iure communi testari potest, etiam post missionem.multùm enim hîc ab illis deffert,cùm id specialiter ei à principibus sit concessum,diuersáque subsit ratio:castrense enim peculium semper manet,& de eo & inter viuos,vt paterfamiliàs [f] disponere potest:vt & postea [g] in quasi castrensi concessum est, de quo nunquam licuit iure militari testari, sed solùm cõmuni:in muto verò nulla durat ratio,quæ post missionem hoc illi priuilegium conseruet, quum potiùs ratio diuersum exigat propter incertum voluntatis : vt si quod esset omnino priuilegium:id tamen non nimis latè accipi deberet,præsertim legum authoritate hoc suadente.

3 *Post missionem.*] Mirum cur nõ sit idẽ concessum etiam tribunis & præfectis,qui [h] maximè millitãt,& quos priuilegia in testamẽto habere antequam successorẽ accipiãt certũ est. [i] Africanus ea sola ratione id asserit, [k] quoniam ij non dicuntur mitti,& constitutiones principũ dimissis hoc indulgent.Nam quod Accursius & Bart. [l] intelligũt, & in his

c *arg. l. ex militari.ff. eodem.*
d *fac.l. iure militari.ff.eodem à contrario sensu.*
e *hîc in gl.i.*
f *l.ff.ij. ad maced.*
g *l.fin.C.de inoffi.testa.*
h *l.quod cõstitutum.ff. eodem.*
i *fac.l.tribunus.*
k *l. Titius. ff.eod.in d.l. quod constitutũ ff.eod.*
l *in d.l.quod consti.*

& in his, si militant, idem esse quod in cæteris: manifestè
4 cum Africani responso pugnat. † Potest autem successoris
acceptio à missione distingui: neq; enim tanquam emerito, neq; ob causam, neq; ob delictũ, propriè successor datur: aut si tale aliquid subest, nõ video cur nõ & mitti dicatur: missio autem semper causam habere debet:[m] successor
5 simpliciter accipitur. † Neque tamen rursus etiam omnibus missis hoc conceditur, sed tantùm iis qui honestè, vel ob causam missi sunt. ignominiosi enim nõ præmium, sed suppliciũ merentur:[n] cũ & qui per ignominiã mittuntur,
6 exautorati dicãtur:[o] quanquam illud in bonam aliquando partem etiam legere est. & apud Vlpianum[p] ita emendatiores habent codices: sed & si ita exautorauerit, vt insignia militaria detraheret. Ignominiosè certè exautorati, vbique priuilegia & præteritæ dignitatis honores amittũt: sic sacerdotij infulis ornamentisq; solenniter exuti, & (vt nũc loquimur) degradati, desinunt clericorũ iure[q] vti: solent etiam nonnunquàm clarissimæ personę. id est senatores,
7 doctores, equites, atque alij honorũ insignibus ornati, ob flagitia perpetrata ignominiosè exautorari. † Accursius[r] hîc aliud etiam militis priuilegium discutit, supra dicto cohærens. nam miles qui damnatus est capitali sententia, maximè missus videtur, & tamẽ interdũ huic per-
8 mittitur testamenti factio.[s] † Item distinguit tres species damnationis: prima est, ob commune delictum. Secunda, ob delictum militare grauius. veluti si sacraméti fidem ruperit.[t] Tertia, ob leuius militiæ delictũ, cuius multæ sunt species[u] In primis duobus generibus[x] certũ est nullũ manere priuilegium: in vltimo, solet permitti vt testetur: sed tantũ de castrẽsibus,[y] & iure militari, id est citra solẽnia.
9 Videamus † quæ sit huius distinctionis ratio. Et ego puto ideo facilius postremo hoc casu cõcedi: quoniã tũ castrẽsia bona, nõ fisco, sed cognatis[z] acquirũtur. At quoties fisco deuoluũtur, hoc minimè solet permitti. Vnde dici potest, cũ hodie bona damnatorũ[a] generaliter nõ publicentur, posse illis cõcedi à iudice testaméti factionẽ. Iterũ illic vbi vetus ius obtinet, vt in multis prouinciis, ac regno prę sertim Frãcię, cõcedi nullo modo poterit: nec ex causa quidẽ: etsi cõtrà sentiat Alex.[b] Ius enim fisco quæsitũ, nõ debet iudex sua permissiõe auferre, iurisq; publici cõstitutionẽ
10 atq; ordinẽ mutare. † Verũ de hoc etiã dubitari põt, mili-

[m] fac. l. diem functo. de off. ass. l. ij. ff. de his qui notã. infa.
[n] l. testaméta §. i. ff. eod.
[o] l. ij. §. ignominiæ. ff. de his qui no. & ibi Bud.
[p] in d. §. ignominiæ. ædi. Nur.
[q] c. degradatio, de pœn. in 6.
[r] glos. super ver. post miss.
[s] l. ex militari. ff. eod.
[t] d. l. ex militari.
[u] l. ij. & iij. ff. de re mili.
[x] l. si q̃s filio. §. irritũ. ff. de iniu. rup.
[y] l. i. ff. de vete. suc.
[z] l. ij. ff. de vete. success.
[a] auth. bona damnatorũ. C. de bo. proscrip.
[b] in l. & militi. C. eod. Aret. hîc.

tibus ex leui militariq; crimine damnatis, ipsóne iure cō petat testamenti factio: an verò non aliter, quàm si iudex concesserit in sententia: quod probabilius est. etsi enim leges quædam[c] simpliciter loquantur, ex aliis tamē necessaria est hæc additio, tum scilicet id permitti, cùm impetratum est. quod & Accurs. hîc voluit, & Decius nouissimè[d] contra Riminaldum defendit.

c d.l. & militibus. d. §. irritũ. l. cum. hic status §. si miles ff. de donatio. inter vir. & vxo. l. si quis. in principio. § 1. de lega. iij.

d in d.l. & militibus.

Sed & si quis ante militiam, non iure fecit testamentū, & miles factus, & in expeditione degens resignauit illud, & quædā adiecit, siue detraxit, vel aliàs manifesta est militis voluntas, hoc valere volentis: dicēdū est valere hoc testamentum, quasi ex noua militis voluntate. Denique etsi in arrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamiliàs emancipatus est, testamētum eius quasi ex noua militis voluntate valet, nec videtur capitis diminutione irritum fieri.

1 *Excussum diui Pij rescriptum.*
2 *Enucleata l. penul. ff. eod.*
3 *Confestim cingendus an habeatur pro cincto.*
4 *De intricata contrarietate huius §.*
5 *Tribunianum dum nimium festinauit, pleraque post se incondita reliquisse.*
6 *Filijfamiliàs, siue veterani siue militis testamentum emancipatione non fieri irritum.*
7 *Arrogatione pagani testamentum irritum fieri, militis non æquè.*

Notabilis est hîc paragraphus, multísq; capitibus[a] in Pādectis repetitus, quę etsi specieb⁹ aliquātū variēt, eodē tamen tēdunt. vnáque & eadem ratio est omnium. †Sciendum itaque testamenta antea non ritè facta per sequentē militiam ipso iure minimè cōfirmari: sed necesse esse, vt nouæ volūtatis extent argumēta: vtputa quod vel signum tabulis detraxerit, ac deinde iterū apposuerit, vel deleuerit, adiecerítve quædam, vnde colligi noua voluntas possit. nā si mihi tale fuerit subsecutū, quod ante militiā citra iuris solennia factū erit testamentū, minimè cōfirmabitur, allegatur tamē diui Pij rescriptū,[b] ex quo ostēditur in 1

a l. tribunus § 1. l. Titius. l. idémque. l. quod dicitur l. in fraudē. ff. eo. l. cōficiuntur. §. si miles. de iu. cod.

b l. in fraudē § testamentum. ff. eod.

ditur iure militari, testamentum ante militiam factũ valere, ob id tantùm, quòd contraria non appareat volũtas. Veùm[c] id doctores speciale in milite non militante, & ante militiam testante, esse aiunt: quod tamen non quadrat. nam qui non est in numeris, miles certè non est: & vbi incipit quis esse miles, ibi & militia intelligitur, coniugata enim sunt ista: nec à castris dicitur militia, cùm & equestri militia dicatur aliquis ornatus,[d] prius quàm ad castra venerit. Quanquam autem etiam ij qui nõ sunt matriculis inscripti, possint tamen facere testamentum iure militari, si in hostili loco deprehendantur,[e] atque illic decesserint, tamen de tabulis intelligi Pij rescriptum non potest, cùm de testamẽto ante militiam facto loquatur, atque illi non nisi in procinctu hoc habeant priuilegium. Quapropter ego ad verba interposita[f] animaduertendum puto, si militis subiuncta voluntas (inquit Iureconsʃ.) contraria non sit: ex quibus apparet aliquam subiunctam volũtatem fuisse, vt idem sit quod in paragrapho nostro: nam si alius esset sensus, verti verba debuissent: Si contraria voluntas non sit subsecuta. idque apertiùs Iureconsul. alibi declarat Pij rescriptum allegans,[g] & hoc quo dixi modo & ipse ac-
2 cipiens. †Interdum tamen, & ab eo qui nõdum ad castra peruenit factũ testamentũ, videtur iure militari valere.[h] vt puta, Si quis equestri militia ornatus, & cingi cõfestim iussus, retentus sit in principum comitatu: nam hic mox cingendus, pro cincto iam habetur: idque ex Papiniani responso,[i] quod in omnium est ore: quanquam loquitur in filiofamiliàs, & tantùm ait licere in castrensi peculio ipsi testamentum facere: an verò iure militari nõ exprimit. Et si fuit illic equestri militia exornatus: ergo iã erat cinctus cùm baltheus siue cingulum, insigne fuerit militũ: quod verba etiam ostẽdunt. Cingi enim cõfestim iussus est: nec adeò mirũ, antequam ad castra venerit filiofamiliàs hoc concedi beneficiũ, cùm & post missionẽ ipsum retineat. In cęteris itaque quod mox vt fiat futurum est, antequam fiat facti iure nondum censebitur: quod tamen ex rerum
3 qualitate ęstimandum puto. †Generalis certè diffinitio ex supradicto respõso neque satis colligitur, neque cæteris similibus speciebus satis conuenit. Nã cur ij qui iam lecti sunt vel qui proficiscuntur, vt militiæ dent nomẽ, iure militari non possunt testari, antequam in numeros referan-

c gl. in d. §. testamentum Faber hîc.
d l. pe ff. eo.
e l. fin. ff. eo.
f in d. § testamentum.
g l. idémque erit. ff. eo.
h l. pe ff. eod.
i d. l. pen.

tur?nã hoc ſcribit Vlpianus.[k] cingẽdus igitur, haud ſem-
per pro cincto habetur. Quærunt hîc & de eo cui docto-
rum inſignia ſuſcipiendi poteſtas facta eſt, an doctorum
cõfeſtim priuilegia vſurpare poſſit, cùm pleriq; tales nun
quam cingantur, & in Licentiæ gradu permaneãt: ſed de
eo ſatis plenè ab aliis diſputatum eſt. & cùm ad hunc lo-
cum non multum pertineat, omitti etiam poteſt.

Denique & ſi in arrogationẽ] † Hæc paragraphi pars ma- 4
iorẽ habet difficultatẽ, quàm vulgus interpretũ percipiat:
cõnectit enim ſub eadẽ iuris deciſione plures caſus haud
omnino ſibi ſimiles. Diſtinguitur enim emãcipatio ab ar
rogatione, cùm per illam pagani teſtamentum non fiat ir
ritum: [l] quod ſecus eſt in arrogatione. [m] Præterea non
ſatis illa inter ſe conueniunt, quòd ex noua voluntate te-
ſtamentũ valere ait: ac quod ſubiungit, Non fieri irritum
capitis diminutione: quæ extrema verba cõſtat ab Tribu
niano adiecta eſſe, cùm cætera ex Marcelli reſponſo [n] hîc
inſerta eſſe appareat. mouit fortaſſis eum, quòd expreſſè à
Iureconſ. reſponſum ſit emãcipatione filijfamiliàs etiam
veterani teſtamentum non [o] fieri irritum. † Sed non om-
nino quidã ſine cauſa, iudiciũ & diligentiã in Tribunia- 5
no, cęteríſque eius adiutoribus nonnunquam deſiderant:
qui dũ immẽſum iuris corpus quàm citiſſimè abſoluere [p]
feſtinarunt, pleraque reliquerũt. in quibus iam ſeculis ali-
quot peritiſſimorum hominũ ingenia laborarunt: nec ta
men inde expedire ſe ſic adhuc potuerũt, nõ dico vt aliis,
ſed vt ſibi quidẽ ipſi ſatisfacerent. Hoc ſemel certum eſt
filijfamiliàs qui de caſtrẽſibus teſtatus eſt, emãcipatione
teſtamentum irritum nõ fieri, cùm emancipatio huc non
pertineat: neque enim deſinit in iis bonis eſſe filiusfami-
liàs, cùm pro patrefamiliàs iã antea [q] habebatur. Hic ergo
nouæ voluntatis declaratione minimè opus eſſe videtur:
nec obſtat quod caſtrẽſis peculij nomẽ emãcipatione ex-
tinguatur. [r] hoc enim verũ eſt, niſi de eo antea teſtatus fue
rit. & inter alia priuilegia in hoc etiã priſtini peculij ius
manet, vt pater bonorum poſſeſſionem contra id petere
non poſſit ex manumiſſionis titulo. [ſ] † Hoc igitur dubio 6
caret, non modò non militis, ſed ne veterani quidẽ filij-
familiàs teſtamentum emancipatione irritũ fieri. ſi tamẽ
poſteà aliud fecerit teſtamentum emãcipatus, credo hoc
quod de caſtrẽſibus rebus prius factũ eſt, rumpi. Sic fiet,
vt ab

k l. ex eo. ff. eod.

l l. ſi quis filio. §. fi. ff. de iniuſt. rupt. l. i. §. ſed ſi filiusfa. ff. de bono. poſ. ſecum tab.

m l. qui ex liberis. §. teſtamẽto. ff. de bono. poſſ.

n l. miles filiusfa. ff. eod.

o d. §. fin.

p l. i. & ij. C. de vet. iu. enucl.

q d. §. fina.

r l. fi. circa fi. C. de inofi. teſt.

ſ l. ſi à milite. §. patri. ff. eod. l. i. §. eſt & alius. ff. ſi quis à par. manu. fuer.

vt ab intestato ipsi legitimi succedant, item in castrēsibus bonis[t] testamēto scripti: ídque in fauorē militiæ, ex consequētia inductum videtur.
7 †Porrò arrogatione testamentum prius factum à pagano irritum fieri constat:[u] qui tamen si iterum fuerit emancipatus noua voluntate confirmare ipsum potest. at in milite specialiter est constitutum vt si miles existens, de castrensibus antè fuerit testatus: ea quidem nec arrogatori acquirantur. nec de ipsis testamentum[x] factum irritū fiat: vel si id irritum fieri dicere lubet: noua tamē volūtate nuda cōualescat. Et hæc in milite eo magis comprobanda sunt, quòd eius testamētū, iuris ciuilis regulis & solēnibus non subiaceat, meróque iure gentiū censeatur, vt nihil in id potestatis habeat minima capitis diminutio, iuris ciuilis commētum. Quæ cùm ita sint, tamen nescio quo modo hîc Tribunianus inuoluisse videtur, qui erroris occasionem nōnullis[y] doctoribus tribuit, dicentibus emancipatione testamētum infirmari, cùm id expressis legibus[z] falsum esse liqueat.

t fa. l. i. C. eod.
u d. §. testamētū. & §. alio. & §. non tamen. quib. mo. test infir.
x idem. ff. eo.
y Fa. §. quib. mo. test. infir. §. nō tamen.
z alleg. §. in prin.

Sciendum tamen est, quod cùm ad exemplū castrensis peculij tam anteriores leges, quàm principales constitutiones, quibusdam quasi castrensia dederant peculia: & horū quibusdā permissū fuerat, etiā in potestate degētibus testari, nostra id cōstitutio latiùs extendens, permiserit omnibus in huiusmodi peculiis testari quidem, sed iure cōmuni: cuius constitutionis tenore perspecto, licentia est nihil eorum, quæ ad prefatum ius pertinent, ignorare.

1 *De publici militiæ genere, vnde & duplex peculium, castrense & quasi castrense.*

2 *Olim omnia pecu. vnius generis fuisse, deinde paulatim variata.*

1 CVm †hactenus de militia multa dixerimus, occasione militaris priuilegij in testamento, nouissimè, ne ἀμφιβολογία aliquem in errorem ducat, secundum est duplex esse genus militiæ: vnum veræ, alterū imaginariæ, & veræ quidē vna est species, nisi quis æquites à peditibus, & vtrosq; ab iis qui ad naualia prælia deliguntur, item secundum ordinum gradum & stipendiorum honorem minutiùs eos velit distinguere. Imaginariæ verò infinitæ propè

species

species, cùm ipsum etiam militandi verbum latissimè pateat.[a] Suetonius autem in Claudio scribit, stipendia eum instituisse, & imaginariæ militiæ genus, quo absentes & titulo tenùs fungerētur. At nos hîc imaginariā accipimus in præfectis, aduocatis,[b] notariis, similibúsque personis. Vel (vt apertiùs hanc rem tradamus) sic dici commodiùs poterit: nōnullas esse personas, quæ cùm patrio iuri subiectæ sint, peculia tamē quædā aduētitia perinde habeant ac si in militia ac castris acquisiuissent: eáque quasi castrēsia vocantur, quorum quidē apud antiquos Iureconsultos rara[c] est mentio. posteà verò cùm non tantùm eorum priuilegia adaucta essent, sed pluribus etiam[d] impertita, sequentibus constitutionibus ipsorum mentio sæpius incidit. Quemadmodum autem castrense peculium ad instar est patrimonij redactum,[e] ita & quasi castrense. cùm hoc hodie per omnia castrensi sit exæquatum. †Antiquissimis 2
autem temporibus omnia peculia vnius erant generis: deinde militiæ fauor separauit à patris iure castrēsia. Pòst etiam quædam alia ad exemplum illorum. Nouissimè ex Iustiniani[f] constitutione profectitia quædam facta sunt, quædam aduentitia: id est vt quædam essent quæ à patre essent profecta, in quibus κτῆσις καὶ χρῆσις, id est proprietas & vsusfructus patris manebat: quædam iterum, quæ aliundè quæsita essent, quibus tantū frui pater posset, proprietate ipsi filio salua. Hinc deinde aliæ annotatæ[g] species peculij, cuius nec vsusfructus quidem patris fieret: sed an quasi castrense, per omnia censendum esset, crebro disputatum est. præualuit tamen sententia[h] eorum, vt non habeat castrensis peculij priuilegia, atque ideò de eo testari filiofamiliàs non liceat.[i]

a glo. in l. i. de bono. poss. ex test. mili.
b l. fin. C. de inof. test.
c tantū in l. i. §. nec castrense. ff. de coll. l. i. §. in filij. ff. ad trebel.
d l. fin.
e l. ij. ff. ad macedo.
f §. igitur. sup. per. qu. pers. nob. acq
g in auth. idem est. C. de bon. quæ lib.
h doct. in l. pe. C. qui testa. face. poss. Bauer. hîc.
i dicam. seq. titu.

Quibus non est permissum facere testamentum.

1 *Quæ soleant in Rubricis tractari.*
2 *Defensus ordo præsentis tituli.*
3 *Hoc titulo excipi personas quæ testari non possint, cùm regulariter omnibus sit permissum.*
4 *Prohiberi quasdam personas iure gentiū, quasdam iure ciuili.*
5 *Nullum sine legitima causa prohiberi posse quo minùs testetur.*
6 *Germani veteres an vsum testamentorum ignorauerint.*

Duo sunt,

1 DVo sunt,† quæ in vniuscuiusque noui tituli principio
à professoribus tractari ferè soleant, quorum quidem
vnum ad ordinis, alterum ad rubricæ explicationem per-
tinet. Ordinis ratio hîc clarè patet: cognita enim testamē
torū solennitate, sequitur vt de iis personis videamus, qui
bus testamēti factio nō est permissa: nisi quòd qui accura-
tiùs hoc expendunt, præposterè traditum [a] notant, cùm in
omni tractatu ferè de personis prius sit dicendum. quod
etiam ex Caii [b] Scæuolæque [c] responsis, in præsenti re ex-
pressè constat: Est tamen hoc leuiusculum: nec quicquam
consistet, si ad tam exactam methodum omnia expēdere
voluerimus: quanquam si cui libeat λεπτολογεῖν reperiat, &
2 hîc quomodo huiusce ordinationis rationē defendat.† Nā
dū quæstio & lis de testamēti alicuius virib⁹ vertitur, [d] me
ritò de persona prius, pòst de cæteris inquirere debemus.
Frustra enim fuerit disputatū, sitne ipsū secundū regulas
iuris ciuilis factū, an nō si is qui fecit, nō habuit testamē-
ti factionē. Verùm legislator cū de testamentorū solen-
nitate [e] disseruit, de personis nō dubitauit: vt ex eo super-
uacanea fieri non possint quæ sequuntur. Quinimò sic te
stamenti ordinandi formulā tradidit, quasi ea communis
permissáque in genere sit omnibus: nunc verò quasi exce
ptiones regulæ subiicit. quapropter iustus hîc est, minimé
3 que præposterus ordo.† Titulus [f] quoque argumento est
regulariter vnicuique permissum esse testamentū facere:
significat enim esse aliquas personas, quibus hoc nō per-
mittitur. Quibus ergo permissum est, infinitus est nume-
rus: quibus nō est, certus & definitus. Hoc verò titulo præ
cipui enumerantur casus, atque aliquot etiā adiecit [g] Ac
cur. Posteriores verò pleniùs, quotquot nota digni sunt vi
4 si collegerunt. [h] † Quædam autem personæ iure gentium
omnibus hominibus communi prohibentur: vt pupilli, fu
riosi. Quædam iure ciuili, & proprio Romanorū legum,
vt filijfamiliàs, & forsitan etiam prodigi, eáq; differentia
nō minimi est momēti: quibus enim hoc iure ciuili nega
tū est, lege municipali vel principali priuilegio rursus per
mitti potest: cæteris, non itē. Cùm itaque regulariter non
modò iure ciuili, sed etiā gentium (vt alibi satis fusè à no
bis disputatum est [i]) vnusquisque liberam habeat faculta-
tem testādi, tolli ea in vniuersum lege aliqua municipali
nequit: excipi verò per eam aliquas personas posse, nō est
dubium

a Angel. & Faber hîc. Por. in rub. de testa. sup.
b l. si quæramus. ff. eod.
c l. quidā referunt. ff. de in. cod.
d vt in d. ll.
e vt in Insti.
f l. qui accusare. ff. de accu. l. cū prætor. ff. de iud.
g in §. fi. infrà eod.
h vide in rape. Beri. h.
i in ve. fi. n. sed prædicta in princ. suprà de testa.

dubium:sed tamen necesse est, vt in exceptis personis ratio huiusce prohibitionis constet. †alioqui enim iniquum 5 est homini sanæ mentis, inquit Paulus,[k] testamẽti factionem adimere. cùm neque pacto,[l] neque sacramento obstringi quisquã possit, vt testamentum non faciat: est enim testamenti libertas iuris publici, quod & Quintilianus[m] non ignorauit. †Quamobrem miror Corn. Tacitum scribere,[n] Germanos veteres testamentorum vsum ignorasse. 6 Nemo enim ferè est, qui cum sana mente moriatur, non cupiat aliquid de reb⁹ quas relicturus est, prius disponere. & vt inquit Imp. Constantinus,[o] nihil magis hominibus debetur, quàm vt supremę voluntates valeant. Vulgus autem testamenta vocat ipsam vltimam voluntatem in scripturam redactam: nec dubito talium apud antiquos literarum imperitos vsum non fuisse. Non tamen ideo penitus incognitum, nuncupatiuorũ saltem testamentorum vsum fuisse credendũ est. Aliquando porrò hæc testamenti ordinandi facultas non ex personarum vitio, sed rerum qualitate impeditur. Nam in feudalibus[p] & emphyteuticis[q] rebus, proprium quoddam successionis ius est, in quibus nihil testatoris potest voluntas. Hactenus ad euidentiorem ipsius tituli intellectum quædam nos consueto more præfatos esse sufficiat. nunc rem ipsam aggrediamur.

NOn tamen omnibus licet facere testamentum. Statim enim ij, qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius nõ habẽt: adeo quidem, vt quãuis parentes eis permiserint, nihilomagis iure testari posſint: exceptis iis, quos antea enumerauimus, & præcipuè militibus, qui in potestate parentũ sunt, quibus de eo quod in castris acquisierũt, permissum est ex cõstitutionibus Principũ testamentũ facere. quod quidẽ ius ab initio tãtùm militantib. datũ est, tã ex authoritate D. Augusti, quã Neruæ, nec nõ optimi Imperatoris Traiani: posteà verò subscriptione D. Hadriani, etiã dimissis à militia, id est, veteranis, concessum est. Itaque siquidẽ fecerint

k l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. sub.
l l. stipulat. hoc mod. concepta. & ibi docto. & maximè. Alex. ff. de ver. obl Paul. Castr. l. iij. ff. eod.
m lib. 2. cap. 8.
n in libello. de moribus Germanorũ.
o l. C. de sac. eccl.
p c. i. de feu. su.
q Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib.

cerint de castrẽsi peculio testamentũ,pertinebit hoc ad eũ,quẽ hæredẽ relinquerũt:siverò intestati decesserint,nullis liberis vel fratrib.superstitibus,ad parẽtes eorũ iure cõmuni pertinebit. Ex hoc intelligere possumus,quod in castris acquisierit miles,qui in potestate patris est,neque ipsũ patrẽ adimere posse, neque patris creditores id vẽdere,vel aliter inquietare,neq; patre mortuo cũ fratribus commune esse: sed scilicet propriũ eius esse,qui id in castris acquisierit: quanquam iure ciuili, omniũ qui in potestate parentũ sunt, peculia perinde in bonis parentum computentur,ac seruorum peculia in bonis dominorũ numerãtur:exceptis videlicet iis, quæ ex sacris cõstitutionibus,& præcipuè nostris,propter diuersas non acquiruntur. Præter hos igitur, qui castrense peculium vel quasi castrense, habent : si quis alius filiusfamiliàs testamentũ fecerit, inutile est,licet suæ potestatis factus decesserit.

1 *Serui an poßint testari.*
2 *Filij Francorum an poßint testari.*
3 *An filijfamiliàs ex statuto poßint testari.*
4 *De antiqua potestate in mulieres.*
5 *An mulieri statuto adimi poßit testamenti factio.*
6 *An monachi poßint testari.*
7 *Quare filiusfamiliàs donare causa mortis poßit:testari non possit,cum patris consensu.*
8 *Malã esse eã rationẽ,responsionémq;,quæ eadẽ est cũ quæsito.*
9 *Quare testamenti factio publici iuris sit.*
10 *An ex clausula codicil.filijfam. testamentum patris consensu factum,ad donationem causa mortis flecti poßit.*
11 *Quo casu locum habeat præcedens quæstio.*
12 *An in donatione expresso pacto opus sit.*
13 *An quinque testibus opus sit ad probandum filium post interpositum patris consensum in eadem voluntate perstitisse.*
14 *An pater reuocare consensum poßit.*

15 *An pater*

15 *An pater filio autor fieri poßit, vt sibi causa mortis donet.*
16 *An filiusfamiliàs poßit facere testamentum in aduentitio, cuius patri non quæritur vsusfructus.*
17 *An filiusfamiliàs in piam causam testari poßit.*
18 *An filiusfamiliàs clericus testari poßit.*
19 *Filium familiàs posse iure gentium testamentum facere, & iure tantùm ciuili prohiberi.*
20 *De veteri iure succeßionis in bonis filiorumfamiliàs.*
21 *De nouo iure.*
22 *Quis sit effectus an pater iure peculij, an iure hæreditario bona accipiat.*
23 *An profectitium peculium à creditore patris poßit inquietari, nouo modo declaratum.*
24 *Quare fideicom in codicil. relicta nuda volũtate confirmẽtur.*

QVi alieno iuri subiecti sunt] Ab regula qua vnicuique te-
stari permissum est, in primis excipiũtur omnes qui
alieno iuri subiecti sunt.† Reperitur autem in veteri iure 1
duplex potestas,[a] antiquissima dominorum in seruos, qui
ne iure quidem gẽtium testari possunt, cùm omnia domi
nis acquirant,[b] nihílque proprium habeant: nam si pro-
pria habeant, testariq; sint soliti, adscriptitij veriùs quàm
serui censebũtur, vt & olim erãt, & adhuc sunt apud nos
ij, quos proprios vocamus: quales & seruos suos esse Leo
Imperator voluit: proinde & testamẽti factionẽ ipsis cõces-
sit: ita tamen vt reliquorũ dominorũ iuri nihil detrahe-
ret, sed exemplo tãtùm suo ad humaniorem æquioremq;
erga seruos sententiã alios flecteret: nec parũ quidẽ pro-
fecit, cũ hodie seruilis status apud nos propè abolitus sit.
Alia potestas est patria iure ciuili in filiosfamiliàs cõsti-
tuta. & cùm dominica apud Christianos in raro sit vsu,
patria sola mãsit: quãquam cùm iuris ciuilis sit, nec vbiq;
quidem ipsa seruatur: † multi enim de Francorum Brito- 2
númque filiis dubitant:[c] sed tamen Christianæ ferè gẽtes
omnes, non dedignãtur Romanas sequi leges: quamobrẽ
nisi specialiter abrogatæ sint, adhuc vigere eas credẽdum
est.[d] † Inde constat statuto hoc ius tolli posse, iterũq; con- 3
stitui, vt filiofamiliàs testari liceat.[e] Etsi enim pacto hoc
effici nequit: publico tamen potest consensu. Videtur autẽ 4
olim & alia fuisse potestatis species.† Nam mulieres legi-
mus antiquitus perpetua tutela fuisse adstrictas: à qua ta-
men per capitis diminutionẽ, id est (vt interpretatur Boe-
tius) cùm

a *suprà de his qui sunt sui vel alien. iur.*
b *§. i. d. tit. de his q. sunt sui.*
c *Ia. pe. C. eod.*
d *Deci. in l. seniũ. C. eod.*
e *Bar. in l. si quæramus. ff. de testa. concord. per Alexand. d. l. seruum.*

tius) cùm in mariti manũ conuenissent (erat id matrimonij solenne olim genus) liberabãtur. Et Cicero in oratione pro Cecinna significat, suo tempore non potuisse mulieres sine tutoris authoritate obligari: deinde nec testari. idem in Topic. ostẽdit. ait enim secundũ mulieris tabulas bonorum possessionem nõ dari: cùm tamen bonorum possessio detur, vbicunque valet testamentum: æquiparatq; eam pueris, seruis, exulibus, quibus omnibus iure nostro testamenti factio denegata est. Atq; idẽ etiã apertius colligitur ex oratione Catonis apud Tit. Liuiũ libr. iiij. belli cũ Antiocho: Maiores, inquit, nostri nullã ne priuatã quidem rem agere fœminas sine authore voluerunt, in manu esse parentũ, fratrum, virorũ. Et istud quidem ius videtur ab Atheniensibus ad antiquos Rom. trãslatum fuisse: nam de Atticis mulierib. hoc annotauit Budæus in Cõmentariis Græcæ linguę

5 †Vnde existimarim etiã si iure cõmuni id illis permissum esse, manifestum sit: posse nihilominus lege municipali factionẽ testamenti rursus adimi. neque enim iniqua est lex, quæ impotenti sexui habenas imposuit. Etsi testãdi facultas auferri filiisfamil. etiã sexagenariis potest de bonis quoq; in quib⁹ pater neq; proprietatẽ neq; vsumfructũ habet, maiore sanè atq; etiã euidentiore ratione, in mulieribus idem recipiẽdum est, maximè cùm eadem lex etiã in antiqua illa & bene instituta Romanorum republi.[f] viguerit. Multo verò fortius affirmarim eã valere consuetudinẽ, quæ authoribus maritis vel propinquis duntaxat, testamenti factionẽ mulieribus permittit, cùm tunc minus ab communi iure recedamus: nõ tamen ignoro, Paulum, Alexandrum,[g] nonnullósque alios aliter fuisse opinatos.

6 † Est & alia noua species potestatis, abbatum in monachos: quæ vtrosque testari prohibet,[h] ex primo religionis statuto, quod ipsi regulã vocant: quibus nec consuetudo hoc concedere potest, sed sola põtificis maximi gratia & dispensatio.[i] Leo tamen de iis bonis quę post ingressum monachis acquiruntur, permisit vt testari possent, tertia tantũ parte monasterio retenta. & si quis inspiciat diligentius Iustiniani cõstitutiones, comperiet nihil ipsas huic sentẽtiæ aduersari, multísq; verbis Leo æquam hanc legem esse probare nititur.

7 *Vt quamuis parẽtes eis permiserint*] †Idem ad codicillos extenditur, vt neque[k] legata, neque fideicommissa, ij relin-

f facit id quod no. doc. in l. fin. C. de test. milit.

g in l ex facto. ff. de vulgar. & pup.

h in auth. ˜t. ingreßi. C. de sacros. ecclés. & ibi not. latiùs.

i Bar. in d. l. si quæramus.

k l. ij. ff. de legatis 1.

quere possint, quibus non est permissa testamenti factio.
donare tamen mortis causa,consentiente patre, possunt.[l]
sed quæ sit diuersitatis ratio militum quæritur. Accursius
hîc tradit id quod etiam vulgò receptũ est: ideò hoc esse
quoniam testamentum de alieno pẽdere arbitrio nequit:
(est enim suæ voluntatis libera sententia)[m] donatio verò
in alterius conferri arbitrium potest, quum contractibus
magis quàm vltimis voluntatibus accedat.[n]Hanc tamen
rationem Franciscus Aretinus,[o] nouissiméque etiam De-
cius[p] impugnat. At ego alia via non posse eam consistere,
ostendam. Quid enim est aliud,patrem filio in testamenti
factione consentire nõ posse,quàm testamenti factionem
non posse ex alieno pẽdere arbitrio?Hîc non ratio expli-
catur,sed aliis verbis idem dicitur.†inepta est autem,nec 8
vllius momenti ea ratio,quæ in id quod dictũ quæsitúm-
que est,incidit:veluti qui vulgò facti sententiæve suæ cau
sam dicere iussi, rogatíque quare? quia,[q] simpliciter re-
spondent. Et quanquam haud dissimiliter ipse. nonnun-
quam Iureconsult.[r] respondere videatur,interpreti dili-
genti,eiusmodi ratio satisfacere non debet. In idem au-
tem ista recidunt. posse patrem filio donanti causa mortis
consentire: & posse donationem ex alieno pendere arbi-
trio. Nec hoc etiam [s] rectè vulgò dicitur,donationẽ cau-
sa mortis magis similem esse contractibus quàm vltimis
voluntatibus, cùm iam olim contrarium Iustinianus ex-
pressè deciderit, quo veterum altercationem tolleret.[t]
Alia ergo quærenda ratio est,quæ & istius quidem ratio-
nis (vt sic nunc eam appellemus) ratio sit:id est quare te-
stamenti factio non possit ex alieno pendere arbitrio,do-
natio verò possit. Andr. Alciatus [u] putat quoniam dona-
tio præsentem inducit obligationem, nec omnino nulla
est,faciliùs posse eam validari cõsensu,quàm aliam quàli-
ber vltimam voluntatem, quæ bonorum obuentionem
post mortẽ demùm respicit, & penitus statim inutilis est.
Verùm obiici potest,quòd nec præsentem semper obliga-
tionem donatio inducat,sæpe enim per traditionem [x] fit:
& cum fit per stipulationem vel pactum,omnino quoque
nulla est:prius quàm consensus accesserit, qui vel præce-
dere,vel in ipso actu intercedere debet.[y] Vnde etiam dubi
tatum fuit,an subsequens consensus nullum ac inualidum
donationis actum confirmare posset.[z] Tum itaque talis
donatio

l l.qui in potestate. ff. de codic. l.talis §.1.ff.de don. caus.mort.
m l.1.ff.eod.
n gl.in l.ij.ff. de dot.præle.
o in d.l.qui in potestate.
p in l.senatũ. C.eod.
q facit l.qui interrogatus ff.de pet.hæredit.
r l.illa institut ff.de hære.instit.not. gl.in l.fin.ff. de offi.procõ. Cæsar.
s reprob.gl.in d.l.ij.de dote præleg.ff.
t l.fi.de don. causa mortis. & suprà de don.in prin. & ibi vide Aret.in fi.
u in l.licet. C.de pactis.
x l.senatus. § donatio ff. de donat.causa mort.
y Bar.in d.l. tam is. § fin.
z Aret hîc.

donatio præsentem obligationem inducet, cùm ab eo fiet qui donare potest. Quapropter nec ipse mihi nodum hũc dissoluisse videtur. satius itaque forsitan fuerit ad eam rationem recurrere, quàm aliquando Accur. tradidit:[a] quoniam scilicet publici est iuris testamenti factio, donatio autem priuati. Quæ verò priuati iuris sunt, priuatorum etiam pacta admittũt: secus verò ea quæ ad publicam vti-
9 litatem constituta[b] sunt. † Sed quæ tandem, inquis, est publica vtilitas in vltimis voluntatibus, quæ nõ eadem etiã sit in donatione causa mortis? Quoniam, inquit Paulus,[c] publicè expedit suprema hominum iudicia exitum habere, quæ ratio omnia testamentorũ iura complectitur, legata quoque & fideicommissi, & cætera quæ post mortẽ sunt agenda & exequenda. & præterea veteres Romani testamenti factionẽ in nullius alterius stare arbitrio voluerũt, ob varios rerũ casus, néve vllo fortè pacto adstringi posset vel impediri quominus vltimũ defuncti iudicium exitum haberet. Porrò donatio si traditione fit, præsentem habet executionẽ: si cõuentione, iã quoq; actio nascitur, perinde ac si in vita ipse quod volebat, perfecisset. vt authoritate magistratuum, qui populi ius tuẽtur, & in quibus publicum ius consistere Vlpianus[d] tradidit, hîc nõ sit opus. Possem & aliis rationibus ostendere, quamobrem priuati iuris esset: nisi & hæc iam nimis longè disputatio excreuisset. quũ sit itaq; donatio priuati iuris, non mirum si priuatorum pactis subiaceat. Huic autem illa cohæret quæ-
10 stio, quàm & Aretinus, cæteríque subiiciunt, † An testamentũ scilicet filijfamiliàs, in quo est vulgaris clausula,[e] SI NON VALET IVRE TESTAMENTI, VALEAT IVRE CODICILLORVM, VEL CVIVSLIBET ALTERIVS VLTIMAE VOLVNTATIS: si parentis accesserit consensus ad donationem causa mortis, deflecti transferríque possit, quo actus valeat? Et aiunt hi ferè qui in Institutiones commentaria scripsere non posse: cùm specialis requiratur permissio, quæ donationẽ causa mortis corroboret.[f] At hîc generalia verba sunt, nominatímque donationis non est facta mentio. Sed cùm ea res valdè sit implicita, in tyronum gratiam apertiùs eam enucleabimus. Vt verò etiam fateamur hac clausula donationem induci, debent tamen interuenire quæ ad ipsam sunt necessaria, quod si ergo vel traditio, vel stipulatio, vel pactum

[a] in d.l.qui in potestate. & d.l.senium. & ibi Dec.
[b] l.iij.ff.eod.
[c] l.vel negare. ff. quemadm.testa.aper.
[d] d.l.i.ff.de iustit.& iur.
[e] l.fin.C.de codicil.
[f] l.filiusf. §.pari ratione.ff.de don.

intercesserit, iam non est dubium de donatione actũ, non de alia vltimæ voluntatis specie, quæ cõuentionẽ non admittit. Nec quærendum vltrà arbitror, an pater specialiter consenserit, quemadmodum nec tum, cũ ij de quorũ lucro agitur non adfuerint: tum enim nequit induci donationis obligatio.[g] Quæstio itaque in eo manet, cùm adfuerunt quidem ij de quorũ lucro agitur, sed nihil expresè pacti, sola præsentia assensum[h] tuentur, † an taciti scilicet pacti 11
respectu (si cætera cõueniant) donatio censeri possit. Vbi & illud admonere nõ ab re fuerit, Deciũ multis locis nouam quandam opinionẽ inculcare:[i] quæ si vera esset omnis euanitura mox sit controuersia. Cùm enim ab Iust. cõstitutum sit nudo pacto donationem,[k] causa mortis perfici,[l] putant cæteri interpretes sola præsentia pactum[m] induci: vt & antea diximus. Id verò negat Decius, & expresso pacto opus esse ait. Quanquã autem in donatione non soleant muti esse quibus donatur, & spõtè ac lubẽter acceptare gratiasq; agere: ego tamen etiam si nullus expressus ostendatur assensus, communem adhuc opinionem aduersus Decium defendi posse crediderim. † Neque enim 12
noua Cæsaris cõstitutio[n] de expresso magis quàm tacito donationis pacto loquitur: nec restringi ea debet, cũ ratio in vtroque par sit. siquidẽ nõ minus voluit donare, qui donationi assensum verbis, quàm qui animo tanto præbuit: donatorísq; duntaxat voluntatem lex cõsiderauit, eámque stabilẽ & cõstantẽ esse iussit. Nec sunt duo specialia: quòd ex pacto nascatur actio, eóq; tacito vti Decius argumẽtatur: tametsi enim tacitum est, non ideò minùs est pactum. Et Bart.[o] atque Alexan.[p] nihil ipsius opinionem adiuuãt: loquuntur enim cùm incerta est voluntas donantis: veluti cùm quis sciens indebitũ promittit.[q] illi igitur in præsumpta liberalitate donantis loquuntur: meritò nõ æqua illîc esse debet obligatio, ac cũ expressè munificũ sese exhibet: noster autẽ est casus, cùm donatarius nihil dixit. Nec propriè quidẽ hîc est pollicitatio, sed verũ & propriũ pactum. quemadmodũ ex Alciati[r] declaratione melius percipi potest. Vt ad rem tandem redeam, status huius quæstionis in eo est, cùm præsentes illi fuere, de quorũ lucro agitur: nec tamen quicquam expresè eos acceptasse constat. Reperio autem in ea re varias opiniones distinctionésq; ab nostris traditas. Nam supradictũ argumentũ, quòd speciali opus sit con-

g l.inter mor ff de don. caus.mort.
h l.qui patiuntur.ff.mãda.
i in rubr.de pactis.in cõs. 245. in dict. l.senium.
k l.si quis argentũ.§ sin autẽ.C.de donatio.
l gl.in l. cũ pater.§.mænio.ff.de le.ij
m Alex. in d.l.senium.
n in d.§.sin autem.
o in l.iurisgentium. §. quinimò. ff. de pactis.
p in d. l.iurisgẽtium. §. sed cũ nulla.
q arg.l.campanus.ff. de ope.li.
r in rub.C.de pactis.

ſit conceſſione, facilè tollitur, cùm hîc ſatis ſpecialitèr ſi-
gnificata ſit donatio, ex eo ꝙ de alia ſpecie, vt actus va-
leat, accipi ſupradicta clauſula nequeat. [s]Huc igitur res re
dit, an ſpecialis cōceſſionis interpretationē vulgaria clau-
ſulæ verba admittant: quod ægrè defendi poteſt, [t]cũ vtrán-
que, id eſt, tam ex parte patris quàm filij, atque etiã dona
tarij actus iſte ſuſtineri debeat: iam & cùm clauſula codi
cillaris adiicitur, principalis intentio aliò reſpiciebat: nec
videtur id ſatis ſpecialiter eſſe expreſſum, ad quod in ſubſi
dium demum recurritur; opinioníque huic vel tum maxi-
mè locus erit, cùm quidam tantùm ex hæredibus vel lega
tariis adfuerunt, totúſque actus in vim donationis valere
nequit. Addunt hîc alias quæſtiones doctores, quæ cũ ma
gis ad tractatum donationis cauſa mortis pertineant, bre
13 uiter à nobis tantùm perſtringentur. † Quæritur enim an
poſt donationē accedere conſenſus poſſit: & poſſe [u] aiunt,
ſi modò quinque teſtibus fuerit probatũ in eadem volun
tate filium poſt interpoſitũ conſenſum [x] perſtitiſſe. de quo
tamen dubito. Nam cùm ſemper reuocare hãc liberalita-
tem poſſit, & cōſenſus ſubſecutus ſit, quid opus eſt tot te-
ſtibus? niſi fortè ad nouam donationem inducendã ipſos
14 requirimus. † Circa reuocationem ea etiã recepta diſtin-
ctio eſt, vt patri reuocare liceat donationē de profectitio
peculio factam, filio de [y] aduentitio. At ego cōtra in prio-
re caſu puto: cùm enim filio conſenſit pater de profectitio
donanti, non omnino ipſe donare fingitur, cùm filij morte
confirmetur [z] donatio: nec res videtur integra eſſe [a] patri:
& iniquum eſt, patrem in filij gratiam præbitum conſen-
ſum, eo inuito reuocare. cũ tamē communis opinio recla-
met, tutius eſt ſtipulatione patrem obſtringere. quod ſua-
15 det etiam Aret. † An verò filio pater author eſſe poſſit, vt
ſibi donet, nō minor altercatio eſt. probabilis tamen vide
tur Bald. diſtinctio, generalitérne pater cōſenſerit, an ad
hanc donationem ſibi factam duntaxat: item an ex inter-
uallo ſubſecuta ſit donatio, & an ad alicuius fraudem ten-
dat. Sed hæc conſiliorum materia [b] eſt, vnde quiſque ad ſa
tietatem explere ſe poteſt. pergam itaque ad alia.
16 *Exceptis his quos antea enumerauimus*] † Hoc priuile-
giũ eleganti carmine deſcripſit Iuuenalis [c] qđ ſic ſe habet.

Solis præterea teſtandi militibus ius
Viuo patre datur, & quæ ſunt parta labore

[s] *l. ij. ff. de libe. & poſth.*
[t] *facit quod dicit nouiſſi. Dec. in d... ſenium.*
[u] *Bartolus & Imola in l. tam is. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort.*
[x] *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de legatis 1.*
[y] *Bar. in l. ij. §. 1. ff. de do...*
[z] *gl. approbata in l. iij. C. de dona. cauſ mort.*
[a] *l. ſi pecuniam. de cōd. ob cauſam.*
[b] *Deci. in cōſil. 245.*
[c] *Saty. vlti.*

d vide Dec. in l.penul.C. eod.
e d.l.penult.

Militiæ, placuit non esse in corpore censu] Quidam[d] & eum casum exceperunt peculij aduentitij, in quo patri nõ quæritur vsusfructus. Sed tamen vulgò horum reprobata est opinio. cùm Iustiniani constitutio manifestè[e] refragetur. Nec eadem est ratio huiusce peculij, & quasi castrẽsis: cùm in quasi castrensi, sit quidam imaginariæ militiæ fauor. solæ quippe illæ personæ, quæ militare videntur (quas Iustiniani enumerat constitutio) [f] hoc priuilegio fruuntur. & hoc est quod in fine constitutionis eiusdem authoris[g] dicitur. Et in his personis quæ huiusmodi facultatẽ habere iam concessæ sunt. Nam Accur. interpretatio mihi nõ placet, vt intelligamus de his personis, quæ aliquid accipere ex testamẽto possunt: omnib. enim accipere cõcessum est: & paucæ sunt personæ incapaces. Tãtùm verò vrgẽt hanc communem sententiam duo loca ex Iustiniani cõstitutionibus: vnus est in Nouella,[h] vbi dicitur filiofam. de eo cuius patri nõ quæritur vsusfructus, licere disponere quomodo velit: quod verbum videtur etiã ad testamenti ius pertinere. sed tamẽ hoc Græca & authentica lectio dissoluit: neq; enim Imperator vsus est verbo διατίθεσθαι, sed διοικεῖν, quod significat magis administrationem, quàm testationem. quamobrem ipse filius non pater, eiusmodi peculij administrator dispensatórque erit: si modò perfectæ ætatis fuerit. quæ interpretatio ex sequentibus constitutionis verbis manifestiùs colligitur. Alter loc⁹ fortius obstat: ait enim Iustinianus [i] filiisfamil. in his duntaxat casibus, in quibus patri non quęritur vsusfructus testari non permitti: vnde argumento dictionis Duntaxat, eáque etiã sublata, à contrario tamen adhuc sensu, videtur in aliis casibus, vbi patri nõ quęritur vsusfructus, hoc ipsis licere. Ego hoc argumentum negare nõ possum: est enim nimis apertum. Quod tamen dicitur in iis casibus, quibus patri non quæritur vsusfructus, filio permissam esse testamenti factionẽ de castrensibus, & quasi castrensibus posse intelligi existimo:[k] quæ interpretatio propè necessaria est, cũ eius constitutionis tẽpore vnicus tãtùm fuerit casus extra castrense, & quasi castrense peculium, quo patri non acquireretur vsusfructus, & in quo cõsiderabilis esset testamẽti factio: videlicet cum sine consensu patris[l] hæreditatẽ filius adiisset: ibi verò expressum est, non licere filio testari: ait enim Iustinianus. [m] siue sine patris cõsensu bona possideat, &c.

f l.fin.C.de inof.test.
g d.l.pen.
h in §.i. in authẽ. vt liceat mat. & auiæ.
i l.fi.§.filijs. autem. C. de bo.quæ lib.
k Alex. in l.pen.C.eod.
l fin.§.i.C. de bonis quæ lib.
m in d.l.pe.

Alij

Alij verò[n] vel posteà accesserunt, vel non congruunt huic
quæstioni, an scilicet de ipsis filio testari liceat. nam cũ pa-
ter[o] vsumfructũ apud filium reliquit, in vita, post mortem
eius vendicari non potest. sed hic casus quomodo, quæso,
præsenti quæstioni aptabitur, cùm pater priùs moriatur?
Nihilo etiam magis ille casus conuenit, [p] cùm legatus est
filio seruus, vt eũ manumittat, vel cũ vsusfructus legatus
est filio: natura enim hæc talia sunt, vt in testamẽti dispositionẽ cadere nequeant. A Principe [q] verò donatũ castrensi
comparatur: quapropter illa quoque species non obstat.
Non est ergo verisimile vnicũ specialémque casum gene-
ralibus illis verbis (admisso etiã aduersariorũ argumen-
to) comprehendi corrigíve: proinde nec cæteri [r] qui po-
stea accesserunt, eò extendi debent, sed potius ordinario[s]
17 iure decidi quo manifestum est testari non licere. † Alius
etiam casus in iure pontificio[t] ab supradicta regula exce-
ptus est, vt quoties causæ pietas suadet, liceat filio de qua
licunque aduẽtitio, atque etiam fortassis profectitio cum
patris consensu testamentum facere. Hic tamen articulus
& ipse controuersi iuris est: sed in re quæ hûc propriè non
pertinet, & alterius est iuris, satius est sine prolixa disputa
tione ab via regia, hoc est, ea opinione, quam maior pars[u]
interpretum probauit non recedere. Faber etiam hîc an-
18 notauit ex Nouella[x] † alium casum, clericis scilicet filiisfa-
miliàs testamẽti factionem permitti: & clericos interpre-
tatur Cepola, [y] qui semel tonsi [z] sunt: cùm tamen No-
uella, [a] presbyteris, diaconis, subdiaconis, cantoribus ac
lectoribus tantùm hoc permittat. Et absurdum est in tãta
hodie multitudine eorum, qui primam tonsuram habent,
atque ex tam leui causa, iura patriæ potestatis irrita face-
re. nam si testari ipsis liceat, multa etiam alia licebũt: vt &
hîc colligit Imperator. Ex hoc, inquiẽs, intelligere possu-
mus, &c. Decius[b] etiam omnino putat, nulli clerico filio
familiàs licere testari, cùm Imperatorũ constitutionibus
authoritas decernendi de rebus vel personis clericorũ sit
adempta: abolitæq; [c] propè hodie videantur omnes leges,
omniáq; priuilegia De sacrosanct. eccle. De episco. & cler.
&c. Nec in pontificio iure[d] filiisfamiliàs hoc cõcessum le-
gitur: quinimò de peculio ecclesiastico testari omnino ne
queũt, citra Põtificis dispẽsationẽ: quod tamẽ Imperatorũ

n not. in authẽ. idẽ. C. de bo. quæ libe.
o in casu. l. antepe. §. sin autẽ res. C. de bo. quæ libe.
p l. fin. §. fi. C. de bon. quæ li.
q l. cũ multa. C. de bo. quæ libe.
r no. per auth. positã. sub tit. de bo. quæ lib.
s secũdũ reg. l. pen. C. eod.
t c. licet. de sepultu. in 6.
u in l. seniũ. C. eo. & latè p Bauer. hîc
x auth. p̃sbyteros. C. De episc. & cler.
y cautel. 113.
z c. cũ cõtingat. extra de æta. & quæ.
a d. auth. p̃sbyteros.
b ĩ d. l. seniũ
c Cano. ar. c. ecclesia S. Mariæ. extra de cõstit.
d cap. quia nos. extra de test.

sanctionib.[e] indultũ fuisse, nõ est dubiũ. Nouissimè sciendum quarundam ciuitatum proprio iure filiisfamiliæ cõcessum esse testari: [f] vt rursus apud aliquas gentes patriæ potestatis iura non sunt recepta. sunt enim propria Rom. Illic igitur filiis hoc licere non est dubium, cùm iure gẽtium idem ipsis sit permissum. Sic apud Francos filios nõ esse in potestate, Accursius alibi [g] ait: quod tamen non est verum: cùm emancipationis modi in consuetudinibus eorum legantur, vnde patriã potestatẽ colligere licet: ídque etiam amplissimus ille Senatus Parisiensis aliquando decreuit, vt Gallici[h] scriptores testantur. Gallos certè olim Romano iure vixisse constat: & iuris ciuilis disciplinam à Trebatio nostro Iulij Cæsaris temporibus fundatam, sic excoluerunt, vt & Iuuenalis scripserit:

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Nec verisimile est aduentu Francorum iura, quæ consuetudine longa iam erant roborata, fuisse penitus abolita.[i] Hodiè certè apud eos ita instituta sunt iudicia, vt vicinæ regiones illorũ mores amplecti non dedignentur, multáque vocabula ex illorum vsu in sua fora transtulerint. Rectius itaque fuerit, vbicunque olim Romanorum leges seruatæ fuerunt, intelligere easdem adhuc illic vigere, quantumuis mutato imperio: nisi specialibus posteriorũ principum constitutionibus, vel populi, municipũmque statutis apertè sint abrogatæ.

Nullus liberis vel fratribus] †Iure veteri parentes, liberos atque etiam fratres defuncti excludebant, cùm in ipsius quoque illi potestate esset: quod ius imperatorũ constitutionibus [k] mutatum est, non solummodò in castrensibus & quasicastrensibus, verumetiam in maternis & nuptialibus bonis: & hodie [l] in quibuscunque aduentitiis, liberi defuncti, parentes fratrésque excludunt. Post hos deinde anteà soli fratres veniebant, qui patrem etiam excludebant, videbatúrque illis natura magis deberi hæreditas, cùm respectu patris inferiori gradu essent. successio autẽ maximè naturalis est in descendentibus. Atque hoc ius cùm Institutiones conscriberentur, nouissimũ erat: eámque ob causam hîc insertum. Hodiè verò id iterum est correctum, pater enim vnà cum fratribus succedit. 20

Iure communi] †Quo cætera. s. peculia: bona itaque eius non quasi hæreditas, sed quasi peculiũ patri deferuntur. [n] 21

Hodie ta-

e l. sacrosancta C. de episcop. & cle. & ibi. vide Bar.
f Bart. in l. si quæramus. ff. eodem.
g suprà de pat. potesta.
h Chassa. in consuet. Burgund.
i not. Dec. & alij in l. quis se Patris C. vnde libe ri.
k l. fi. C. cõ. de suc. l. quod scitis. l. quæcũque. C. de bo. quæ lib.
l §. si igitur defunctus. in authentic. de here. ab inte sta. ve. col. ix
m authent. defuncto. C. ad senatusc. Tertullianũ
n l. ij. de ca. pecu.

Hodie tamen secus est: nam pater filio vt hęres succedit, nec amplius bona patriæ potestatis, vel peculij iure, sed hæreditario[o] titulo accipit. Habebat & olim filius hære des, vt suprà[p] ostēdimus: sed tātùm liberos & fratres: quibus nō extātibus, pater, non vt hæres, sed vt pater bona ad se recipiebat. [q] Quod igitur filius hæredem patrē habet.
22 in cuius est potestate, nouissimo iure introductū est. † Sed quid refert, iure peculij, an hæreditatis pater bona accipiat:[r] an nō idem est vtrobique effectus? Minimè. Nam peculium mortuo filio, ipso iure apud patrem remanebat, censebatúrque semper in eius bonis fuisse. sed hæreditas aditionem requirit, sine qua non transmittitur.[s] & cùm filii familiâs de peculio agunt contra patrem, non amplius consequuntur, quàm quatenus patitur peculium.[t] at cùm hæres est filio pater, nisi inuentarium fecerit, insolidum tenetur:[u] & cùm iure peculij deferebantur bona, nullum erat ius matri, in quam iura patriæ potestatis non cadunt, nec particeps peculij erat. At hodie hæreditatem vnà cum patre accipit,[x] hoc enim naturæ lex dictat, vt qui generarunt, vnà succedant.[y]

23 *Neque patris creditores id vendere.*] † Videtur itaque profectitium peculiū ab creditoribus posse inquietari: quod expressius vult Theophilus: τρίτη, inquit, διαφορὰ αὕτη ἐὰν πολλοῖς ἐποφείλων τὶς ὑποστῇ διάπρασιν ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ κρεδιτώρων, τὸ μὲν παγανικὸν τοῦ παιδὸς συνδιαπιπράσκεται πεκούλιον, τὸ δὲ καστρένσιον οὐδαμῶς. Cui tamen obstat[z] quod legimus, si patris bona à fisco occupata sint, peculium filij separari ex constitutione diui Claudij, cuius argumento vulgò traditum, in confiscatione patris non venire profectitia filij: nec ad hunc textum præter Fabrum, quisquam aduertit.[a] Alibi tamē dicitur, fiscum qui patris deportati bona accepit, de peculio [b] teneri: vt necesse sit fateri peculium illic ad fiscum delatum fuisse. De constitutione autem Claudij multi ambigunt, in qua scilicet causa confiscationis, intelligenda sit. quod tamen Haloandri [c] æditio dissoluere videtur, modò fidem apud refractarios istos interpretes habeat: ibi enim additur ob debita pecuniaria à fisco occupata patris bona fuisse. Et si separatur peculiū profectitiū, cùm bona fiscus propter talia debita occupat, quis non idem in priuatis[d] dicat? Est autem hæc quæstio multis diuersísque doctorū opinionibus[e] inuoluta. Sed

o d. §. si igitur. in auth. de hær. ab in.
p Bar. & do. ĩ l. post dotē. ff. solu. matr.
q & sic resista quod hîc dicit Ange.
r arg. l. ij. C. cōmu. de leg.
s l. 1. §. in nouissimo. C. de cadu. tol.
t §. prætereà ĩ. qu. cū. eo q.
u l. fin. §. sin verò C. de iur. deli.
x §. si igitur defunctus. in auth. de hær. ab ĩte. veniē.
y fac. l. furiosæ. ff. de c. f.
z l. iij. § sed vtrū. ff. de mi
a in l. si finita. §. si de vectigal. ff. de dā. infe. vbi latè Alex.
b l. i. § alienat. ff. quād. de pecu. act.
c in d. §. sed vtrum. ædit. Nurnb.
d ar. tit. de priuile. fisc.
e in d. §. si de vectigal.

ta. Sed ego puto saniorem esse eam sententiam, vt profectitium peculiũ tanquã bona patris à creditoribus [f] vendi, atque etiã à fisco occupari possit. quoties scilicet ob crimen bona cõfiscantur: [g] secus cùm pro [h] debito. Et quãquam multa sint fisci passim priuilegia, tamen benignius princeps cũ ciuibus suis agere debet, quàm priuati inter se. Ipsius enim interest, ne ciues egeant: & hoc rescripsit humanissimè [i] Hadrianus: Ampliari, inquit, imperiũ hominum adiectione potius quàm pecuniarũ copia malim: atque ideò etiam si olim damnati patris bona fiscus occupabat, & prætereà etiam filiorum peculia: portio [k] tamen ex benignitate & pietate ipsis filiis restituebatur: quo exẽplo ductus Claudius, si non partem bonorum, saltem [l] peculium filiis relinquendum censuit, patris bonis à fisco occupatis, & illum casum specialem esse in fisco, & cùm ob debita pecuniaria bona oblata sunt, ipsa legis verba innuunt: Licet aliquo, inquit, casu, &c.

f ar. huius tit.
g arg. d. §. alienatio.
h arg. d. §. sed vtrum.
i l. fi. ff. de bo. dam. fac. l. non puto. ff. de iu. fisc.
k l. i. & per to. titu. de bo. dam.
l d. §. sed vtrum.

Innutile est] † Id ex Modestini responso [m] sumptum, vt alia aliundè. Nam Institutionum opus ex variis fragmẽtis Pandectarum & Codicis consarcinatũ est. Quanquã autem noua superueniente voluntate, testamentum confirmari nequeat, fideicommissa tamen in codicillis [n] relicta, conualescere eo modo possunt: cuius ea esse mihi ratio videtur, quòd in fideicommissis sola spectetur [o] volũtas, atque ideo sequenti voluntate cõualidari ipsa queunt. At testamenta, magna solẽnitate cõstãt. quapropter diuersum fortassis fuerit, cùm solam volũtatẽ in testamenti aliquo genere spectamus, veluti quum pia causa [p] prætenditur. 24

m l. si filius. fa. ff. eod.
n l. i. §. i. de legat. iij.
o l. pen. de leg. i.
p c. cũ esses. & ar. ibi no. extra. de testa.

Præterea testamentũ facere non possunt impuberes, quia nullũ eorum animi iudicium est.

1 *Impuberes etiam doli capaces testari non posse, nisi id statuto sit permissum.*
2 *Quare masculus XIIII. anno, fœmina XII. testari posse incipiat.*
3 *Sufficere hîc attigisse nouissimum diem decimiquarti anni.*
4 *Cur diuersum in vsucapionibus à præscriptionibus.*
5 *Ob quam causam introducta sit vsucapio.*
6 *Iudicij vna propria significatio. cæteræ per trãslationẽ assũptæ.*
7 *Iurisdictio quomodo rectè diffiniatur.*
8 *Iudicatum pro condemnato accipi.*

Secundo

1 SEcundo loco à supra dicta regula,†qua omnibus cōceditur testamenti factio, impuberes excipiuntur:nā his non conuenit testamenti factio, cùm non habeāt certam voluntatis [a] suæ sententiā:hoc est,quod hîc dicitur:Quia nullum eorum animi iudicium est,vt etiam si (quod non nunquam in vrbanis [b] pueris euenit) iudicium aliquod habeant, tamen huic exceptioni sit adhærendum: [c] diffiniuit enim ætatem Legislator, qua communiter pueri sapere incipiunt. Et hæc quidem testandi prohibitio non lege vel moribus, sed ipsa natura introducta [d] est, vt neque priuilegio, neque municipali instituto, aliter statui queat. Quomodo enim lex efficere possit, vt is testetur, in quo nulla est mentis & voluntatis testatio? si tamen expressum esset de doli capace,atque iam intelligente, recipi legem posse crediderim:nā & olim tribunis pupillis hoc [e] fuit concessum.& quanquam id hodie non ampliùs concedatur, non tamen dicit Imperator veterem concessionem fuisse nullam,sed tantùm eam tollit.

Impuberibus]† In masculis quartus decimus annus, [f] in fœminis duodecimus spectatur:sic veteres Romani maribus nono die,fœminis octauo,nomina imponere cōsueuerunt. Rationem diuersitatis in Problematis ipse Plutarchus refert:Natura,inquit,causam sustinet, & augetur fœmina & crescit,& adulta perficitur antequam masculus. Hic autē dies lustricus ab veteribus dicebatur:à quo etiā non alienus est Iudæorū mos, qui octauo die circuncisis nomen imponebant. Et in testamentis quidem satis est attigisse nouissimū diem [g] decimi quarti anni : neque enim totum eū cōplere necesse est:vt nec in vsucapione. [h] †Ait quippe Vlpianus,in vsucapione [i] non à momento ad momentum, sed totum postremum diem computamus. vbi ego malim legere,Sed tantùm.hoc enim exigit sequēs responsum:& ipsa rei veritas.In actionum tamē præscriptione [k] secus est. Nam ibi necesse est totum postremum diē impleri:non tamen (vt vulgò sentiūt) de momēto ad momentum illic fit cōputatio,sed nouissimum diem impleri satis est,veluti si sexta hora diei calēdis Ianuariis mutuū dedi,finietur actio completo legitimo annorum numero hora sexta noctis calendis Ianuariis.postremus enim dies tunc completus est:& pridianum diem non autem illum quo aliquid fieri cœpit,postremum ac nouissimū dici multis legi-

a arg.l.i.ff. de testa.
b arg.gl.in l.sequitur.ff. de vsuc.
c Paulus de Cast.in l.si frater. C.cō
d ar.l.cū proto.ff.de iud.
e l.fi. & ibi no.scrib.te. C.de test. milit. Baue. hîc.
f l.quia ætate.ff.eodem.
g dict l.qua ætate.
h l.in vsucapione.ff. de diu.præscri.
i l.in vsucapionibus. ff. de vsucap.
k l.in omnibus ff.de act.& oblig.

tis legibus comprobatur.[l] Sed cur aliud in vsucapionibus
ac in actionum præscriptionibus? Respondet suprà[m] Ac-
curs. quoniam illæ fauorabiles, hæ autem odiosæ. sed ta-
mē nec hoc sufficit: cur enim ibi fauor est, hic odiū? † Ego 5
arbitror, quoniam vsucapio introducta est bono publico,
ne res ipsæ deteriores fiant, & negligātur: quod erat futu
rum si quocūq; tēpore dominus vendicare eas posset. Vti
le itaq; fuit præmio vsucapionis inuitare ad diligentiorē
culturam ipsos possessores. & hanc vsucapionis rationem
Theophilus suprà De vsucapionibus, recitat. putoq; eam
reiectis aliis, verissimam esse. Meritò ergo vsucapio citius
completur, quàm actiones personales extinguantur: in qui
bus nullus est ipsius rei fauor, ne ipsa negligatur: sed tan-
tùm præscriptio inducta, ne lites sint perpetuæ.[n]

Iudicium] † Accursius hîc multas iudicij significationes 6
colligit,[o] sed quarum pleræque in idem ferè recidunt: vna
autem est propria, à qua cæteræ per metaphoram, vel si-
militudinem, & rei affinitatem deriuatæ sunt. Propria si-
gnificatio ex etymologia intelligitur.[p] Est itaq; iudicium
vt & iudex, à iure dicendo dictū: & significat ipsam iuris
inter partes disceptationem.[q] De diffinitione eius nunc
non est locus scrupulosè disputare, cùm hoc liceat ex vul-
gatis doctorum commentaris[r] petere. † eodem autē mo- 7
do à iure dicēdo dicitur iurisdictio, quam mihi videtur Vl
pianus[s] diffiniuisse, iuris dicendi licentiam, siue potesta-
tem: etiam si omnes codices habeant, iudicis dandi licen-
tiam. sed vt hoc non conuenit, ita facilè potuit, propter si-
militudinem, iuris dicendi, in iudicis dandi deprauari. Su
mitur autem interdum iudicium, pro iurisdictione, vt &
pro aliis cohærētibus rebus, & pro actione, instantia, sen-
tentia, condemnatione † vnde iudicatum soluere, dicimus: 8
& iudicatus, condēnatus vocatur.[u] hîc pro testatione, siue
sentētia, magis quā discretione accipitur: vt suprema iudi
cia defunctorū, appellamus[x] ipsa testamēta: quāquā & alte
ra interpretatio cōuenire pōt. Sed qđ nos dicimus, Theo.
etiam probat: οἶδας γὰρ φησὶ, ὅτι τεςαμέντον λέγεται τεςατιῶν, ἤγρι μαρτύρια διανοίας ἐςέρηται δὲ διανοίας ὁ ἄνηβος.

Item furiosi, quia mēte carent. Nec ad rē pertinet, si impubes, postea pubes: aut furiosus postea cōpos mētis factus fuerit, & decesserit. Furiosi au-

l d. l. in vsucapionib. cū l. sequ. ff. de vsu. l. in vsucapione. ff. de diuer. præsc. l. i. ff. de manu.
m sup. de vsuca. in prin.
n l. fi. ff. p su. o Pau de ca.
o in rub. C. de iudic. & ibi alij.
p Bart. in l. omnes populi ff. de iust. & iu.
q cap. forus. extra de ver. signif.
r Cano. in ru. extra de iud.
s l. imperiū. ff. de iurisdi. omn. iud.
t l. iudiciū. ff. de iudic.
u l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudi.
x l. vel negare. ff. quēad. test. ape.

rioſi autem, ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus eſt, iure teſtati eſſe videntur, certè eo quòd ante furorem fecerint teſtamento valente.

1 *Mente captum à furioſo differre.*
2 *Subſtupidos, & quos vulgus Simplices vocat, poſſe teſtamentum facere.*
3 *Dementes non poſſe teſtari.*
4 *Furorem non præſumi.*
5 *Furor quomodo probetur.*
6 *In furioſo perpetuo furorem præſumi.*
7 *Multos eſſe mentis furioſæ, ſani tamen aſpectus.*
8 *Ex actus qualitate, agentis conditionem declarari.*
9 *Inſani eſſe, aliena facere à publico more.*

1 Q*Via mente carent*] Hac ratione idem in mente capto tradit Accur. vt enim oculis captum dicimus, ſic & mente qui vtrolibet priuatus eſt. Diſtingui autem furioſum à mente capto, clarius eſt [a] quàm vt probatione indigeat. Attamẽ aliquãdo ſub mente capti ſignificatione omnes cõprehendũtur, qui quomodocunq; mente carent. Videtur tamẽ aliquãdo dubitaſſe Vlpianus, [b] an quod de mẽte capto ſtatutum eſſet, in furioſo obtineret. Et veteres quidem valdè anxij fuerunt, & parci in cõſtitutionum extenſionibus, cũ nos ſimilitudinis argumento nimiũ licenter vtamur. & Cicero libro tertio Tuſculanarum quæſtionũ: Furore affectum, dominum, inquit, rerum ſuarum eſſe vetant duodecim tabulæ. Itaque nõ eſt ſcriptum, Si inſanus, ſed, Si furioſus eſſe incipit. Stultitiam enim cenſuerunt inſaniam, & ſanitate vacantem: poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum vſitatum. Sed ego Ciceronẽ non de mente capto loqui puto, vel fatuo, [c] (nam ij, non ſunt rerum ſuarum domini, & à curatoribus reguntur [d]) ſed malim eum intelligere de ſimplici [e] (vt vulgò dicimus) ſi modò id adeò iuri noſtro applicari lubet. fatui enim & mente capti, qui & dementes dicũtur,
2 teſtamentum facere nequeunt. † At ij, quibus non deeſt omnino mens, ſed qui tamẽ ſunt ſubſtupidi, nõ minus facere teſtaméta poſſe creduntur, quàm fœminæ poſt duodecimum annum: in qua ætate ſcimus nondũ eſſe plenum animi robur. cùm & ipſa mulier (ſecũdũ quoſdã philoſophos)

a l. ſi furioſi. C. de nu. do. in l. furioſum C. eo. in l. humanitatis. C. de imp. & al. ſub.
b in dic. l. ſi furioſi.
c l. ij ff. de poſtul. t.
d l. virum. ff. de cura fur.
e vide Dec. conſil. cxv.

phos)dimidium rationis tãtùm habeat. & id hîc videntur
voluisse Faber & Aretinus,& à cæteris comprobatur.[f]†De 3
dementibus verò expressè respondit Marcellus: [g] Furiosi,
inquit,vel dementis,nullum est testamentum.& infrà tra-
ditur, posse mente capto[h] ad pupilli exemplum substitui,
euidenti argumento hunc testari non posse.

Intermissus est]†Sciendũ hîc est, vnũquenque credi sanæ 4
mentis esse,nisi contrarium constet, vel probetur[i] & asse-
renti aliquem esse furiosum,probãdi incũbit onus.† Pro- 5
bari autem furor variis argumẽtis potest, si aliena & deri-
dẽda loquatur.si per vicos more insanorũ[k] feratur, (nam
inde dictus est furor) si temerè lapides iaciat,[l] vestes disrũ-
pat,aliáque cõmittat , vnde furor euidẽter colligi potest.
Si†quis autem semel probatus fuerit esse furiosus,semper 6
talis[m] præsumitur:nisi dilucida appareãt interualla remis-
si morbi.intelligendum id tamen ex Bartoli sententia,[n] si
quis semel furere cœperit per iustum tempus.nam pleriq;
doloris,vel morbi impatientia furere vidẽtur:hos nemo
postea quàm conualuerũt, adhuc furere præsumet. Et ita,
furor breuis est,inquit Horatius. nemo tamẽ dixerit hũc
præsumi perpetuò furiosum,qui irasci est visus.Sed in iis,
qui semel correpti furore in eo perstiterunt, si quid etiam
postea sanè gesserint,ni cõstet euidẽter intermissum fuis-
se furorẽ,nihil id valebit.†Decipimur enim plerũq; quòd 7
qui sint furiosi,eos putemus esse[o] sanę & suæ mẽtis, veluti
si in conspectu inumbratæ[p] quietis fuerint constituti.Asse-
renti itaque aliquẽ remisso furore quid egisse , meritò in-
cũbit probatio.Quid verò si certum sit,aliquem interdum
esse sanæ mẽtis,interdũ furere(vt sunt lunatici)atque hîc
fecerit testamentum: præsumemúsne tũc remissum fuisse
morbum:an non?Et in hoc articulo variæ sunt distinctio-
nes:[q]mihi eorum probatur sententia[r] qui sic distinguunt.
Aut enim non constat de furoris intermissione, & vt etiã
agat aliquid sapiẽter,tamẽ furorem manere,casúque id ac-
cidisse.vel nos deceptos esse credẽdũ est:neque enim sim-
plex intermissio sufficit, sed oportet quòd dilucida ĩterue-
niãt interualla Aut verò certũ est,dilucida eũ habere in-
terualla,sed an hoc eo tẽpore quo sanus erat fecerit,dubi-
tatur.& hîc ad actus qualitatem attendendũ est.†Et enim 8
si sic res gesta est, vt alius sanæ mẽtis nõ potuerit sanius,
cur nõ dicamus,interualli tempore factum testamentum?

f Pau. Ca. in l. si frater. C. eo. Dec. cõsi. cxij.
g l. ij. ff. de ina. testam.
h §. qua ratio ne. J. de pup. sub. l. humanitatis. C. de imp & aliis. subst.
i l. nec codi. C. de codi.
k l. ob quæ vitia. ff. de ædi. edict.
l l. sed cũ dotẽ. § si maritus ff sol. mat.
m c. Jdica iij. q. 9. gl. in c. fi. de suc. ab intest.
n ff. in l. ij. de bo poss. mut. furi.
o l. si à furio. ff. si cert. pet.
p l quod meo §. 1. ff. de acq. poss.
q do. in l. furiosum. C. eo. Bauerius hîc
r Deci. in l. in negociis. ff. de reg. iur. & in d. l. furiosum.

Suadet

Suadet hoc exemplum apud Val. Maximum [f] relatum de Tuditano, qui notæ erat insaniæ, & tamen testamento filium hæredem instituit. Centumuiri autẽ magis, inquit ille, quid scriptũ esset in tabulis, quàm quis scripsisset, cõsiderandũ existimauerũt. Simile de Sophocle scribit Cicero [t] quem filij quasi malè rem gerentem, desipientemque volebãt à rei familiaris administratione remouere: dicitur autẽ ipse iudicibns tragœdiã, quam in manibus habebat, recitasse: quæsisseque nũm illud carmen desipiẽtis videretur? quo recitato, sententiis iudicum liberatus est. Sic contrà, si filium quis præterit, is non modò si interdum sit furiosus, & hoc durãte furore videtur fecisse: verùm alioqui sanus, quasi demẽs [u] fecisse fingitur, & qui in testamento, reliquias suas in mare [x] proiici voluit, vel cum tripudio ad [y] sepulchrum duci parum compos mentis fuisse censen-
9 dus est. † Etsi enim hæc sententia non sit aliena à Diogenis Cynici ingenio vel quarundam gentium moribus, tamen humanitas exigit, atque publicus mos, ne quid in ea re alienum fiat à communi hominum consuetudine. Vbi verò actus est indifferens, [z] nec licet diiudicare sanus, an insanus fuerit hîc ex temporis intercapedine, quo nouissimè in furore fuit, coniectura sumi potest.

f li. 7. capi. 8. decis. Neapol. 143.
t li. de senectute.
u l. ij. ff. de inof. test.
x l. quidã in suo. ff. de cõdi. inst.
y Ia. in l. furiosum. C. eo. Ro. in l. i. de verb. oblig.
z & in hoc potest procedere Badi & Aretini hîc posita distinctio.

Item, prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest: sed id quod antè fecerit, quàm interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est.

1 *Largorum duo esse genera: alios prodigos, alios liberales.*
2 *Quis debeat largiendi & accipiendi esse modus.*
3 *Prodigis olim per legem, nunc per iudicem interdici.*
4 *An homini frugi facta interdictio valeat.*

PRodigos leges appellãt dissipatores bonorũ [a] suorum. hos tamẽ difficile est ab liberalibus distinguere: vtiq;
1 enim largi dicuntur: † & largorum, inquit Cicero, [b] duo sunt genera: quorũ alteri prodigi, alteri liberales vocantur. quapropter errat Accurs. largitionẽ virtuti adscribẽs: cùm magis in vitiũ sonet, ex Terentij authoritate. Quæ isthæc, inquit, subita est largitio? certè vtrique conuenit
2 authore Tullio. † In largiendo autẽ optimus ille modus erit, qui proconsuli in accipiendo [c] præscribitur: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Olim autem mo-

a l. i. ff. de cur. fu.
b li. ij. ff. de offi.
c l. solet. ff. de offi. procon.

rib.prodigo interdicebatur bonorũ administratio,[e] quod ius deinde in duodecim tabulas redactum est.quapropter antiquissimum esse constat.†Postea verò non lege,id est, 3
ipso iure,sed per magistratus administratio prodigis interdici cœpit.Publicè enim expedit,ne qs re sua malè vtatur. Leges[f] itaque[g] quæ dicunt,lege prodigis interdici,ad vetus ius referendæ[h] sunt: quanquã Accurs.interpretatur id legum præcepto facere iudicem. Dubitatum tamen sæpe fuit, an in aperto prodigo iudicis authoritate opus esset, cũ manifestũ[i] iudicato æquiparetur,sed crebrius[k] placuit, vbique necessariũ esse iudicis decretum: atque antea omnia prodigum facere posse,siue cõtractum, siue testaméti iura aspiciamus:nisi quis cum luxurioso cõtrahat,[l] quem sciat pecuniam illico scorto daturum.†Disputatur[m] etiam 4
hîc ea quæstio,an valeat interdictio facta illi q reuera prodigus non est.Et communis[n] est sententia, ratam eam haberi.Sed tamen multa in contrarium vrgent.[o] Ego ab cõmuni sententia non puto recedẽdum,cùm Iudex causa cognita, & verisimilibus motus cõiecturis bonis interdixit: etiam si hîc quorundã iudicio magis liberalis vel magnificus & splẽdidus fuerit,quã prodigus,existimat*.Iudicis enim seueritati & censuræ standum est.Et difficile alioqui est hîc virtutẽ à vitio exactè separare.& qui patri videtur[p] prodigus,nõ idem semper iudici:sed tamen patris sequendum iudiciũ est.Itaque hîc aliter sæpe homines sentiũt:aliud Mitio,aliud Demeæ:nec ob id ius dicentis conuellenda est authoritas.At si omnino frugi erat vulgóq; nota illius tẽperantia,decreti sanè vitio [q] iudicis interpositũ vel propinquorum obreptione extortũ,citra iustã causæ cognitionem,[r] nullius putabo esse momenti.Nam cùm eo ipso quòd quis manifestæ est frugalitatis administrationem bonorũ recipiat, [s] quid hîc faceret interdictio momento duratura?[t] Et hîc casus adsimilis est ei,cũ puberi tutor datur.[u] Cęterũ in dubio videtur ex iudicis potiùs opinione, quàm aliorum prodigus esse censendus.Multa hîc alia de prodigis dici possent,sed ea suis locis bene sita relinquemus.Hoc tamẽ nouissimè sciẽdũ,Leonis extare cõstitutionẽ Græcã, qua prodigo permittitur, τὰ συμφέροντα διοικεῖν: quapropter si sanè fuerit testatus, seruari iubet eius iudicium,quod certè æquitatem in se naturalem habet.

Item surdus & mutus non semper testamen-

tum fa-

e d. l. i. de cur. fu.
f §. fin. s. de his qui sunt sui vel alie.
g l. i. de cur fu. l. is cui. l. de te. l. mutũ §. i. de acqui. hæred. ff.
h Jas. in l. is cui bonis. de verb. oblig.
i l. emptionẽ. de act. empt.
k doc. in d. l. is cui bonis.
l l. si qs cũ sci ret. ff proem.
m in glo. fin.
n Ang. s. in §. i. de tut.
o Fab. in §. furiosi. s. de curat.
p l. penul. ff. de cur. fur.
q d. l. ne. cur. fi
r l. obseruare ff. de cur. fur.
s l. i. de cu. fu. Angel. hîc.
t ar. l. Titio cũ morietur. ff. de vsufr.
u facit quod hîc ex Bal. dicit Are. del. sete egress. ff. de tut. & cur. da.

tum facere poſſunt. Vtique autem de eo ſurdo loquimur, qui omninò nõ exaudit, non qui tardè exaudit: nam & mutus is intelligitur, qui loqui nihil poteſt, non qui tardè loquitur. ſæpe enim etiam literati & eruditi homines, varijs caſibus & audiendi & loquẽdi facultatẽ amittunt. Vnde nóſtra conſtitutio etiam his ſubuenit, vt certis caſibus & modis ſecundum normam eius poſsint teſtari, aliáque facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis poſt teſtamentum factum, aduerſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit: ratum nihilominus manet eius teſtamentum.

1 *Surdus & mutus quomodo accipiendi.*
2 *Quando ſurdis & mutis teſtari ſit conceſſum.*
3 *An & quibus non licet iure communi hodie teſtari, à Principe precibus id impetrare poſsint.*
4 *Mirùm ex Celſo de ſurdis.*

Dictum eſt de impuberibus, furioſis, prodigis, qui mente atque animo laborant: ſequitur de tribus aliis, qui ob corporis vitiũ, ſeu morbum nõ penitus prohibentur. *a l. ſeniũ. C.*
Grauiora enim ſunt mentis mala, quàm corporis: tametſi *qui teſt. face.*
mens magis eſt ſana in corpore ſano. Eum autẽ qui ęgro- *poſ. facit l. ſa*
tat non impediri teſtamentum facere liquidum eſt,[a] mo *nũ. C. de trãſ*
do iudiciũ retineat. & hîc loquimur de ſurdis, mutis, cæ- *actio.*
cis, qui vel voluntatem nõ ſatis ſignificare poſſunt, vel in *b l. qui in po*
quibus maior eſt, ne quid falſi committatur cautio inter *teſtate. §. 1. ff.*
ponenda. Primùm autem de ſurdo & muto videamus, qui *eod.*
olim nunquam teſtari potuerũt, [b] etiam ſi erant literati, *c l. octaui. §.*
vitiáque[c] hæc eſſent ſeparata, niſi id impetraſſent à Prin- *1. ff. vnde co.*
1 cipe. †Surdum verò hîc accipimus, qui omnino nõ exau- *d l. mutũ. ff.*
dit: non ſurdaſtrũ: & mutum, qui nihil eloqui poteſt, non *de ædil. edi.*
qui grauiter & difficulter loquitur, vel[d] ἀσαφῶς, ſiue qui *e l. Itẽ Offi-*
bleſus ſit, vel balbus, vel[e] atypus. certè qui ſic loquitur, *lius. §. fi. ff.*
vt nulla ſignificatio colligi poſſit, & inconditum quen- *de ædil. edi.*
dam ſonum ædit, hunc pro muto habendum cenſeo: aliud *& ibi Bu-*
enim eſt loquela, aliud ſonus. Proinde & is qui ἀσήμως lo- *dæus.*

f in d.l.mutū quitur, vtique (inquit[f] Vlpianus) morbosus est. † Hodie 2
g l.discretis. C.eod. verò[g] aliquot casibus iure cōmuni, ac citra impetrādi necessitatem testamentum facere permittitur iis qui hisce vitiis affecti sunt. nam si surdi sint, eloqui tamen & nūcupare adhuc voluntatē suam queāt, non denegari ipsis testamenti factionē Iustinianus voluit. Eodē modo si sint muti, cùm literas tamē teneant, & scripto significare iudiciū suū queant: ídque est quod cū dixisset hîc Imperator, Item surdus & mutus, &c. subiungit rationē: Sæpe enim etiam literati & eruditi homines, &c. aliquando igitur hoc permittitur, vt surdis simpliciter vel mutis, sed tamen literatis. Cæteris verò qui muti sunt, & scribere nesciūt, hoc nō conceditur. † Impetrari tamen à Principe posse, & Accurs. 3
h doct. in d. l.discretis. hîc putat, & cæteri[h] approbāt: quod mihi mirū esse, nec ad effectum perduci posse videtur: quomodo enim is qui nec loqui, nec scribere potest, preces suas hac de re Principi exponet? & scimus nō solere aliter Principē testādi priuilegiū concedere, quàm si de voluntate testantis palā con-
i §.planè.s. tit. præcedē. stet.[i] At quis istas gesticulationes & signa plenè percipere possit? aut quis taliū interpretibus in tā seria re credat?
k arg.l.ij.de legat.i. quinimo an fideicommissa nutu relinquere possint,[k] meritò ambiguitur. etsi aliud hîc cēseat Aretinus: nam quod
l nutu.de le. iij. & ibi gl. & Barto. nutu legitimus[l] relinqui fideicommissum, nō in muto huiusmodi intelligitur, sed in eo q loqui aliàs potest. Quomodo verò hîc testes aduocabit? quomodo legatarios ab hæredibus, testamēta à codicillis distinguet? Quācbrem mihi absurda videtur omnino eorū opinio, qui hoc à Prin-
m respōsio ad l.si mutus.ff. eod. cipe impetrari posse putāt. Nam quod scribit Marcellus[m] Si mutus aut surdus licere sibi testamētum facere à Principe impetrauerit, valere eius testamētū: ego in eo intelligo, qui simpliciter surdus est, vel mutus, & tamen idem li-
n l.apud Iulianū.§.fi.de legat.i. terarū peritus est, id est, vt his casibus hoc olim Princeps permiserit, quibus hodie iure cōmuni conceditur. Quoniā autem difficile est Principem adire, cúmque id quod
o in d. l. qui in potestate. §.fi. & l.sequen.ff.eod. cum Principe expediendum est, tantùm non impossibile censeatur:[n] ideo Iustiniano citra impetrādi necessitatem hoc cōcedere visum fuit. Aliis verò casibus, quibus hodie testari ipsis non est licitum, minimè est verisimile princi-
p s.§. quinimo.de milit. testa. pem hoc olim permisisse: atque ita & Accursius aliquando[o] sensit: & verissima hæc est sententia. Illud etiam alio[p] loco reprobaui: quod fauore militiæ putat Accursius licere

cere illis teſtari, qui natura ſunt ſurdi, & muti: quinimò nec illis hoc conceſſum eſſe arbitratus ſum, qui caſu & calamitate aliqua, loquelam amiſerunt.[q] Et quod concedi à principe non poteſt, conſequens eſt, non cadere ſub militum priuilegio. Quod ſi aliquot milites muti & ſurdi priuilegium habuere, probabile eſt ad eos caſus hoc eſſe referendum, quibus à principe, potuit teſtamenti factio impetrari, & quibus id hodie communi iure tributum eſt. Hodie itaq; nihil eſt ſpeciale in militibus ſurdis: & quod ſuprà dictum fuit, de militari teſtamento quinimo & mutus & ſurdus, & cætera, vel ad antiquum ius referendum eſt, vel (vt ego illic latiùs explicaui) oſtendere voluit Imperator iure militari, id eſt ſine ſolẽnibus poſſe etiam mutum & ſurdum facere teſtamentum.

4 † Illud mirum quod ex Iuuentio Celſo refert Iuſtinianus,[r] nullum eſſe qui penitus nõ exaudiat, ſi quis ſupra cerebrum illius loquatur. Et Plinius ſcribit, cui hominum[ſ] auditus primo negatus eſt, huic & ſermonis vſum ablatum. Nec ſunt naturaliter ſurdi, vt non ſint & muti. Muti verò natura multi ſunt qui tamen audiũt. Et de Crœſi filio,[t] qui elinguis à puero fuit, tradunt hiſtoriæ, articulatè eum ad hoſtis impetum exclamaſſe, ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε κροῖσον. quod non potuiſſet, niſi auditu prius aliorum ſermonem accepiſſet, didiciſſetque.

q cõtra Are. ſententiã hic ab eo ex Raphaele relatam.

r in d. l. diſcretis.

ſ Plin. lib. x. cap. 69.

t Aulus Gel. c. ix. lib. v.

Cæcus autem non poteſt facere teſtamentũ, niſi per obſeruationem, quam lex diui Iuſtini patris noſtri introduxit.

1 *Cæcorum teſtamenta generali correctioni non ſubiacere.*
2 *De mixti teſtamenti genere.*
3 *An in teſtamento cæci neceſſe ſit præponere hæredis inſtitutionem legatis.*

1 Diligenter perpendenda eſt diui Iuſtini conſtitutio, † quæ teſtandi certam legem cæcis præſcribit: quamquàm enim ſubinde in cæterorum teſtamentis, aliquid de antiquis ſolennibus cõſuetudo regionis, vel lex municipij mutet: hoc tamen ſpeciale ius in cæcis conſtitutum perpetuò firmum[a] manet, nec generali corre-
2 ctioni ſubiacet.[b] † Vocat autem hoc teſtamentum Iuſt.

a Iaſ. & Deci. in l. hac cõſultiſſima. C. eod.

b gl. in l. ſciẽdum. C. qui ſatiſd. cog.

nuncupatiuum.ſed tamẽ eſt potiùs mixtũ,quicquid enim in vtraque ſpecie teſtamenti neceſſarium eſt, id & hîc interuenire oportet, propter maximum iuſtiſſimumq; metum falſitatis,quem aliàs oculorũ intentio diſcutit.Quędam tamẽ in Iuſtiniani lege magis præſcribũtur ex cõmuni antiqui iuris obſeruatione,quã quo ſingulare ius in ipſis cõſtitueretur. nam olim neceſſe ſemper erat præfari teſtatorem,ſe ſine ſcriptis velle cõdere vltimum elogium[c] Item præponenda omnibus erat hæredis inſtitutio.†Ho 3 die in cæterorum teſtamentis neutrum eſt neceſſarium.[d] nec ſatis etiã ſcio,an ſi præpoſuerit legatarios hæredibus teſtator,ideo ne continuò labatur teſtamentum. Aret.ait, Iaſon negat,[e] Speculatoris innixus authoritati,quę in tali re nõ leue habet præiudiciũ.Ego autem non video illum ordinem pro forma(vt aiunt) introductum eſſe: alioqui enim neceſſe eſſet ſemper cæcũ poſt hæredis inſtitutionẽ legata,atq; inde fideicõmiſſa relinquere:&ſi ad formã pertinuiſſet,expreſſiùs id fuiſſet proculdubio elocutus Imp. nunc verò id tantùm videtur poſuiſſe, quod eo tempore fieri conſueuit,& in omnium tabulis iure antiquo neceſſarium erat. Cõmuni porrò ſententia traditum eſt, citra prædictam ſolennitatem poſſe cæcum & inter liberos teſtari,& ad pias cauſas, quæ omnia latiùs ad ſupradictã Iuſtiniani conſtitutionem annotata ſunt.

c hodie correctum per l.in teſtamẽtis.C. de teſtam.
d §.ante hæredis.J.de legat.
e in d. l. hac cõſultiſsima.

Eius qui apud hoſtes eſt,teſtamentum quod ibi fecit,non valet, quamuis redierit: ſed quod dum in ciuitate fuerat,fecit: ſiue redierit, valet iure poſtliminij:ſiue illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia.

1 *Hoſtes à latronibus,& bella à latrocinijs debere diſtingui.*
2 *Hodie non apud omnes hoſtes hunc paragraphum ſeruari.*
3 *Noua leonis cõſtitutione hũc paragraphũ penitus eſſe correctũ*
4 *Ius poſtliminij ex æquitate cõtra iuris rigorẽ inductum eſſe.*
5 *Varias leges Cornelias citari,à diuerſis latas authoribus.*
6 *Lex Cornelia de teſtamentorum confirmatione, à quo,quando & qua occaſione lata fuerit.*
7 *Quæ ſit fictio legis Corneliæ.*
8 *Anacephaleoſis huius tit.*

APud hoſtes qui agunt,vel captiui[a] ſunt vel obſides,[b] vel legati.[c] Priores duo quaſi alieno iuri ſubiecti,teſtamen-

a l.eius.ff.e.
b l. obſides. ff.eod.
c l.qui à latronibus. ff. eod.

ſtamẽtũ ex ſupradicta[d] regula facere nequeunt. Legati verò inuiolabiles habentur, & iure gentiũ omnia ipſis ſalua manent †Hoſtes [e] autem ex bello cenſendi ſunt: nam vbi non eſt bellum, ibi nec hoſtes: ac conſequenter ibi, nec hi qui capiũtur ſerui fiũt: nec iuris poſtliminij, vel legis Corneliæ fictione opus eſt. Cæterum [f] an iuſta ſint bella, quæ inter ſe Chriſtiani inſatiabili odio quotidie exercent, non huius eſt loci diſputare: certè pleraque latrociniis ſimiliora ſunt. † Cõſuetudine[g] verò generali apud omnes Chriſtianos receptum eſt, etiam tunc cùm iuſta prætenditur bello cauſa, captiuos nequaquam ſeruos fieri: hoc quippe iure contra immaniſſimos tantùm hoſtes Turcas & Saracenos vtimur, qui viciſſim noſtros ſi quãdo capiunt in inclementiſſimã duriſſimámq; ſeruitutem redigũt. Hic igitur paragraphus de illis captiuis & obſidibus tãtũ intelligi debet, qui apud eiuſmodi hoſtes detinentur: nam qui in Chriſtianorũ ciuilibus diſſenſionibus [h] capiuntur, vel ob fidem ſeruandam dantur (vnde obſides dicuntur) ij teſtamentum illic facere poſſunt: quod ius & in illis obſeruatur, qui ab aliquibus iniuſtè [i] detenti, recedere inde nõ poſſunt. †Leo tamen multis rationibus contendit, iniquam eſſe iuris antiqui diſpoſitionẽ, qua ciuibus noſtris pro republica captiuis, ſeruitus quaſi conduplicatur, vt ne de rebus quidem ſuis diſponere quicquam ipſis liceat: quamobrem noua conſtitutione hoc ius immutãdum duxit in captiuorum ſolatium, & quo cæteri lubentiùs eos redimere ſtudeãt, remunerationis ſpe, quemcunque tandem ſucceſſum conatus habuerit.

1 (margin, at "manent †Hostes")
2 (margin, at "ra sunt")
3 (margin, at "sunt. †Leo")

4 *Valet iure poſtliminij*] † hoc ius naturalis æquitas [k] conſtituit: nam cùm vſus doceat multos captiuos permutatione, pace, redemptione ad ſuos iterum fines reuerti, abſurdum & iniquum foret, eos ab rerũ ſuarum dominio, quas ante captiuitatem habebant, excludi. Summo tamen iure, captiuitas quaſi ſeruitus omni iure eos priuarat: [l] ſed poſtliminij æquitate reuerſi ſic reſtituuntur, quaſi nunquã ſeruitus interuenerit. fictio enim quædam aſſumitur, quaſi non apud hoſtes, ſed interea ſemper in ciuitate fuerint. Captiui itaque & obſides reuerſi, priſtinum ius recipiunt, & teſtamenta eorum domi antea facta citra nouã voluntatem firma permanent.

5 *Ex lege Cornelia*] † Multæ paſſim citantur leges Corne-

d §. in princ. huius tit.
e l. hoſtes. ff. de ca. l. hoſtes de ver. ſigni.
f Areti. in l. qui à latronibus. ff. eod.
g Ang. hic.
h l ſi quis ingenuũ. ff. de cap.
i l. ij. ff. de li. homi. exhib.
k l. poſtliminium. ff. de cap. & poſt. li. re.
l l. iij. §. i. de verb. ſignifi.

m l.ij.§.dein de corn.Syl. ff.de orig.iu. — n Asc. Ped. in oratiōe p l.Cornelio. — o idē Asco.ci tato loco. — p Mar.Salo. in l.gallus.§. quid si is. de libe.&posth. — q §.i.s.de ex cu.tut. — r vt hîc apud Ioan.Fabr. — s in d.§.quid si is. — t l.i. C.de captiui.l. in omnib.ff.de captiuis. — u in l si quaeramus.ff.eo. — x dec.i authen. ingress.C.de sacrosanct.eccles. — y l.de statu. ff.eod. — z. l.eius.§.fi. ff.eodem. — a dixi s. de test.ord.§.testes autem.

liæ:nam [m]Cornelius Sylla primum consul cū Pompeio,[n] de iniuriis,sicariis,homicidiis,siue parricidiis,& falso publica constituit iudicia:post quem alius L.Cornelius,quē Cicero tribunitiæ dignitatis imminutæ reum defendit,leges nōnullas tulit,inter cęteras vnā,vt prætores ex edictis 6
perpetuis ius dicerent.[o]† Hæc autem lex Cornelia de captiuis,antiquissima est, à Scipione aliquo (vti reor) promulgata : nam & Scipionum gens , Cornelia dicebatur: à gente autem vel familia , nomina ferè legibus imposita fuerunt. Et quidam [p] tradunt , primo bello Punico hanc fuisse latam : ídque est verisimile, cùm eo bello quindecim millia Romanorum, vna cum Imperat. Attilio Regulo,in Pœnorū manus venerint:dissuasit autem tum permutationem Regulus:itaque multi Romani apud hostes mortui fuerunt,quorū honori & testamētis hac lege subuētū fuit,vt quasi in acie cecidissent, sic mortui fingerentur.†Quòd si verò in acie fuissent mortui,nō capti vel seruati,nemo dubitat non modò liberos fuisse mortuos,verumetiam magna cū gloria vita defunctos , scilicet quòd reipub.vitam impendissent.[q] Hoc nimis minutum quod quidam notant[r] Accursium,quod ferè tradat legem Corneliam fingere eos prima hora captiuitatis mortuos : nec etiā Mario[s]Salomonio placet, quod dicantur præambula hora mortui:cùm dicendum fuerit,tunc & eodem momento[t] cùm capti sunt. sed hæc omnia in idem recidunt, idemq; intellexit Accurs.tametsi quo clarius hoc doceret παχύτερον expressit.† Subiicit postea Accurs.Anacephaleosin, in qua enumerat casus potissimos , qui à regula excipiuntur:quos non ineleganter Bart.in quinque capita colligit, [u] Quidam enim non possunt facere testamentum, quòd alieno iuri sint subiecti,vt filijfamiliàs,serui,captiui,obsides,monachi,fratres,vel sodales.[x] Alij quod iudicio careāt,vt impuberes,furiosi,mēte capti , prodigi. Alij ob sensus diminutionē,vt surdi,muti,& cæci,nisi ex supra dicta distinctione:&hęc quidē tria capita ex hoc titulo satis colligūtur.Quartū est de his qui dubitant,sui an alieni[y]iuris sint.Vltimum eos respicit,qui ob crimen aliquod prohibentur,vt qui vel ciuitatem vel libertatem [z] amiserunt:qui ob famosum carmen fiunt improbi& [a]intestabiles.Item hæretici,& de læsa maiestate accusati:nam & hi ante damnationem amittunt testamenti factionem , non item prio-

itē priores: secuta tamen absolutione, perinde habetur ac si nullum in medio impedimentum [b] fuisset. Adiici hîc possunt banniti, [c] sed de his nihil certi potest statui, cùm legum municipalium dispositio, quæ diuersimodè bannitos accipit, attendenda sit: aliquando enim relegatis, aliquando deportatis comparantur: [d] hi nequeunt, illi possunt testamenta facere. Excommunicatorum [e] porro testamenta valere communiter receptū est. Cæterùm fœneratores ex lege Pontificia non aliter testantur, quàm præbita cautione de restituendis vsuris iniquè extortis. [f] Sed de his atque aliis casibus, copiosè est in aliorū Commētariis tractatū. [g]

De exhæredatione liberorum.

1 *De tituli huius continuatione.*
2 *Quid exhæredatio ab abdicatione differat.*
3 *De ignominiosa emancip. contra Salicet. & Aret.*
4 *De liberorum significatione.*

1 PRæsens titulus superioribus congruè subnectitur. † Inter cætera [a] enim quæ ad ordinanda testamenta necessariò desiderantur, principale ius est De liberis hæredibus instituendis, vel exhæredandis. Dicimus autem primo de exhæredatione, pòst qui liberi appellētur: sic enim vocabulis intellectis faciliùs res ipsæ [b] percipiētur. Et est quidē exhæredare, nihil aliud quàm hæreditate & succedendi iure
2 aliquē [c] priuare. † multum tamen differt exhæredatio ab abdicatione, cuius in rhetorum libris frequens est [d] mentio, ac vnde veteres declamandi argumenta sumere solebant. Abdicare enim est eiicere familia, quod in vita fiebat. Exhæredatio omnis fit in testamento, vímque suam
3 duntaxat post mortem testatoris habet. † Et fortè nihil aliud fuit abdicatio, quàm ignominiosa quædam emancipatio. Tametsi verò emācipari nemo inuitus potest nostro [e] iure, id tamē sic cōmuni interpretatione intelligitur, nisi causa [f] subsit. Hinc cōsequēter tradidit [g] Salic. atq; Ang. [h] Areti ex iis causis quib⁹ exhæredari quis potest, posse etiā emācipari. Sic porro emācipatū, nō succedere ab intestato

b Faber hîc.
c doc. ī l. eius §. fin. ff. eod.
d Ān. Are supra quibus modis ius pa. pote. sol. §. cùm autem.
e Bar. in d. l. si quæramus.
f ca. quāquā. de vsur. in 6.
g Bertac. in repet. Phil. Frā. in re. c. si pater. de testamē. in vj.
a l. inter cætera. ff. de li. & posth.
b arg. l. i. ff. si cert. peta.
c Bar. in l. quidam cū filio. ff. de verb. oblig.
d Alc. lib. ij. dispun. c. 28.
e §. generaliter. in auth. quib. mo. natu. effi. sui.
f doc. & Bar. in d. l. quidā cùm filium.
g ī l. nec au⁹ C. de emā. li.
h in §. fi. supra quib. modis ius pa. po test. sol.

atq; ideo nec hunc sine causa prȩteritũ, tabulas posse euer tere, prȩmissis cõseques esse videtur: quæ sanè ꝑ omnia ab dicationi cõueniunt. Sed falsa esse manifestè Imperatorũ arguit constitutio.[i] Abdicatio iniquiũt, quæ Græco more ad alienandos liberos vsurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur. Græci autem interpretes non reperientes cõmodius vocabulũ, ἀποκήρυξιν exhæredationem aliquando vertere: mihi tamẽ nostratium de ignominiosa emancipatione sententia nõ probatur. Si quis itaq; fortè fuerit abdicatus, nisi idem legitimè quoq; sit exhæredatus, testamentum rumpet, & ab intestato succedet. & vt aliqua ex causa etiã cõcedamus filiũ cogi emãcipationi consentire, veluti si legatũ accipit: attamen corrigere magis in vita filij delicta patrem decet, quàm ob ea à se illum [k] abdicare. † Liberorum verò lata est significatio:[l] cõprehenduntur enim & sui & emancipati & nati & nasciturі: item tam naturales quàm adoptiui, & tam filij quàm nepotes. id est omnes descẽdẽtes: de quibus omnibus singulatim hîc tractatur, & vnicuique ferè generi suus datus est paragraphus. Continet autẽ hic titulus elementa rudimentaque difficillimarum quæstionum, & quanqum crebra iuris & legum mutatione sit subdifficilis & inuolutus, molestiam tamen facilè compensabit vtilitas, cùm quotidie parentum de filiis iudicia proferantur. 4

i l. abdicatio. C. de patr. potesta.

k doctor. in l. vtrunque. ff. de verb. oblig.

l l. liberorum l. cognoscere. ff. de verbo. signi.

NON tamen vt omninò valeat testamẽtum, sufficit hȩc obseruatio, quam suprà exposuimus, sed qui filium in potestate habet, curare debet, vt cũ hæredẽ instituat, vel exhæredem eũ nominatim faciat. alioqui si eũ silẽtio præterierit, inutiliter testabitur: adeò quidẽ, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo hæres ex eo testamẽto existere posśit: quia scilicet ab initio nõ cõstiterit testamentũ. Sed nõ ita de filiabus, & aliis per virilẽ sexũ descẽdentibus liberis vtriusq; sexus antiquitati fuerat obseruatũ: sed si nõ fuerãt scripti hæredes scriptæve vel exhæredati exhæredatæve testamẽtum quidem

non in

non infirmabatur: ius tamen adcreſcendi eis ad certã portionẽ præſtabatur. ſed nec nominatim eas perſonas exhæredare parentibus neceſſe erat, ſed licebat inter cæteros hoc facere.

1 *Quis dicatur præteritus.*
2 *Hodie requiri titulum inſtitutionis.*
3 *Quomodò contra hoc inutile teſtamentum detur bonorum poſſeſsio.*
4 *Defenſa Bartoli opinio.*
5 *An filius præteritus in aliorum præiudicium inutile teſtamentum approbare poßit.*
6 *De duplici iure accreſcendi.*
7 *De exhæredatione inter cæteros.*

1 S*I eum ſilentio præterierit*] † Id eſt neq; hæredem inſtituerit, neq; exhæredauerit. Quid ſi ei aliquid legauit, vel mortis cauſa dedit? Et hic quidem non videtur præteritus eſſe per[a] obliuionẽ. Sed tamen id hîc non ſufficit: quod & pluribus authoribus placuiſſe video. verũ ſi fortè teſtamẽtum iure ſubſiſteret, & exhæredatus quis eſſet, is ſi ex legati ſimilíve titulo quartã cõſecutus fuit, ad extraordinariũ quærelæ remedium non[b] admittebatur. Quinimò nec bonorum poſſeſſio contra tabulas negabitur emancipato filio præterito, cui ex fideicommiſſo poteſt hæreditas[c] re-
2 ſtitui: idque nouiſſimo iure apertiùs[d] conſtat. † quo planè neceſſarium eſt inſtitutionis titulo, aliquid liberis[e] relinquere, hęredum etenim honeſtius eſt nomen, quàm legatariorum: & propemodũ ignominioſum eſt filio, hæreditate paterna carere. poteſt tamen non tantummodò in quota hæreditatis parte vel vncia inſtitui, ſed etiam in re certa & ſpeciali: vt, filio meo fundum vel domum inſtitutionis titulo relinquo. Quòd ſi verò minus legitima hoc modo erit relictum, ad ſupplementum competit[f] actio. olim quoque qui & in re particulari hæres erat inſtitutus, non reddebat iniuſtum teſtamentum, modò ſolus eſſet, nec vllum haberet[g] cohæredem.

3 *Inutiliter teſtabitur*] † Cæterùm, ſi inutile eſt teſtamentum, cur datur huic præterito ſuo bonorum poſſeſſio[a] cõtra tabulas, cùm hæc reſcindere dicatur[b] teſtamentum? At quod nullũ eſt & inutile, reſciſſione minimè indiget.[c] In hac re variæ ſunt Interpretum ſolutiones. Paulum tamen Ca-

a ar. §. poſthumi. inf. eo.
b l. Papini. §. ſiquis mortis. ff. de inof. teſ. Curt. in l. ij. C. cont. tabu. 4. not.
c l. ita tamen §. qui rogatus. ff. ad Trebel.
d in §. ceterũ. in auth. vt cũ. de appel. cogn.
e vide quæ dixi inf. de inof. teſtam. §. fin.
f l. omnimodò. C. de inof. teſ.
g l. i. §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſtit.

a §. eadẽ. inf. de hæred. quæ ab inteſt. l. ij. C. cont. tab.
b l. vt liberis. C. de colla.
c l. nam & ſi ſub conditione. ff. de iniu. rupt.

d ī d.l.ij.& ibi Cur. men Castrensem maior[d] pars sequitur: vt emancipati per bonorum possessionem contra tabulas, testamentum verè rescindāt. sui verò præteriti hoc remedio vtētes, tantùm id agere videantur, quò nullum esse testamētum[e] declararetur. Bartolo aliud[f] videtur, cuius vulgò improbata est opinio: voluit quippe is tunc cum suus præteritus bonorum possessione contra tabulas petit, tacitè ipsum quasi comprobare, iure & ritè factum testamentum: vt in hac bonorum possessione deinde rescindi videatur, quo tacita comprobatione quodam modo substituit. † quæ opinio 4
eo colore potest defendi, quòd modestius atq; leui[9] patris iudicium per bonorū possessionem, quàm per ius dicendi nullum impugnari[g] videatur. cui simile est quod scribit Vlpianus: Liberos contra patres non posse de dolo famosam actionem dictare, sed eam ipsos verbis debere[h] temperare, vt bonæ fidei fiat mentio. vt autē filius expressè etiam approbet testamentum, tamen iuris subtilitate nō[i] conualescit: proponēdo autem prætorium auxilium omisso ciuili videtur approbare testamentum tacitè iure ciuili, ob id videlicet quòd ipso iure nō subuertit. Satis autem est, vt bonorum possessio contra tabulas cōpetat, si vel color saltē aliquis sit, vel prætextus, quasi cōsistentis testamenti. Aliquo sanè modo rescindi videtur testamētum, cùm præteritus tabulas prætorio iure impugnat: tacitè cōsentiens, quasi iure ciuili non sint inualidæ. Et vt dicimus illum videri dedisse beneficium, qui ciuiliter negat: ita & qui modestè improbat, ꝓbare videtur. Vnde sustineri vtcumque potest Barto. opinio, ab iis qui rem non satis perpenderunt, improbata: nam quæ obiici illius opinioni[k] solent, facile ex supradictis tolluntur. Et si ergo testamentum est inutile, pietas tamen & modestia filij exigit, vt quā ciuilissimè paternum rescindatur iudicium. Quamobrem prætor equissimè & ad eos qui in potestate sunt, hanc bonorum possessionem extendit. Ex qua & illud capitur cōmodi, quod simul successio ipsius prætoria authoritate confirmatur. iustius autem videtur possidere, qui autore prætore[l] possidet: quapropter etiā scripti secūdum tabulas bonorū possessionē petere solet: sine qua tamē nō minus ipsi adire possent iuris ciuilis beneficio satis adiuti, quā præteriti sui immiscere se bonis: q etiā vnde liberi bono. possessionē quasi ab intestato petere possent, sed tamē significātior est testament

stament

e Paul. in l. si lius qui in potest. ff. de liber. & posth.
f d. l. ij.
g ar. l. maximum vitium C. de lib. præter.
h l. nō debet. in fi. ff. de dolo. cū concor.
i l. filio præter. de iniust. rub. ff.
k Alex. in d. l. ij.
l l. iustè. ff. de acqui. posses.

ſtamẽto facto & ob præteritionẽ rupto, bonorũ poſſeſſio cõtra tabul. Hũc etiã facit quod filio præterito iure tamẽ prætorio ſubſiſtat teſtamentum, quod nos alio loco infra demonſtrabimus:[m] tametſi vulgus doctorum contrariam approbarit ſententiam. In ſumma non minus per bonorum poſſeſſionem nullum teſtamentum reſcinditur, quàm ratum & per ſe validum per eandem confirmatur.

5 *Nemo hæres ex eo teſtamento*] † Et id quidem in hoc caſu indubitatum eſt in quo nec ęquitas quidem aliquã voluntatem tuetur. Quòd ſi tamen filius mortuo patri ſuperſtes tale teſtamentum approbauerit (quod accidere nonnunquã ſolet cũ aliquis ex liberis, cui opimis ſacerdotiis, vel aliunde ſatis proſpectũ eſt, præteritus à patre fuit (ſuſtineri tunc adhuc teſtamẽtum ex æquo & bono lex ait:[n] quod tamen ius non caret ſcrupulo. cùm enim teſtamentum ſemel ipſo iure nullum fuit, cæteris exhæredatis, atque etiã inſtitutis, ius eſt quæſitum vt ab inteſtato[o] ſuccedant: & ea via maiorem fortè partem accepturi ſunt, quàm ſi teſtamenti diſpoſitioni[p] adhærerent. hinc latè diſputatum eſt à multis an approbatio præteriti nocere debeat cæteris fratribus, & an nec illi ante præteritum poſſint bonorum poſſeſſionẽ cõtra tabulas[q] petere. quæ duo de eodẽ propè filo pendent. Nec in emancipato tanta eſt dubitandi ratio. nam hoc olim præterito, teſtamentum tamen erat validum. quamobrem approbatione etiam ius confirmatum faciliùs ſuſtineri[r] conuenit. Barto. autem in ea ſpecie, qua is qui in poteſtate præteritus fuit teſtamentum approbat, non potuiſſe fratribus præiudicari[s] exiſtimat, niſi vt legata ſoluantur, quæ & hodie iure communi debeantur citra filij[t] approbationem. Cùm autem lex illa[u] ſuper qua hæc conſiſtit cõtrouerſia, æquitate maximè nitatur, fortè dici poterit, debere non aliter circa inſtitutiones teſtamentũ valere, quàm ſi tantũ inde cõſequãtur inſtituti, quantũ ab inteſtato eſſent, concurrente fratre præterito accepturi: cuius certè repudiatio meritò legatariis ꝓdeſſe debet, quo de ipſius parte ex æquo & bono volũtas defuncti plenius impleatur. Hæc autẽ exceptio eſt valde notabilis, & ſine cõtrouerſia ꝓcedit, cũ extranei ſunt inſtituti, nec quiſquã extat, q cũ ꝑterito ſuccedere equaliter poſſit: erit tamẽ tũc neceſſariũ bonorũ poſſeſſiõis[x] remediũ, quod niſi intra cẽtũ dies ab extraneis fuerit[y] agnitũ, omnẽ ſpẽ inſtitutis adimit: vt &

m §. nõ tamen. infr. quib. mod. infir. teſt.
n l. filio præterito. de iniu. ru. teſt. ff.
o l. 1. §. fi. ſi tab. nu. exta. l. fi. de libe. & poſth. ff.
p l. illud. §. fi. l. nõ putauit. §. fi. l. ſi poſt mortẽ. §. fin. de bono. poſſ. con. tab.
q Ale. Dec. Curt. in l. ij. C. contr. tab.
r l. nonnunquã. ff. de leg. præſt.
s in d. l. ſi poſt mortem. §. fin.
t aut. ex cauſa. C. de libe. præte.
u d. l. filio præterito.
x Bart. in d. l. filio. Aret. hic.
y l. 1. ff. de ſuc. edict.

mit:vt & in alio simili casu,qui hîc etiam notatus est ab Accursio,cùm scilicet posthumus præteritus est, qui viuo testatore [z] decessit.nam & tunc tantùm ex æquitate citra approbationem aliam testamentum recōualescit. Et posthumus quidem hîc dicitur, qui post testamentū factum nascitur.& ratio hîc est,quoniam ab initio valebat testamentum,& pater adhuc viuebat: altero autem deficiente si fuerit ruptū,nequit restitui.i.si vel ab initio erat nullū, & pater [a] superstes fuit præterito, vel ab initio validū,& filius post mortem patris subito [b] decessit. Multos autē alios casus notauit hoc loco Aretinus, in quib. necessaria sit bonorum possessio,quos perdiscere operæpretium est.

z l. posthumus. ff. de in iu. ru.

a vt in text. nostro.

b l. ij. C. de posth. l. qui vxorem. ff. de iniust. rupt.

Ius autem accrescendi] †Hoc ius accrescendi longè diuersum est ab eo,cuius sæpe fit mentio,quo nō petentiū partes petētibus [c] accrescunt:ibi enim res accrescunt,& emolumentū confertur:hîc personæ, nō sine luculento damno institutorū,quibus magna portio [d] decedit, sic vulgò dicere solemus,non esse eum locupletiorē,qui multos fratres habet. Multis enim concurrentibus singulorū portiones minuuntur. Vnde Syrus Terentianus, Herum damno auctum ait,quòd filia dotanda esset, quæ fuerat educata, cùm eam exponi iussisset pater. Et de hoc quidē iure antiquo,quo personæ accrescunt,nōn satis clarè in legibus nostris traditum est. Theophilus tamen paucis explicat. Ait enim,personas quæ accrescunt,extraneis totius hæreditatis semissem auferre:suis verò tres tantùm vncias:id est quantum ab intestato erāt habituræ. Quæ res in Caij etiam Institutionibus De exhæredatione liberorum,& apud Iulium Paulum titulo De testamentis, libro tertio sententiarum eleganter tradita est. 6

c C. tit. quā. non pet. par.

d l. maximū vitium. circa me. C. de lib. præ.

Inter cæteros] †Id est non nominatim,& ἀορίστως,vt interpretatur Theophilus:veluti si quibusdam institutis subiungat testator, Cæteri exhæredes sunto. Mirū verò Accur. in re facili adeò laborasse:nam quæ ipse exēpla subiicit,defendi nequeunt:putat enim valuisse exhæredationē in filiabus,velut inter cæteros factam, si sic dictū fuerit, Vnū de filiis meis exhæredo:vel, Filium exhæredo.cū vtroque casu pluribus existentibus filiis incertum sit, de quo testator [e] senserit:atque ideo nō in dubio benignè interpretandum est, vt nullus exhæres sit: nec nominatim quidem,nec inter cæteros.quî enim dicamus [f] inter cæteros, 7

e l. ij. ff. de lib. & posth.

f contra Mod. hîc.

ros, cùm exhæredatio non valeat, & de vna tantùm perso na senserit, atque ipsa cæterorum appellatio vna exhæredatione plures comprehendi debere significet? Aliud exẽplum cùm filium instituit, & reliquos exhæredauit, satis congruum est: nisi quod videtur velle Accurs. potuisse sic etiam filios exhæredari, quod est falsum: & fortassis glossa deprauata est. alioqui enim isti supiniores sunt errores quàm qui Accursio imputentur.

Nominatim autem quis exhæredari videtur, siue ita exhæredetur, Titius filius meus exhæres esto: siue ita, Filius me⁹ exhæres esto: nõ adiecto proprio nomine, scilicet, si alius filius nõ extet.

1 *Non esse de forma vt nominatim fiat exhæredatio, quamobrem per æquipollens fieri posse.*
2 *De ratione propriorum nominum.*
3 *De prænominibus.*
4 *An mulieres habuerint prænomina.*
5 *Quare Iureconsf. Caias omnes mulieres vocent.*
6 *Quando prænomina fuerint imposita.*
7 *De notis prænominum.*
8 *De gẽtis siue familiæ nomine, quod simpliciter nomen dicitur.*
9 *De cognomine.*
10 *De agnomine.*
11 *Vetustatem ineptè quosdam æmulari.*
12 *Seruorum & liberorum nomina à Iureconsf. vsurpata.*
13 *De Accursij exemplis.*
14 *An valeat exhæredatio omnium liberorum, cùm quis vnum tantùm filium habeat.*

1 QVanquã † nominatim filij debuerint exhæredari, id tamẽ nõ est pro forma (vt aiunt) constitutum, [a] quũ per æquipollens non minus rectè fieri possit: nam siue per proprium nomẽ, siue per aliud certum & indubitabile signum, quo filium notari appareat exhæredatio fiat, nihil interest. Quomodo autem aut vnde ciues Romanos olim
2 nominari moris fuerit, Asconius Pædianus disertè explicat. Et † nomen quidem proprium hîc accipimus, siue sit prænomen, siue cognomen, siue agnomen. Hæc qualiter differant, alio loco declarat Accursius, [b] cuius sententiam multis authoritatibus impugnat Alciatus. Ego autem

a ar. l. cũ hi. §. si prætor ff. de transactio.

b in §. si quis in nomine. J. de leg.

autem quid ipse obseruauerim, vel apud probatos autho-
c lib. iiij. di- res ea de re legerim, paucis indicabo. [c]†Apud Romanos 3
spun. ca. i. primùm satis constat prænomina maximè fuisse propria,
quoniam non ad familiam totam, sed ad vnam tantùm
personam pertinebant: nam gentile nomẽ atque cogno-
men multis ferè erat cõmune. sic quũ vterque frater dice-
retur Tullius Cicero, vni prænomẽ Marcus, alteri Quin-
tus fuit. & prænomina quidem pro vniuscuiusque volun-
tate assumebãtur. Scribit quoque in Vitellio Tranquillus,
Vitellium quatuor filios amplissimæ dignitatis cogno-
mines, ac tantùm prænominibus dictos reliquisse, Au-
lum, Quintum, Publium, Lucium, infinitáque huic opini
oni exempla astipulantur. † Nec obstat quod Plutarchus 4
in vita Caij Marij obiicit, sic futurum, vt propria no-
mina mulieres non habeant, quum prænominibus ca-
reant. Siquidem contrarium Festus Pompeius tradidit:
Prænominibus, inquit, fœminas esse appellatas, testimo-
nio sunt Cecilia & Tarratia, quæ ambæ Caiæ solitæ sunt
appellari: pari modo Lucia & Titia, etsi hoc vltimũ magis
familiæ sit nomen. Hinc etiam Plinius libro octauo, ca-
pite quadragesimo octauo scribit: Lanam, inquiens, cum
colo & fuso Tanaquilis, quæ eadem Caia Cecilia vocata
est, in templo Marci Anci durasse, prodente se, author
d in oratio- est Marcus Varro. †Hûc etiam spectat Ciceronis[d] iocus in 5
ne pro Mu- Iurecõs. qui omnib. speciebus vbi de muliere agitur, Caiã
rena. ponũt, Nec tamen id sine ratione: optima enim matersa-
e Plutarch. miliàs, & lanifica Caia erat.[e] Hinc solennia olim in nuptiis
in probl. & verba sponsa proferebat: Vbi tu Caius, ego † Caia. Citat 6
Titus. prob. porrò authorem Quintum Scæuolam Titus Probus, pue-
ris non prius quàm togam virilem sumerent, puellis non
ante quàm nuberent, prænomina imponi moris fuisse.
f in Nero- At ex Tranquillo constat, [f]infantibus olim lustrico die
ne. nomina fuisse imposita. & antea ex Plutarcho retuli, [g]
g in proble Romanos consueuisse maribus nono die, fœminis octa-
matis. uo, nomina imponere. & hoc de prænominibus intellige-
re necesse est. Fœminæ tamen paucioribus vtebantur no-
minibus, quàm mares: & ab authoribus gentilitio ferè
vocantur, quale est Mutia, Terentia, Lęlia, Iulia: quædam
& parentum cognomina habuerunt, vt Orestila, Drusilla.
Messalina, Agrippina: quædam & à maritis certiorem de-
monstrationem acceperũt, vt Cornelia Gracchi. Sed cùm

prænomen

prænomen maximè sit proprium, cætera cùm multis communia, in magna & ampla sobole quomodò domi discrimen liberorum fuisset, nisi ab infantia nomina quædam peculiaria accepissent? quæ ego quidem Posidonij [h] subscribens sentẽtiæ: prænomina interpretatus sum: quod & h quem refert Plutar.
7 ipse Plutarchus in vita Coriolani sentire videtur. † Cæ- in vita.C.
terùm, illa ferè integrè non scribebant. sed aut vna litera: Marij.
vt T. L. C. P. A. D. aut duabus: vt, Cn. Sp. aut trib⁹, vt, Sex. Ser. Igitur nõ certa erant prænomina in vna familia: etiã si quædam lubentius assumebantur, quædã verò penitus repudiabantur: scilicet si quis id anteà in ea familia gessisset, qui ignominiosè[i] vixisset: quod si verò & illic contin- i A.Gel.li.
gebat commune pluribus esse prænomen, patris atque e- 9.cap.ij.
tiã aui interdũ nomen subiiciebatur. vt, Q. Mutius P. F. nepos Scæuola. Sed de primis nominibus hæc sufficiunt: quę
8 vel inde propria esse liquet, quòd cæteris † præponantur Huic subiungitur gentis, seu familiæ proprium nomen: quod nomen simpliciter sæpe vocatur, atque omnes gẽtiles & agnati ipsum vsurpabant: à quo ferè leges in iure nostro denominatæ sunt, vt Cornelia, Iulia, Aquilia, Vo-
9 conia. † Quod tertium deinde subiungitur nomen, cognomen dicitur: hoc principio adiectum fuit, ad ipsorũ inter se gentilium discrimen: vt cùm duæ essent familiæ Claudiæ: [k] vna Marcellorum, altera Pulchrorum habuit k Cice.li.
cognomen: qui quidem a seadem origine descenderunt: 1.de ora. &
maiores tamen magis eosdem habuerunt, quàm parẽtes: Asc. Ped.
quanquam de hoc exemplo dubitari potest, cùm alteri fuerint patritij, alteri plebeij. Apertiùs id constat in gente Cornelia: alij enim Scipionũ, alij Syllarum, alij Atinarum, alij Lentulorum cognomen habuere: ex eadem tamen omnes gẽtes, si quis ab antiquitate reperat, sed liberorum multiplici pro generatione successionéque, disiũ-
10 cti sunt, distinctis. † Ita rursus & inter ipsos Scipiones differẽtia cõstituta est: nam Nasicæ, & Aphricani cognomen postea additum fuit. Hinc factum arbitror, vt plerique tradiderint, cognomẽ ad familiã pertinere, adiectum est sanè ad magis specialem familiæ demonstrationẽ. Sic apud Macrobium Vectius ait, Prætextati cognomen in nomen hæsisse, & ex cognominibus facta nomina, atque iterum ex nominibus cognomina. Nam qui adoptabantur, cùm in aliam familiam transirent, prioris tamen & naturalis

gentis

gentis notam extare in cognomine voluerunt. sic Scipio Aemylianus, sic Cæsar Octauianus cognominatus est. Et si quis exactius rẽ istã perpẽdere voluerit, cõperiet prima gẽtis nomina fuisse cognomina, & agnomina: rursus cognomina. Agnomen voco, quod ab euẽtu principio impositũ est, siue, vt Plutarchus ait, à rebus gestis, aut à fortuna, aut forma, aut virtute, Nã Fabiorũ, Porciorũ, Mutiorũmque appellatio, à satis notarũ rerũ significatione, familiæ postea fuêre adscripta. Et Scipiones, Frõtones, Labeones, Capitones, Cicerones, Catones prius fuerũt agnomina: deinde cùm à liberis cõtinua successione assumerẽtur, facta sunt cognomina. Et quoniã in familia perdurabãt, nõ vana persuasione creditũ est à plerisque ad familiã pertinere.[l] Est igitur cognomen (mea quidẽ sentẽtia) specialior quædã familiæ nota. Cæterùm agnomẽ quidam[m] Latinam vocem vix esse admittunt, quam tamen in iure legimus: & Probus, veteréſque Grammatici non sine authoritate antiquorum, eam in propriorum nominum expositione retulisse mihi vidẽtur. † Supradictam porrò Ro- 11
manorum consuetudinem nostro vsui difficile fuerit per omnia accommodare. Et in hoc videmus plerosque hodie vetustatis studiosos, magis quàm doctos vel peritos, ridiculè sanè ineptire. Maiores autẽ nostri Germani, quantũ ex historiis licet cognoscere, vnum tantùm & simplex habuisse nomen vidẽtur, quod p[ro]prium appellatur, Græcorum, Iudæorum, reliquarũmque gentium more, vt homerus, Plato, Ioannes Petrus, Paulus: sic Viglius, propriũ est apud Phrysios nostros nomẽ. nam quod patris, patriæque nomen additum proprio nonnunquam fuit, demonstrationis apertioris causa factum est: at nunc etiam mos inoleuit familiæ nomẽ subiicere: & qui obscurioris originis sunt, ij, ferè cognomen aliquod quærere solent, quo gentilis nominis vice vtantur. Sic fit vt pluribus sæpe coniunctis nominibus, quod proprium est prænominis loco sit † His illud adiiciam, seruos apud Romanos vnicum 12
tantùm habuisse nomen,[n] & ferè vocantur à Iureconsultis in thematis proponendis, Stichi, Erotes, Damæ, Pamphili: vt liberi C. Seius, L. Titius, P. Mœuius. T. Sempronius, Aulus Numerius, Sextus Augerius. Sed tandem finem istis imponam, quæ etsi non debeat iuris studiosus ignorare, cùm multus eorum sit vsus, huic tamen lo-

co non

l defensa o pen. glo. in d. §. si quis in nomine.

m Tho. Lina. in prin. grammat.

n l. cùm pre cũ. C. de lib. cau.

co non satis conueniunt: nisi quòd olim ex cõfusione vel errore istorum in hæredũ institutione, legatísque dubiũ sæpe exoriebatur, & exhæredatio his nominibus plerũq; fiebat: quamquam sufficiebat vel vnum ex ipsis adiicere, modò tamen appareret, de quo testator sentiret. [o] Nõ me latet inferius de legatis Theophilum alia de hac re trade re: sed ille suo tempori inseruiuit: nec Romani vsus satis peritus fuit, qui & ipse sæpe variatus fuit: vt nihil est in re bus humanis stabile. in nominibus certè magna omnibus seculis fuit & varietas & licentia, atq; etiam hodie perdu

13 rat. † Nunc ad ea redeamus, quæ Accursius hîc mirè intri cat, dum ostendere nititur, posse & aliis modis nominatim exhæredationẽ fieri. Ac in primis tale subiicit exẽplũ, Omnes liberi sint exhæredati. Nã si vnus tantùm testatori filius fuerit, de eo necessariũ est nos intelligere. Sed tamen aliud postea adiungit exemplum, Filium meũ instituo, cæteros liberos exhæredo, quod etsi non videatur à priori differre, tamẽ negat illic nominatim ritè factã exhæredationẽ. nec est verisimile Accursiũ inter cæteros & omnes, aliquod posuisse [p] discrimen: & quod ait, nõ reperiti dictionem, Omnes, ad proximũ exemplũ referendũ est, cùm dixit testator simpliciter, Liberos exhæredo. Quid igitur? an nõ valebit exhæredatio, quasi nominatim facta cùm quis omnes liberos exhæredauit, qui vnũ solum habuit? & videtur nõ valere: aliud enim est si dixisset, Filios omnes, aliud si Liberos. Filiorum enim appellatio primo tantùm gradui congruit, & specialior est: Liberorum omnibus descendentibus conuenit, [q] & nepotes etiam cæterósque comprehendit. Nec videtur nominatim quisquam exhæredari adeò generali vocabulo: eáque sentẽtia odio exhæredationis fauorabilior est: proinde ipse Accurs. ali-

14 bi doctorésq; omnes ab hac glossa recedũt. [r] † Ego tamen non video, si vnus tantùm est filius, cur non æquè valeat exhæredatio, cùm omnes liberos, quàm cũ omnes filios exhæredat. Ratio enim in vtraque specie eadem est: [f] & quãtuncunque generalibus verbis pater vsus fuit, de vno tamen isthoc, ipsum sensisse certum est. Nec obstat quod Liberorum appellatio latius extẽditur quàm Filiorum: id etenim procederet, si essent nepotes, & alij descendentes: sed in pari facto nihil obstat: alioqui cùm dixerit cęteros, item omnes, item filios & filias (quæ oratio latissimè pa-

o glo. in l. 1. de libe. & posthu. ff.

p arg. l. cæterorum. ff. de verbo. signi.

q l. liberorũ. ff. de verbor. signi. Bar. in l. si quis. in prin. ff. de lega. iij.

r in l. Titius ff. de libe. & posthu.

f argu. d. l. Titius.

t in d.l.Titius.vide Fabrum hîc.

tet)cur ad vnicum filium restringitur? [t] neque enim tum omnino nominatim facta est exhæredatio: sed quia alius non extat filius, de hoc necessariò intelligendum est: & ea relatio, demonstrationis nominísq; vice fungitur: & vt sit etiã odiosa exhæredatio, tamen nõ maior est odij ratio in hoc casu, cũ de liberis dixit, quàm cũ filiorũ meminit. Posset ẽt dubitari, an cùm liberos exhæredasset, valere ne id posset, si vnicũ tãtùm filiũ habuit: item cũ filios, si duos [u] tantũ: sed tamen superuacanea est hodie omnis hæc dispu tatio, neq; enim quærimus an exhæredatio nominatim facta sit, an nõ, sed an cũ certa causa: nam nisi parẽtes filios vel filij parẽtes, cũ iusta causa exhæredent, testamentũ est nullũ, sine vlla differẽtia [x] sexus. Causa autẽ nominis vice fungitur, respicit enim eum qui exhæredatur, ídq; perinde habetur ac si nominatim esset facta exhæredatio. [y]

u Areti. in d.l.Titius.
x §. aliud. & §.causas in authen. vt cùm de appel.cog.
y Iaso. in l. ij. de libe. & posth. ij. col.

Posthumi quoque liberi, vel hæredes institui debent, vel exhæredari. Et in eo par omnium conditio est: quod & filio posthumo, & quolibet ex cæteris liberis, siue fœminini sexus, siue masculini, prætérito: valet quidẽ testamentum, sed postea adgnatione posthumi siue posthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideóque si mulier, ex qua posthumus aut posthuma separabatur, abortum fecerit: nihil impedimento est scriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem sexus personæ, vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari solebant: dum tamen, si inter cæteros exheredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ esse per obliuionem. Masculos verò posthumos, id est, filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, nisi nominatim exhæredarentur, hoc scilicet modo: Quicunque mihi filius genitus fuerit, exhæres esto.

1 *Quatuor differentiæ inter natos & posthumos*
2 *Secunda.*

3 *Tertia.*
4 *Quarta.*
5 *Quæ sint correcta circa supradictas differentias.*
6 *Institutionem cùm fauorabilis sit extendi.*
7 *An exhæredatio posthumi ad cæteros sit extendenda.*
8 *Quare olim posthumi exhæredari potuerint.*
7 *Hodie posthumos exhæredari non posse.*
10 *Conciliatæ dissidentes inter se constitutiones.*

1 POstquàm † de liberis iam natis dictum est, sequitur vt
de nondum natis, id est, posthumis tractemus. qui etsi
ferè cum illis conueniant (cùm & ipsi institui & exhære-
dari debeant) in nõnullis tamẽ differunt. Ecce enim cùm
olim inter masculos & fœminas esset distinctio circa præ
teritionem, in posthumis par fuit conditio: præterita ita-
que filia iam nata, habebat ius accrescendi, posthuma ve-
ro rumpebat testamẽtum. ratio in promptu est, atque per
se nota. Cùm enim filiarum præteritio pro exhæredatio-
ne habeatur, non idẽ in posthumis recipi potest: videtur
enim eas, quæ nondum erant natæ per errorem omisisse,
non quòd volebat exhæredare.[a] Atque ideo etiã cùm in-
ter cæteros exhæredabantur, necesse erat aliquid legari,
ne per obliuionem viderentur præteritæ. Idque & Iason
2 hîc tradidit. † Est & illa differentia inter natos & posthu-
mos, quod illi præteriti [b] ab initio, hi secuta demùm na-
tiuitate rumpunt testamentum. iniquum quippe esset hîc
ab initio ruptionem inducere. quid enim si abortum ven-
ter faciat, quid si mortuus nascatur [c] partus vel prodigio-
sus, [d] quid si ante septimum mensem? nam & tunc ex quo-
rundam [e] sententia, cùm vitalis non sit testamentum nõ
rumpit, & pro non nato habetur. Bene igitur testamentũ
3 ad natiuitatem vsque posthumi sustinetur. † Est illa etiam
hîc tradita differentia inter natas & posthumas: quod hæ
non aliter inter cæteros exhæredari possunt, quàm si fue
rit aliquid legatum: illæ etiam sine legato possunt: nam si
pater filium instituisset, & cæteros exhæredasset, posthu-
ma quæ post nata fuisset, dicere posset, testatorem de se
non cogitasse, [f] nec generali exhæredationis clausula se-
se debere [g] excludi: quæ exceptio cessat, si legatum acce-
4 pit. † Quarto loco ex hoc paragrapho differentia notari
potest, quòd nepotes nati & præteriti non rumpant, & in-

a arg. §. pe. j. eod. l. si filius fam. circa medium. ff. de milit. testa.
b §. i. suprà eod.
c l. qui mortui. ff. de ver. signi.
d l. non sunt liberi ff. de statu homi.
e Baue. hîc. Alciatus in d. l. qui mortui.
f arg. §. pe. infrà eod.
g l. si cũ vel in vtero. C. de testa. mil.

h §.sed hæc quidem. j.e.
i authen. ex causa, C. de libe. præte.
h Barto. & doc. in d. authē. ex causa
i §. pen. infrà. eod.
k Suet. in Nerone.
l gl. in l. placet. ff. de libe. & posthu.
m arg. d. l. placet. & l. seq. ff. eod.
n Ias. in rubri. C. de poss hær.
o Rom. cons. 237. Ias. in authē. si qua mulier. C. de sacrosan. ecc.
p Bald. in l. placet. per illum textū.
q l. ex facto. §. qui rogatus. ad trebel lia. cū simil.
r in d. l. placet.
s Bauer. hic Bened. in c. Raynutius. extra de testam.
t ī d. l. placet

ter cæteros exhæredari possint: posthumi verò nepotes, nisi nominatim fuerint exhæredati, rumpant testamentū. Ait enim hîc Imperator, Masculos verò posthumos. i. filios, & deinceps: scilicet nepotes, pronepotes, &c. cuius equidem certā rationē Iason ignorare se fatetur. Pleraque tamen ex istis sunt correcta. [h] nec enim natiuitate posthumi totum testamentum rumpitur, sed tantùm institutiones. Legata verò & fideicommissa firma manent, [i] si tamen sciens [h] præteriit posthumum. nam si per errorem, putant doctores nec legata quidē esse præstanda. de quo inferius aliquid attingemus. [i] Exhæredatio autem posthumi in vniuersum nunc est sublata: vt j. demonstrabimus. Quamobrē magna in parte huius paragraphi ius est abolitū. Illud etiam prima facie absurdum videbatur, posthumum nominatim debere exhæredari, cùm nondū nomen habeat, quod natis lustrico die [k] imponi solet: verū demōstratio certa nominis voce fungitur: idque est quod sub finem [l] dicitur: Hoc scilicet modo quicunque mihi, &c.

Instituui] † Institutio posthumorum cùm ob ipsos liberos & ob testamentum sustinendū sit fauorabilis, etsi simpliciter fiat, latissimè tamen extēditur. si quis igitur posthumum instituerit, & si mille nascantur & ex diuersis matrimoniis, omnes instituti [m] censebuntur. Quin & si quis post testamentum arrogabitur, cū quasi posthumus habeatur, erit & ipse hæres ex testamento: omnes enim hæc institutio cōplectitur, quos instituere necesse fuit: ergo & filius [n] legitimatus, & monasteriū, [o] quod facto testamento quis est ingressus, hac nuncupatione veniet. Naturales autē filii & illegitimi cùm præteriti nō rūpant testamētū ex hac interpretatione [p] nō vocātur. Cōtra tamen & Raphaël cùm in simili specie, si quis rogetur hæreditatē restituere, si sine liberis decesserit, nō sit cogendus restituere, si naturalem filium relinquat. [q] Sed tamen non eadē omnino ratio est naturalis & legitimi: ac voluntatis quæstio esse videtur: vt si quis testamenti tēpore concubinā habebat, videatur de naturalib. intellexisse: in eo verò qui legitimā habebat vxorē, contraria præsumptio præualet. Aretinus tamen & [r] Alex. personæ conditionē inspiciendam esse aiunt, quos & [s] alij sequuntur. † An autē exhæredato posthumo tam lata interpretatio fieri debeat, disputatum etiam est, & quod hîc Accurs. negat, alibi ait. [t] Iason quoque ex

6 7

que ex hoc text.colligit,exhæredato quocunque posthu
mo filio,nepotem comprehendi,Faber ob dictionẽ vni-
uersalem hoc admittit:Aretinus, Gallicorum doctorũ Ra
phaëlísque sententiam sequitur, vt nulla sit in hoc inter
natos & posthumos differentia, nisi quod hîc generalis
exhæredatio ex primi posthumi natiuitate demonstratio
nem restrictionémque accipit:sed id ab Alexand.[x] latiùs
examinatum est,& nos referre supersedebimus,cùm nul-
la inde sit vtilitas. Quid enim refert hoc scire, cùm ex-
hæredari hodie omnino posthumus non possit?[y]
8 *Rumpitur*] † Si verò exhæredabatur , restabat querelæ
auxilium,[a] quod posthumis exhæredatis sine controuer-
sia dabatur:facilè enim in eorum querelam aures prætor
inclinabat,[b] cùm ingratitudinis nota nulla subesset. Mi
rùm autem fuit ius ciuile talem exhæredationẽ manifestè
iniquã tolerasse:sed ego id cõcessũ arbitror, ob maximũ
patriæ potestatis ius:ait enim[c] Iurecons.nec obstat quod
exhæredare licet, cùm & occidere liceret. queadmodùm
autem paulatim ius vitæ & necis temperatum,[d] ita quo-
que exhæredandi licentia,quærelæ auxilio mitigata fuit.
Sæpe tamen hæc exhæredatio quantumuis iniqua effectũ
consequebatur: multi enim lites fugiunt,multi serius,id
est post quinquennium [e] instituunt:multi ante præpara-
tam querelam moriuntur, [f] quibus casibus exhæredatio
sustinebat testamentum,& instituti hæreditate potiebã-
9 tur : † Hodie(vt sæpe nunc à nobis dictum est) secundum
communem opinionem, posthumus exhæredari nequit.
non cadit enim in non natum causa ingratitudinis : quæ
nisi adiecta fuerit,testamentum ipso iure nullũ est:ídque
10 ex iuris nouissimi emendatione [g] colligitur.† Nam cõsti
tutiones Codicis exhæredari posse posthumum consen-
tiunt:[h] & quod plerique Iustiniani constitutionem [i] con-
tradicere aiunt,vanum est.illa enim aliis quæ posteà latæ
sunt,antiquior est:& negat infantem à matre præteritum,
ob odium patris,à querela repelli,de exhæredationis licẽ
tia sublata,nihil attingit.Quod Theodorus [k] etiam Græ-
cus interpres indicat: ἐὰν γυνὴ φησὶ πραιτεριτεύσῃ τοὺς ἰδίους
παῖδας διὰ τὸ πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς μῖσος τῇ μέμψει ὑπόκειται.
Idem quoque Decius,[l] ac ante eum Raphaël voluit,cuius
sententiam Paulus Castrensis [m] recitat.ex eo itaque iu
re quod est in Codice & in institutionibus posthumus ex

v §. præced.
x in l.sed & quæsitũ.ff.de lib.& posth.
y in seq.gl. dicam.
a §.posthu. infrà de inof fi.testam.
b l.posthum. ff.de inof.te.
c in l.in suis. in fi.ff.de lib. & posthu.
d arg.§.si su prà de his q̃ sunt sui vel alie.iur.
e l.si qs filiũ in fi.C.de in offi.testa.
f l. Papi ff. de inof. test.
g §.aliud.§. causas in au then.vt cùm de appel.cog.
h l.maximũ vitium.C.de lib.præt.
i l.si quis in suo.§.legis. C.de inof.te. Ias.in l.ij.C. contr.tab.
k in d.l. si quis in suo.
l Alcia.c.10 li.4. Parad.
m in d.l. si quis in suo.

hæredari poteſt. ſolæ id Nouellæ prohibent, quanquam nonnulli recentiores ne hoc quidem admittant.

Poſthumorum autẽ loco ſunt & hi, qui in ſui hæredis locum ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo fiunt parentibus ſui hæredes: vt ecce, ſi quis filiũ & ex eo nepotẽ neptémve in poteſtáte habeat, quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet: quamuis nepos quoque & neptis ex eo in eadẽ poteſtate ſint. Sed ſi filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius, incipit nepos, neptí ſve in eius locum ſuccedere: & eo modo iura ſuorum hæredũ quaſi adgnatione nanciſcuntur. Ne ergo eo modo rũpatur eius teſtamentũ: ſicut ipſum filiũ vel hæredem inſtituere, vel nominatim exhæredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum: ita & nepotẽ neptémve ex filio neceſſe eſt ei vel hæredẽ inſtituere, vel exheredare: ne fortè eo viuo filio mortuo: ſuccedendo in locũ eius nepos neptíſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idque lege Iulia Velleia prouiſum eſt, in qua ſimilis exhæredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur.

1 *Declaratio breuis & dilucida legis Aquiliæ & Velleiæ.*
2 *Poſthumos non potuiſſe inſtitui, & quare.*
3 *Abſurdam prohibitionem veteris iuris emendatam per prætorem, deinde etiam iure Ciuili per Gallum & Velleium.*
4 *Galli prouiſio lex ſit an interpretatio.*
5 *De Gallo Aquilio.*
6 *De Iulio Velleio.*
7 *De caſu Galli.*
8 *An lex Aquilia de ſuo an de alieno poſthumo agat.*
9 *De 2. cap. l. Velleiæ. quod huic §. proprium eſt.*
10 *Noua declaratio legis Velleiæ.*
11 *Quare nepotes natis ſuccedentéſque patri inſtitui non poßint.*
12 *Legem Aquiliam & Velleiam hodie quoque locum habere in mater-*

materna hæreditate.

HIc paragraphus ad verbũ ex Caio[a] sumptus est, & se-
cundum caput legis Velleiæ complectitur:[b] quod vt
melius percipi possit, nos à fonte & primis principiis or-
diemur: & quæ cohærent, breuiter ac quantũ fieri potest
1 dilucidè explicabimus. † Sciendum itaque posthumos ne
potes præteritos agnatione testamentum rumpere, quod
suprà tractatum[c] est. Hinc plerique prudentes viri cùm te
stabantur, instituere ipsos solent: attamẽ consiliũ prope-
2 modum effectu carebat. † Nam iure antiquo, qui nati nõ
erant, id est posthumi, tametsi erant in vtero, inutiliter[d]
instituebantur. Inutilis verò institutio, loco præteritionis
erat. quapropter siue erant posthumi nepotes præteriti, si-
ue instituti, semper olim rumpebatur ipso iure testamen
tũ. Ratio antiqui iuris videtur illa fuisse, quòd institutio
certa esse debebat,[e] at hîc qui nõdum natus est, nullus[f]
adhuc est. & præterea incertum est nasciturus sit, an non.
quæ etiam ratio est, quare ab initio testamẽtum valeat, in
quo præteritus est[g] posthumus. Filium tamẽ posthumum
ex legibus duodecim tabularum institui vtiliter potuisse
omnes consentiunt: & quanquã etiã hîc erat incertus, ip-
sum tamen & gradus prærogatiua, & certitudo, quæ est,
quòd inter suos sine dubio nasciturus sit, & aliæ forsitan
causæ, quas nos diuinare non possumus, sustinebãt. Non
defuere[h] tamen qui negarẽt, nec filium quidem nondum
3 natum iure antiquo institui potuisse. † Magnopere verò
absurdũ videbatur, neque institui neque præteriri posthu
mos potuisse, ac inanem fieri testatorũ prouidẽtiam. Hoc
enim modo propemodum interdicebatur testamenti fa-
ctione, & imputabatur quasi testatoribus, cur non intesta
ti decederent. Sed tamen id prætor correxit: etsi enim te-
stamentũ in quo posthumus erat institutus ipso iure non
valebat, ipse tamen concessit bonorum possessionem de
ventre in possessionem mittendo & secũdum tabulas. Po
stea verò vt institutio ea iure etiã Ciuili subsisteret, & sine
prætorio auxilio testamẽtum valeret, lata est lex Aquilia
primum, deinde verò lex Iulia Velleia, quibus inductum
permissumque fuit, vt posthumi nepotes omnibus ca-
4 sibus vtiliter instituerentur. † Ego enim arbitror Gallum
non interpretando vel disputando, sed rogando solenni
more, qui in legibus ferendis olim obseruabatur, obti-
nuisse,

a l. posthumorum. ff. de iniu. rup.
b l. Gallus. §. etiam de lib. & posthu. ff.
c præced. §.
d §. ille casus indiffici. ver. si porrò. in d. l. Gallus. fac. l. posthumus. ff. de inof. testamen.
e ar. §. posthumo cũ præcedẽt. & seq. j. de leg.
f l. eius seruũ de hæred. instit. l. i. §. & cũ tripli. C. de cadu. tol.
g §. præced.
h not. Alcia. ca. iv. lib. iij. parado.
i l. posthumus ff. de inoffi.

nuisse, vt posthumi nepotes instituerẽtur: cur enim diceret Scæuola id induxisse Gallum? [k] cur quod ab eo inductum est ius antiquum vocaret, relatione scilicet legis Velleię? Nec mos veterũ fuit Iurecõsultorum interpretationibus alias subiicere interpretationes, sed notas tãtùm quasdã: nam quæ legis vim habẽt, ea quique interpretari consueuit. Et si id poterat interpretatione fieri, quid lege Velleia erat opus, quæ in similibus casibus prouidit? † Et Gallum 5
Aquilium leges tulisse, argumẽto est lex Aquilia de dãno iniuria dato, nõ fuit tamẽ ille cõsul, sed cõtentus regno illo suo iudiciali, vt Cicero [l] scribit ad Atticum, prætoriam tribunitiámque dignitatem tãtùm gessit. Arbitror itaque legem hãc de posthumorũ nepotum institutione, vt aliam illam de damno [m] propriè plebiscitum esse, & in tribunatu ab eo latam. Plebiscita autẽ leges confusè vocari A. Gel. [n] etiam autor est. Fortè fuit & lex Velleia plebiscitũ. † Nam 6
in catalogo cõsulum, nullus reperitur (quod equidẽ sciã) Iulius Velleius tametsi Marius [o] Salomonius [p] ab eo latam hanc legẽ existimat, qui & senatuscõsulti Velleiani autor fuit. Sed ea res ad ius nõ multũ pertinet, & sciri vix certò hodie potest, ac vt nõ etiã fuerit Aquilianũ ius, vel plebiscitum, vel lex, eam tamẽ authoritatem obtinuit, quã Velleia rogatio. Fortè quoque per sententiã hoc primũ dum prætura functus est, statuit, quæ vsu deinde obtinuerit, cõsensuq́; in tacitã legis vim transierit. † Gallus [q] autẽ in vno 7
tãtùm casu induxit, posthumos nepotes posse hæredes institui, si scilicet post aui mortẽ, ex filio pręmortuo posthumus nasceretur: nam si viuo auo, imputari poterat, cur nõ testamẽtum mutasset? Sed tamen de hoc postea Velleius. Forsitan hic casus non tunc tãtùm procedet, cùm post testamẽtum mortuus est filius, sed etiam si antea: illud enim tantùm spectatur, vt mortuo auo (filio antea è medio sublato) posthumus nascatur. Idem enim & in primo capite [r] legis Velleię dicitur, quod per omnia casui Galli cõgruit: nisi quod ibi viuo auo, hîc mortuo nepos nascitur. Quod fortè voluit etiam Scæuola Aquilię Velleięq́; legis interpres significare, cùm ait, [s] Quosdã credere valere posthumi institutionem, etiam si de filij morte verba institutionis non fuerint concepta. Nã regulariter posthumi nepotes institui non poterant, hoc est siue erant sui futuri tẽpore mortis, siue etiã tempore testamẽti. Natos verò nepotes po-

k no. doct. in prin. l. Gallus. cõtra tamen Mar. Salo.

l episto. l. i. lib. i.

m §. tertio. ca. in fi. ĩ. ad legẽ Aquil.

n lib. x. c. 10.

o in d. l. Gallus.

p l. ĳ. ff. ad Velleianum.

q prin. l. Gallus.

r ĳ. nũc de lege. circa fin. in d. l. Gallus.

s §. quidã. in d. l.

potes potuiſſe inſtitui nõ eſt ambiguum,ſed illorum præ
teritio pro exhæredatione[t] erat.Inepta autem fuiſſet Vel- *t §. in princi.*
leij prouiſio & ſuperuacua,ſi lege duodecim tabularũ poſt *tit.*
humi nepotes,quos filius tempore teſtamenti non præce
8 debat,inſtitui potuiſſent.†Hinc tollitur vetus illa contro
uerſia de poſthumo ſuo & alieno:alij enim qa mortis tẽ
pore ſuus iſte eſt naſciturus,de alieno nõ volũt agi in ca-
ſu Galli:alij teſtamenti facti tempus inſpicientes,cùm tũc
eum pater præcederet,ſuum nõ rectè vocari aſſerunt:[u] & *u doct. cõmu*
ob id legem Aquiliam de poſthumo alieno vulgò intelli *niter. ĩ l. Gal*
gunt.priorem tamen opinionem Fortunius [x] & Alciatus[y] *lus. in princ.*
defendunt.Ego verò etiam arbitror, illum caſum quo pa- *x in princip.*
ter tempore teſtamẽti fuit mortuus, & ſic etiam ſuus iſte *l. Gallus.*
nepos potuiſſet fieri,ſi in vtero non fuiſſet,id eſt ſi fuiſſet *y Alc. c. ij. li.*
natus,ſub Aliquiliana formula cõprehẽdi:q alioqui fuiſſet *iij. pa.*
relictus(ſi tamẽ verum eſt,generaliter poſthumum nepo
tem nõ potuiſſe hæredem inſtitui:quod colligitur ex illis
verbis,Poſthumos nepotes.ſic poſſe hęredes inſtitui Gal-
lus induxit.Item porro[z] procedere debet,vt vtiliter ſit in *z in §. ille ca*
ſtitutus:quod nullo iure potuit,qui nondum natus erat.) *ſus in diffici*
Cùm itaque nepotes antea inſtitui nõ poſſent,quia incer *li in d. l. Gal*
tum erat,an naſcituri erunt,Gallus dixit,Inſtituãtur,ſi na *lus.*
ſcantur ſaltem ne nati rumpant teſtamentũ:& valeat inſti
tutio etiam iure ciuili, cùm prætores quoq; dent inſtitu-
tis ſecundum [a] tabulas.Nec de inſtituendo Gallus conſi- *a in princ. de*
lium dedit,vt vulgò creditur:ſed inanẽ antea & inefficacem *bonor. poſ. l.*
cem ipſo iure teſtatorũ prouidentiam cõfirmauit: nec vt *poſthumus.*
inſtituerent nepotes ſuaſit,ſed vt inſtitui iure poſſent,ple *de inof. teſt.*
bem Ro.rogando obtinuit.Idem & de lege Velleia dicen
dum eſt:neque enim leges vel plebiſcita fieri ſolent,vt ali
quid ſuadeatur(ſit hoc ſapientiũ & Iureconſul.officium)
ſed vt aliquid fieri permittatur,vel prohibeatur.Porrò A-
quilius tunc tantùm poſſe nepotes poſthumos iuſtitui in-
duxit, cùm poſt mortem aui naſcuntur : ille enim caſus
maximè reddebat perplexos teſtatores,cùm nec inſtitue
re,nec præterire nondũ natos poſſent.quod ſi verò viuo
teſtatore naſcebantur,iam ceſſabat hoc impedimentum.
Iulius tamen [b] Velleius poſtea conſtituit,vt idem eſſet, ſi *b d. l. Gallus.*
viuo auo naſcerentur, patre teſtamenti vel quo alio poſt *§. nũc de le-*
tempore, ante poſthumi natiuitatem & aui mortem de- *ge Velleia.*
functo,aut alio quopiã modo è medio ſublato(nam mul

 tifariam

tifariam iura ciuitatis amittuntur) Et quanquã hîc poterat ipse auus ante mortem suam natũ instituere vtiliter: tamẽ Velleius prouidit, vt quoquo tempore rectè testari liceret: alioquin enim erat expectãda nepotis natiuitas, vt 9
vtiliter institueretur. † Nunc veniamus ad secundũ legis[c] Velleiæ caput, quod huius loci proprium est, in quo nõ sequar tritam & receptam opinionẽ, sed quod mihi videtur verissimum simplicissimũq́ue paucis proponam. In primis ergo animaduertendũ est nepotes natos præteritos, non potuisse rumpere iure antiquo testamẽtum, sed ad instar filiarum habuisse ius accrescẽdi, quod suprà disertè expositũ[d] est, etsi pauci ad hoc ius respexerint, Constat autem Velleiũ in secundo capite loqui de nepotibus natis. & hîc dicitur hosce in patris locum succedẽtes rũpere testamentũ, quod superioribus aduersatur. quamobrem ego arbitror Velleium primum ius antiquũ correxisse, in eo, quòd hi nepotes olim præteriti pro exhęredatis habebãtur. Cõstituit enim lex Velleia, vt nepotes in parentis locũ succederẽt, successióq; hæc agnationis vim haberet, ac ipsi quasi posthumi[e] cẽserentur. Mouit fortè Velleium, quod iniquè hîc pręteritio pro exhæredatione habebatur, cũ patre eos tempore testamenti præcedente nõ videatur auus nepotes voluisse exhæredare, sed per errorẽ[f] pręteriisse: qua etiã suprà ratione diximus, cur posthumi nepotes præteriti testamentũ rumperent. Hi igitur nepotes, cum iure veteri præteriti haberẽtur pro exhęredatis, lege Velleia succedẽdo in sui hæredis locũ quasi agnascendo fiunt sui hæredes, & testamentum rumpere possũt. Hanc autem successionem à Velleio inductam illa verba attestantur,[g] Si quis ex suis hęredibus suus hæres esse desierit, liberi eius, & cæteri in locũ suorũ sui hæredes succedunto. Quod verò Alciatus[h] putat, id in omnib. nepotibus à Velleio constitutum, ac olim non potuisse nepotes præteritos rumpere testamentum, manifestè est contra superiorũ textuum[i] distinctionem: nati enim nepotes nõ rumpebant, posthumi rumpebant. In natis verò correxit id Velleius, cùm pater præcedebat tempore testamẽti: ac posthumis eos comparauit, quod textus noster[k] apertè indicat. Sic igitur intelligo quod sæpe legitur, lege Velleia ob nepotis succedẽtis præteritionẽ, rumpi[l] testamentum. Sed quomodo rursus accipiem⁹, quod vice versa dicitur, Velleiũ prouidisse ne testa-

c d. §. etiã. in l. Gallus.

d in prin. tit. huius.

e põdera verba huius §.

f l. si filiusfa. ff. de test. milit.

g §. videndũ est in d. l. Gallus.

h cap. 19. lib. Parad.

i §. posthu. s. eodem.

k circa fin.

l l. si quis filium. C. de inoffi. test.

ne testamentum rumperetur? vetuit enim[m] rumpi: & hoc quidẽ ex superioribus pẽdet. Nam si posthumi nõ poterãt hæredes institui, ergo nec quasi posthumi. quãquã igitur lege Velleia rumpendi beneficium præteritis datum fuit ad similitudinem posthumorum, necesse tamen fuit prouidere vlterius in hoc casu, ne quemadmodum non nati inutiliter instituuntur, idem in istis propter comparationem cõtingeret. Velleius ergo multos casus rumpendi testamenti auferens, dãdo his nepotibus per successionem posthumorum iura, vt posthumos sanxit rectè hæredes posse institui, ita & hosce quasi posthumos: atque vtrosq; institutos rumpere vetuit.

11 †Non illa igitur ratiõe quã plerique[n] tradunt, videbatur hosce nepotes institutos etiam rumpere posse testamentũ: quòd succedendo in patris locum non videbantur, vt sui instituti priùs, sed vt extranei: (ille enim conditionis mutatio inefficax est[o]) sed quia posthumis erant comparati, qui inutiliter olim instituebantur, videbatur iure ciuili testamentũ ruptum iri. Olim autem, id est ante legem Velleiam institui isti nepotes poterant. reuera enim nati erãt & certi, non posthumi: nihil itaq; opus fuit, vt hoc Velleius permitteret, sed tantũ prohiberet ne rũperent. ídque volunt illa verba,[p] posteriore nõ permittit institui, sed vetat rumpi, néve ob eam rẽ minus ratum sit, quod succedit. Ratio itaque erat quare videbatur hos rũpere posse: quia succedebãt, & quasi posthumi agnascebantur: qui nisi in prouisis & expressis casibus institui poterãt. & hęc est meo iudicio legis Velleię sentẽtia. Iustiniani[q] autẽ cõstitutione generaliter cõcessum est omnes posthumos suos vel alienos filios vel nepotes hęredes vtiliter institui: de qua nos alio loco plenius dicemus.[r]

12 †Hodie ergo cùm omnes posthumi hæredes institui possint, videndũ est vt cautè quis testamentum faciat, ac ipsos etiam instituat, ne agnatione testamentũ rumpatur. hoc autẽ ius successionis, hodie & in materna linea locum habet: atq; ideo necesse est, vt auia filiũ instituendo cogitet, ne illo fortè præmortuo nepos succedẽs testamentũ rumpat. sed & si filius testamẽtũ scripserit, ac ex se natũ instituerit, si fortè contingerit illum decedere, pater locũ eius subintrabit, & præteritus sine causa testamentum [s] rumpet. quapropter huius etiã respectus habendus est. Ex his arbitror veteris iuris subtilitatem, & quatenus ad nostrũ

vsum

m d. §. ille casus. & l. iij. ff. de iniu. rupto.

n Paul. in §. ille casus. Ias. in §. etiam. in d. l. Gallus.

o l. filio quem pater. ff. de libe. & posthu.

p d. §. ille casus.

q in prin. infrà de bon. possessio.

r j. de hære. insti. §. seruus etiã alienus.

s vt in seq. §. & §. fin. eod. titu.

vſum præſens.§.pertineat,ſatis poſſe percipi. Nã totos ea de re hîc conſuere commẽtarios non eſt noſtri propoſiti. & paſſim alioqui integra circũferuntur veterum recẽtiorúmque commẽtaria ad legẽ hanc Aquiliam & Velleiam, vnde ſe auidus lector, qui iſtis noſtris non eſt ſatiatus ad ambas vſque aures, quod aiunt explere poterit.

Emancipatos liberos iure ciuili neque hæredes inſtituere, neq; exhæredare neceſſe eſt: quia non ſunt ſui hæredes. Sed prætor omnes, tã fœminini ſexus, quàm maſculini ſi hæredes non inſtituantur, exhæredari iubet: virilis ſexus, nominatim, fœminini verò inter cæteros, quia ſi neque hæredes inſtituti fuerint, neque ita (vt diximus) exhæredati, permittit eis Prætor cõtra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſsionem.

1 *Quem habuerit effectum differentia vetus, inter ſuos & emancipatos.*
2 *Correctio huius paragraphi.*
3 *Defenſa communis opinio, præteritione emãcipati ſine cauſa, teſtamentum hodie nullum eſſe.*
4 *An præteritio cum cauſa, ab exhæredatione differat.*

CVm † emancipatorum liberorũ, eorúmque qui in poteſtate ſunt, multiplex in iure noſtro differẽtia[a] ſit, ad reſcindẽda quoque parẽtũ eſſe teſtamẽta, diuerſo eos iure admitti conſtat. Emancipatis enim præteritis teſtamẽtum iure ciuili ac etiam pretorio valet. ſuccurritur tamen eis alia via per prætores, videlicet vt per bonorũ poſſeſſionem cõtra tabulas ſuccedãt: cùm qui in poteſtate ſint, niſi inſtituti vel exhæredati fuerint, ipſo iure teſtamẽtum ſubuertere poſſint. Nec ea res parui eſt momẽti, cùm bonorũ poſſeſſiones etiã longiſſimæ, id eſt quæ filiis dantur, anno vno[b] expirent: facultas autem ſuccedendi per ius ciuile, longo tempore, & vt omnes interpretãtur, triginta annis[c] duret. Plenius ergo eſt iuris ciuilis, quã prætorij auxiliũ, & cũ emancipati, niſi intra annũ bonorũ poſſeſſionẽ agnoſcãt, à ſucceſſione penitus excludantur, ij, qui in poteſtate ſunt, id eſt ſui, trigeſimi demũ anni meta ſubmouẽtur. Sed tamẽ an hoc iure hodie vtamur videndũ eſt. † Bart.[d] alibi tradit, cuius opinio vulgò recepta eſt, poſſe hodie filiũ emancipa- 1 2

a not. docto. in §. sed hæc quidem. infra eod.

b l. j. §. largius de ſucceſ. edi.

c l. licet. C. de iure delibe.

d in authen. ex cauſa. C. de lib. præt.

cipatũ, ſimpliciter præteritũ teſtamentũ iure ciuili ad inſtar ſui nullũ dicere, nec illi amplius neceſſariũ fore bonorũ poſſeſsionis auxiliũ. Vnde huius paragraphi diſtinctio nouiſſimo iure propè ſublata[e] eſt. Quod ſi tamẽ præteritioni cauſa ingratitudinis coniũcta fuerit, nihil obſta-
3 re credit, quominus & ius vetus adhuc duret. †Verũ vtrũque membrũ etſi cõmuniter ſit receptũ in ſcholis, tamen cõtrouerſiã patitur: ait enim Nouella ex cauſa prçteritionis[f] euacuato, reſciſſóque teſtamento ab inteſtato ſuccedẽdi: vnde colligitur teſtamentũ ipſo iure non eſſe [g] inualidũ, ſed præcedẽtĩ reſciſsione indigere: ſcilicet ſi de emãcipatis intelligimus per bonorũ poſſeſſionem: ſi de filiis materni generis per querelam. Hoc argumento Accurſius etiam[h] vtitur, & dubitat an rectè tranſtulerit Irnerius in Authentica Codici inſerta, Ex cauſa præteritionis irritũ eſſe teſtamẽtum, cùm id ſignificet ipſo iure infirmari teſtamentum. Sunt etiã qui ideo de emancipatis nihil mutatum velint, quoniã Nouella conſtitutio emancipatorũ non meminit.[i] ſed is obex facilè tollitur. ñam cùm dicat Imperator matrum quoque teſtamenta per præteritionẽ liberorum irrita fieri, ſatis colligi poteſt nullã fieri differentiã reſpectu patris inter filios ſuos & emãcipatos: conſtitutióque generaliter loquitur de liberis & parẽtibus: & abſurdum videtur ſic eam [k] reſtringere, cùm lex etiã vetus non minus emancipatos ad patrum rumpenda teſtamenta quàm liberos, vt contra matrum veniant iudicia, adiuuet. ſiquidẽ præteritus emãcipatus habet contra tabulas: ac ſi hoc deſtituitur auxilio, habet etiam querelam, filij verò præteriti à materna linea ſolùm extraordinariũ habent querelæ inofficioſi teſtamenti auxilium. Iaſonis[l] quoque aliud argumentum non multum me mouet, cùm communi ſententia receptum ait, non eſſe ſublatũ patriæ poteſtatis & emancipationis differentiam ex teſtamẽto. Hoc enim verum eſt, cùm cauſa præteritionis[m] additur: ſecus verò ſi præteritio non ritè facta eſt, cùm tunc nullum ſit teſtamẽtum: & ſic omnes communem opinionem accipiunt. Ego tamen plenius cùm de querela tractabo, quid
4 mihi videatur dicam † Nũc videam⁹ qualiter præteritio cum cauſa ab exhæredatione [n] differat. videtur enim nõ eſſe vera prçteritio, quç verbo magis quàm re fit. Nã quid aliud eſt, Prætereo te, quia vitæ meæ inſidiatus es: quàm begnine

e arg. §. aliud in auth. vt cùm de appel. cog.

f §. ſiue igitur. § ſi autẽ hæc omnia. in d. auth. vt cum. de appel. cogn.

g Curt. in dic. auth. ex cauſa nu. 24. 25.

h in d. auth. ex cauſa.

i Iaſ. in l. fi. C. vnde legit. & Cur. in d. auth. ex cauſa.

k ar. l. j. § j. ad leg. falci. ff.

l in d. l. fin. C. vnde leg.

m glo. ĩ aut. ex cauſa. ſuper ver. irritum. iuxta med.

n Bar. in d. authen. ex cauſa.

benignè exhæredo? quamobrem [o] nonnulli dixerunt, hũc qui cum causa præteritus fuit, pro exhæredato habẽdum, nec contra [p] tabulas bonorum possessionem petere posse: sed debere ad querelam refugere. Negari tamẽ nõ potest distingui ab Imperatore exhæredationẽ à præteritione, quæ cum causa [q] fiat. Ego itaque verba inspiciẽda arbitror. Nam si quis dicit, Ego te prætereo, vel hæredẽ non instituo, ob talem causam, erit id meo iudicio vice exhæredationis. sensit enim testator de [r] exhæredatione. Quod si filiis prælegét centũ, & vni tãtùm decẽ, quia ingratus fuit erga patrem: hîc est quidẽ præteritio: nihil enim est quod institutionem vel exhæredationem filij inducat: adiũcta etiã causa est, & in testamento satis expressa: valebit ergo tunc testamentum & habebit ipse filius præteritus bonorum possessionem contra tabulas, quæ persimilis eo casu hodie extitit. Nam hæres causam probare cogitur: veluti cũ inofficiosum testamẽtum accusatur. Hæc etiam ad patrem præteritum cum causa & maternæ lineę præteritionem referri possunt: de eodẽ [s] quippe filio omnia hęc pendẽt. Olim enim patre præterito valebat testamẽtũ, & dabatur illi bonorũ poss. ssio cõtra tabulas, qua partẽ instar patroni [t] auferebat: vel querela, cui [*] plenior erat [*] effectus. hodie simpliciter eo prę terito [u] irritũ fit testamẽtũ, quod si causa adiecta fuerit, tũ antiq iuris auxilia implorãda erũt.

Adoptiui liberi quandiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdem iuris habentur, cuius sunt iustis nuptiis quæsiti: itaque hæredes instituendi vel exhæredandi sunt secũdum ea, quæ de naturalibus exposuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo, neq; iure ciuili, neque eo iure, quod ad edictũ Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalẽ parẽtem attinet) quãdiu quidẽ sunt in adoptiua familia, extraneorũ numero habeãtur: vt eos neque hæredes instituere, neque exhæredare necesse sit: cùm verò emancipati fuerint ab adoptiuo patre: tũc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si à naturali patre emancipati

o do. in l. iij. de libe. præte. C. per illũ text. Pau. in l. si filius. ff. de liber. & posthum.

p l. nõ putauit. ff. cõ. tab.

q in d. §. aliud & §. & hæ quidem. in d. auth. vt cũ de ap.

r d. l. 3. C. de libe. præter. Fab. infra §. seq.

s l. j. si quis à parente manum.

t l. pater filiũ ff. de inof. testa.

u §. & hæ quidẽ. in au. vt cũ de app. & ita hîc notat. glos. Fab. & Ang.

emancipati fuissent.

1 *De origine & vsu adoptionis.*
2 *Quid significet adoptare.*
3 *Exempla adoptionis.*
4 *De duplici adoptione.*
5 *Cautela quæ arrogetur qui est in patria potestate.*
6 *Quare arrogatio quæ olim apud populum fiebat, nunc apud princ. fiat.*
7 *Quæ sint reseruata principi.*
8 *De comitibus Palatinis.*
9 *Duobus casibus emancipatum vtroque iure impunè præteriri.*

OPerępretium in primis hîc videtur, vt ipsius adoptionis causas, atque vsum paucis ostẽdamus, ne quis inutilia existimet, quæ de adoptionibus sæpius in libris le-
1 gũ repetuntur. † Origo autẽ eius antiquissima est, neque enim tãtum modò Romani, verum etiam Græci & veteres Iudæi filios sibi assumere consueuerũt: vel quòd matrimonij capistrum recusarent, vel quòd sterile esset coniugium, vel quòd liberi morerẽtur, vel quòd mali improbique & degeneres essent. quod scilicet infortunium licebat aliorum adoptione emendare. † Hic autem licet filios eligere, quales quis velit, id est enim adoptare, cùm natura nõnunquam dissimiles parentibus producat. Hac autẽ
2 via stemmatum, prosapiæ, & familiarum cõseruatur dignitas, quæ sæpe liberorum orbitate peritura esset. † sic cùm vnica populi Romani spes in Scipionun familia constituta esset, cuius virtutẽ ac felicitatẽ aduersus Carthaginenses sæpe erat expertus, eáque peritura videretur, quod maioris Aphricani filius ob valetudinẽ gignere non posset, cõsultum est, vt is Pauli Aemilij Macedonici filium adoptaret, qui in sacra Scipionum transiens, Aphricanus minor est dictus, ob deletam Carthaginem. Sic Iulius Cæsar Augustum, Augustus Tyberium, Traianus Hadrianum, Iustinus Iustinianum adoptauit: & infinita sunt exempla passim obuia. Nam & Comicus in Adel-
3 phis de Mitione, eandem veterum consuetudinem indicat. Recentia quoque exempla historiæ nostræ suppeditant, & antiquissimus titulus quo Neapolitanum regnum Imperator noster optimus maximus Carolus possidet, à proauunculo suo rege Alphonso per reginam

Ioannam

Ioannã adoptato deducitur. Nec nouũ eſt, mulieres prin-
cipes ſibi aliquos adoptare, cùm & id Leo Nouella cõſti-
tutione vulgò permiſerit. Inter priuatos verò non omni-
no quoque incognitus eſt adoptionis hodie[a] vſus, quem
apertius mox declarabimus. Poſſunt autem & ſacerdotes
ex quorundam ſententia[b] adoptare. † Adoptio porrò du- 4
plex[c] eſt, & vtriuſque ſolẽnia cùm Imperator, tum etiam
Caius in inſtitutionibus, item A. Gellius. & M. Cicero
pro domo ſua explicat. Adoptionis tamẽ illa ſpecies qua
pater filiũ alteri in poteſtatẽ tradebat, propè abolita eſt[d]
Iuſtiniani conſtitutione, propter patrũ inter ſe fraudulen-
tam colluſionem. †Arrogatio verò manet, nec de ea quic- 5
quam immutatum[e] eſt. Verumtamen ne quid obſit huic
legitimo actui prædicta cõſtitutio, facilè per arrogationẽ
caueri poteſt. Nam cùm non tranſeat filius à patre in a-
doptionẽ datus in extranei poteſtatem, conſilium erit, vt
emãcipetur prius, ac deinde ſeſe ipſe in arrogationem cui
vult[f] det. Videndum tamen ne emancipatio hæc proxima
ſit arrogationi, ac adoptio magis eſſe videatur, in qua &
olim emancipationis ſolennia[g] interueniebant. Illud etiã
hîc conſiderãdum, non poſſe filium patri adimere manu
miſsionis ſiue emãcipationis ius, quod in hæreditate eius
fortitan eſt[h] habiturus. Sed ea in re plenius Bartolus[i] no-
ſter diſtinguit. Olim igitur atque hodie in frequentiore 6
vſu eſt arrogatio, quæ iure antiquo[k] apud populũ fiebat.†
Lege autẽ regia lata, quicquid erat iuris populo reſerua-
tũ id omne ad Imperatorẽ trãſlatum[l] eſt: ex cuius reſcri-
pto hodie quoq; omnis arrogationis vigor[m] pẽdet. †Hu 7
ius autem generis ſunt & alia, vt dare veniã ætatis, creare
doctores & notarios, concedere ius aureorum annulorũ,
in cuius locũ ſucceſsit, quod princeps nobilitatis inſignia
largiri ſolet, quæ in clypeis & ſcutis vulgò geruntur. Item
& ſpurios[n] legitimare. Hæc enim non pertinent ad ordi-
narios magiſtratus &[o] iudices: ſed principi reſeruata di-
cũtur. Quid igitur, ſi nõ poterit quis arrogare ſine princi-
pis indulgẽtia, an nõ videbitur arrogatio propemodũ ef-
fectu eſſe caritura? quis enim neſcit quã difficile ſit prin-
cipẽ adire, & vt etiã ſubinde annuat princeps, cancella-
riorũ eorũmque qui ſigilla cuſtodiunt, quàm ſit occupa-
tum, moroſum faſtidioſúmque hominũ genus, quis igno-
rat? † Sciendum igitur principem ſolere iſta nõnunquam 8
clariſsimis

a fac. Dec. cõſil. 399.
b Alex. & ibi Apo. ĩ l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de lib. & poſth.
c §. j. ĩ. de adoptionibus.
d l. cũ in adoptiuis. C. de adopt.
e d. l. cũ ĩ adopt. § fina.
f fa. qđ not. Bal. ĩ d. §. fi. ar. §. at hi. in frã de hære. quæ ab in.
g l. fi. C. de adopt.
h l. j. §. j ſi qs à parẽte ma.
i l. ſi in adoptionẽ. ff. de bo. poſ. cõtra. tab. Ang. in d. §. at hi.
k A. Gel. lib. v. cap. 19.
l §. ſed & qđ principi. ĩ. de iur. natu. gẽ. & ciui.
m §. j. ſuprà de adopt.
n Bal. ĩ l. 1. C. de iur. au. an.
o Al. ĩ l. 1. ff. de off. ei⁹ cui man. eſt iur.

clarissimis viris delegare,[p] quos nos comites Palatinos vocamus, qui authoritatē etiā arrogationi interponent: si tamen id ipsis nominatim codicillis siue priuilegio delegationis cōcessum fuerit: vt & Baldus [q] voluit. Qui ergo arrogati erunt, in alterius familiā trāseuntes, ex plebeiis nobiles[r] fiūt, atq; etiā ex spuriis legitimi: & si fuerint præteriti, ipso iure rumpunt testamētum.† Est & illud ex hoc
9 textu annotādū,[f] duobus casibus emācipatū iure ciuili & prætorio impunè posse præteriri, cū scilicet se in arrogatione alteri dedit, & cū ab ipso arrogatore est rursus emācipatus ac abdicatus: hoc enim postremo casu nullum ex pristino iure retinetur[t] vestigium. Attamē prioris parētis naturalis videlicet iura recuperat. q d tamē si hic erit mortu? certè est quod sibi imputet, nec enim potest queri se à patre naturali circūuentū[u] fuisse, cuius nullū in hac arrogatione factū intercessit, cū videlicet emancipationi temerè cōsenserit, & se ipse in arrogationē alteri dederit.

p Alex. præ. loco.
q in l. cùm in adoptiuis. §. fi. C. de ado.
r l. per adoptionē. ff. de adoptio.
f ij. limita. ad hunc §.
t l. in omni. ff. de adopt.
u arg. d. l. cū in adoptiuis.

Sed hæc quidē vetustas introducebat: nostra verò constitutio inter masculos & fœminas in hoc iure nihil interesse existimans (quia vtraque persona in hominum præcatione simili naturæ officio fungitur, & lege antiqua duodecim tabularum omnes similiter ad succesionē ab intestato vocabantur: quod & prætores postea secuti esse videntur) ideò simplex ac simile ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris descendentibus per virilē sexum personis, nō solū iam natis, sed etiā posthumis introduxit: vt omnes siue sui siue emancipati sint, vel hæredes instituātur, vel nominatim exhæredentur: & eundē habeant effectum circa testamenta parentū suorū infirmāda, & hæreditatē auferendam, quem filij sui vel emancipati habent, siue iam nati sint, siue adhuc in vtero cōstituti, postea nati sint. Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionem, quæ in nostra constitutione, quam super ado-

ptiuis tulimus, continetur.

1 *Tres differentias veteris iuris triplici ratione sublatas esse.*
2 *De Theodora coniuge Iustiniani.*
3 *Tribus ferè modis vetus ius restitui.*
4 *Filiam non posse excludi ab hæreditate patris, nisi sit dotata.*
5 *Cur masculi prærogatiua frui debeant.*
6 *An iure institutionum sublata sit differentia patriæ potestatis & emancipationis.*
7 *Noua declaratio huius textus.*
8 *An nouo iure sublata sit differentia patriæ potestatis & emancipationis.*

HOc paragrapho recẽsentur, † quæ iniquè per ius antiquum cõstituta noua[a] lege rursus emendatur: ea in 1
tribus potissimum cõsistunt. Erat enim[b] olim sexus differẽtia, videlicet inter filios & filias: erat gradus vt inter filios & nepotes: tũ quoq; inter filias[c] natas & posthumas. Hæc Iustinianus triplici ratione motus sustulit. Nã natura vtroque sexu ad humani generis immortalitatẽ æqualiter[d] indiget: itaque à principio statim Adamo adita fuit Eua. Itẽ lex xij. tab. fons Romani iuris, nullũ posuit inter has personas discrimen, quod per mediã[e] iuris prudentiã inductum est, maximéq; per Voconiam[f] legem, quæ fœminarum successionem valde adstrinxit. Quapropter & ipsi prætores æquitatem vbiq; amplectentes exclusas personas à iure ciuili per bonorum possessionis auxiliũ restituerunt. Et hæc quidẽ constitutio[g] Iustin. quæ plenissimè antiquum ius emendat, & mulieribus succurrit, celeberrima est, & in ore omniũ dedit fortassis hoc Iustinianus vxoris, † Theodoræ[h] Augustæ affectui. Nam hanc etiam ad consilia Reipub. adhibere consueuerat,[i] ob insi- 2
gnem rarámq; mulieris[k] prudentiam. † Hodiẽ tamen videmus tribus modis sæpissimè ad vetus ius nos relabi, pa- 3
ctis, statutis, & priuilegiis. Nam qui filias elocãt solẽt ferè curare, vt successioni ipsæ renũcient[l] necesse tamẽ est, vt huic pacto per iusiurandũ robur accedat: vt quod iure ciuili improbatum est, põtificia authoritate subsistat.[m] Statuta autem quæ stantibus masculis vel agnatis, fœminas ab iure succedenti excludunt, valere nemo ambigit, cùm & sic ad ius vetus redeamus. Vidi etiã principis priuilegia: qbus cõcedebatur familiæ vt masculi fœminis in successione præponerentur. † Quæ tamen omnia ita valere existimandum est, si dos fuerit data filiæ, quæ legiti- 4
mæ por-

a l. maximũ C. de liber. præt.
b supr. ĩ prin. titul.
c §. posthum. suprà eod.
d l. 12. tab. C. de leg. hæ.
e §. ceterũ. J. de legiti. agna. suc.
f Paul. lib. iiij. sent. tit. de inte. hær.
g d. l maximum.
h in aut. iusiurandum quod præstatur.
i argu. l. hæc autẽ. in auth. vt iudices sine quoquo suffragio.
k facit l. bene à Zenone. C. de quad. præscript.
l arg. l. pactũ dotali. C. de collat.
m c. quãuis. de pactis. in vj.

mæ portionis [n] vice sit: alioqui enim iniquissimum sit in
vniuersum filias [o] excludere. Eiusmodi autẽ pacta, statuta,
ac priuilegia, ea maximè ratione nituntur, quòd intersit
reipublicæ, vt salua sit familiarum [p] dignitas, quæ diuitiis
maximè floret, paupertate verò opprimitur: & alioqui vi-
ros aliqua prærogatiua frui nõ est ab ratione etiã natura-
5 li multũ [q] alienũ: † viribus enim, ingenio, & omnibus do-
tibus humanis mares fœminis præstãt: pugnãt pro repu-
bli. munera & onera ciuilia sustinent: totaq; iuris & legũ
tutela, in eorũ est manu. meritò ergo & in hæreditate po-
tiora iura habent. Quin & lex [r] Mosaica, filios filiabus præ
tulit: quæ adhuc in Iudæorum successione, vt à plerisque [s]
responsum est, obtinet.
6 *Et eundem habeant effectum.*] † Hæc verba videntur tol-
lere differentiam patriæ potestatis & emãcipationis circa
successionem, etiam ex testamento, quod quidem quate-
nus nouissimo iure procedat, posteà declarabim⁹. Sed di-
spositione institutionum hoc fuisse inductũ, vulgò inau-
ditum est, & Theophili interpretatio idem videtur signi-
ficare. Accursius tamen, & cæteri doctores hæc verba sic
intelligunt, quòd vt per diuersas vias sępè eodẽ tendimus
sic effectus quidem infirmandi sit idẽ, ius autẽ diuersum.
Nã emancipatus si erat pręteritus tantùm, contra tabulas
bonorum possessionem petere poterat, suus etiã ipso iure
testamentũ subuertere: quod ex ipsius cõstitutionis [t] ver-
bis clarius colligitur. hinc in prima glossa notat Accur-
sius in emancipatis nihil hîc corrigi. verũ id Iasoni nõ sa-
tisfacit, cũ expresè dicat textus, Nostra cõstitutio intro
duxit, vt omnes siue sui siue emancipati sint, vel hęredes
instituantur, vel nominatim exhæredẽtur. & cætera. Itaq;
tantũ non fatetur Iason emãcipatos etiã hoc iure subuer
tere testamentum, si fuerint præteriti, vt aliquid appareat
hac cõstitutione adiectũ esse. Ait tamẽ fortè id hîc induci
in emãcipatis, quòd cũ iure ciuili antea sint incogniti, [u]
vt nec ad querelã admittãtur, nisi prius quasi tessera qua-
dam à Prætore accepta, bonorũ scilicet possessione gratia
litis [x] ordinandæ, ea ob huius constitutionis comparatio-
nẽ, hodie non indigeant. hoc & Curtius alibi videtur vo-
luisse. Sed ego tamen alio loco [y] aliter bonorũ possessio-
nem gratia litis ordinandæ interpretabor. & si huius qui-
dem textus verba rectè perpenderimus, omnis quæ hinc

n Bar. in l. Titio centũ. §. Titio genero de condit. & demon.
o Alexã. & docto. in l. Gallus §. & quid si tãtùm & repet. c. quamuis de pactis. in sexto.
p l. i. §. sed & si seruũ. ff. de ven. inspi.
q facit §. cæterùm. J. de lega. agna. suc.
r ca. 27. Numeri.
s in l. qui se patris. C. vnde lib.
t d. l. maximum.
u §. emãcipati. J. de hær. quæ ab intesta.
x Bart. in l. Papi. § 1. de inofficios. testa. ff.
y §. 1. J. de inoffic. test.

assumitur difficultas cessabit. † Vult enim hîc Imperator 7
filias & nepotes ac omnes cuiuscũq; grad' & sexus suos, & emancipatos eodem iure vti quod habẽt filij sui vel emancipati. Nõ ergo id agit Iustin. vt suos emancipatis, sed vt filias & nepotes neptésque filiis æquiparet. Cũ ergo antea dictũ sit, ritè exhæredari filias inter cæteros, quod & de nepotibus per virilẽ sexũ descendentibus intelligendum, nunc noua constitutione nõ aliter valebit exhæredatio, quàm si nominatim facta fuerit ad instar filiorũ. Inter cæteros, ergo exhæredatæ quasi nõ ritè, hoc iure bonorũ possessionem contra tabulas habebant. Est igitur aliquid etiam in ipsis emancipatis hoc §. innouatum, manente tamen veteri differentia inter suos qui iure ciuili, & emãcipatos qui iure prætorio succedunt. Doctorũ porrò error ex eo venit quòd non integrũ textum legerint[z] substiterintque post illa verba hæreditatem auferendam. Vult igitur Iustinianus omnes cuiuscũque sexus, seu gradus liberos, suos & emãcipatos, eundem habere effectum quẽ habent filij sui & emãcipati. sexus igitur sexui, & gradus gradui æquiparatur. Non autẽ comparãtur sui emancipatis. †Restat vt videamus, an nouissimo saltẽ iure sub- 8
lata sit emancipatorum & suorum differentia. & cùm ab intestato succeditur, communi suffragio in hoc itum[a] est vt etiã emancipatus iure ciuili[b] succedat, sic tamen vt aditione opus[c] habeat, etiã si bonorũ possessionem omittere possit: id eum habet effectum, quod ad triginta annos adeundi ius illi saluum maneat: non aditam tamen hæreditatẽ transmittere ad heredes[d] nequeat, cùm id posse suum constet. Hinc etiã illud consequitur: nepotes in potestate retentos & suos, non coniungi hodie cum emancipato[e] patre, sed ab eo excludi. atque hoc suadet naturalis[f] ordo, vt patres filios submoueant. Nam emancipatio, Rom. legum commentum est, quas in hoc cessare voluit Iustin. vt quemadmodum cognati cum agnatis, ita emancipati cũ suis[g] admittantur. Est enim suitas species quædam agnationis, & emãcipatus cognatus manet. Atque ab hac opinione omnium ferè calculis & ipso vsu probata, quæ & naturali ratione nititur, minimè est recedendũ: tametsi[h] Ruinus, Fortunius, &[i] Alciatus diuersum disputẽt. Testamento verò facto idem propè est, nisi quod emancipatus, cum causa præteritus, solùm habet prætorium ac annale subsi-

z l. i. ciuile. ff. de legibus.
a Bar. & cæteri in l. Gal l°. §. & quid si tantùm.
b arg. §. nullã. in authẽ. de hæred. ab intest.
c Pau. in d. §. & quid si tantùm.
d l. emancipata. & ibi no. C. qui admit.
e gl. & Bar. in tit. de cõ. cũ eman. lib.
f auth. i. successione. de suis & legit.
g. in d. auth. hæred. ab intesta.
h vterque. in d. §. & quid si tantùm.
i 10. lib. iij. par.

ſubſidium contra tabulas. Simpliciter verò præteritus ita reſcindit teſtamentũ, veluti ſuus,[k] id eſt, vel ipſo iure, vel per bonorũ poſſeſsionẽ cõtra tabulas, Atq; hîc etiã nepotes iura ſui hæredis, quæ olim habebãt,[l] amiſerunt. Neq; enim ipſi præteriti ſubuertere teſtamentũ poſſunt patre quantumuis emãcipato præcedente, cùm ab inteſtato ab illo penitus excludantur. Idem fortè aliquis putet in nepotibus ab auo materno adoptatis, quandiu mater[m] præcedit. Sed hoc ego apertius infrà [n] decidam.

k *Bar. in authẽ. ex cauſa. C. de libe. præt.*
l *l. & ſic corrig. §. & qd ſi tantùm.*
m *arg. dicẽ. in §. ſi. j. eo.*
n *in princip. qui. mod. teſtamẽ. infir.*

Sed ſi in expeditione occupatus miles, teſtamentũ faciat, & liberos ſuos iam natos vel poſthumos nominatim nõ exhæredauerit, ſed ſilentio præterierit, non ignorans an habeat liberos: ſilẽtium eius pro exhæredatione nominatim facta valere, cõſtitutionibus Principũ cautum eſt.

1 *Milites vbique excipi in iis quæ ſolennia recipiunt.*
2 *An legata debeantur teſtamento propter ignorantiam irrito.*
3 *An filio aliquod ſit auxilium contra patris militantis exhæredationem vel præteritionem.*
4 *An hodie contra militis teſtamentum detur querela.*

1 QVemadmodum poſt † tradita ſolennia ordinandis[a] teſtamentis, ſubiectus eſt titulus. De militari teſtamẽto, quo perſonæ in expeditione occupatæ excipiũtur: ita & in inſtituẽdi exhæredãdiq; neceſsitate, quã per omnes liberorũ ſpecies Imperator declarauit, gratia eſt facta ipſis militibus, quorum volũtas pro teſtamento [b] ſufficit. Cùm igitur qui ſciẽs præterit exhæredare videatur, & ex ſilentio ſatis intelligatur voluntas, nõ aliud requirere in militis teſtamento debemus: ídque beneficium nõ omni militi competit, ſed ei tantũ qui in caſtris & in expeditione occupatus eſt, ſecundùm nouam Iuſtiniani[c] conſtitutionẽ, quæ generali ſanctione, militum priuilegia ad expeditionum occupationẽ reſtrinxit. ſed cùm id ex tacita militum volũtate introductum ſit, vt ipſorum præteritio pro exhæredatione habeatur, cõſequens eſt, vt vbi deeſt voluntas, id eſt, vbi ignorauit ſe filios habere ſuperſtites vel vxorẽ prægnantẽ: ibi quia nõ videtur eos exhęredare voluiſſe,[d] teſtamẽtum nullum habeatur. neque enim for-

a *ſuprà de teſta.*
b *l. j. ff. de milita. teſta.*
c *ſuprà in §. illis. de teſta. milita.*
d *l. ſi filius fam. §. j. de re mi. it.*

sitã alios instituisset, si filios se habere cogitasset:[d] etenim
& militibus ac aliis hominibus par est erga liberos affe-
ctio, etiã si illorũ in exhæredando voluntatẽ magis leges
tueantur.] Quærit autem hîc Faber, an testamento pro- 2
pter ignorantiam irrito, legata saltem debeãtur? & deberi
etiam veteri iure putat, argumento cuiusdam Imperialis[f]
sententiæ à Paulo relatæ. Verũ Papinianus expresè in hac
ipsa specie, neque legata deberi[g] ait. Et quanquam nouis-
simo iure, testamento propter præteritionem irrito, lega-
ta, & fideicõmissa firma maneant,[h] in hoc tamen casu ni-
hil innouatum esse Bartolus,[i] plurimíque alij post eum, in
terpretati sunt. Legata enim ideò debẽtur, ne penitùs te-
statoris voluntas rescindatur: at hîc nulla est voluntas, sed
ignorancia. Et verisimile est, si cogitasset parens filios se
hæredes habiturum, non fuisse ipsum tam multa illis ab-
laturum neque tanta legata elargiturũ.[k] Vbi tamen lega-
ta haud magni essent momẽti, neutiquã ea reuocãda esse
putarem: cùm & illa fuerat relicturus, sciens se filiũ habe-
re quem præteriit.[l] Nec obstat huic opinioni Imperialis
sententia[m] à Fabro adducta, cùm illic testamentum & in-
stitutio ipso iure valuerit, & ex æquitate Imperator sub-
ueniat. Nimirũ ergo si solùm quantum ad institutionẽ le-
gata rescindãtur: & illum casum esse specialem. vel ex eo
apparet, quòd regulariter iure veteri, irrito testamento le-
gatorũ datio simul corruat: de qua quidem re suo loco
copiosè ab aliis disputatum[n] est.

Pro exhæredatione] † Quæritur autem an nullũ sit huic 3
filio auxilium reliquum ad impugnandam patris volunta
tem? & quum tribus ferè modis testamenta subuertantur,
per ius dicendi nullum, per bonorum possessionem cõtra
tabulas, per querelam. Primum nõ competere certi iuris
est. valet enim testamẽtum iure militari, nec exhæredatis
datur bonorum possessio contra tabulas:[o] at hîc præteriti
habentur pro exhæredatis. An ergo querela dabitur, quæ
extremum est miserorum refugium: & id hîc vult Accur.[p]
sed tamen leges expresè repugnãt. Ait enim Vlpianus de
inofficioso testamento militis, nec militem dicere[q] posse.
Et item, cõtra veterem patrisfam. testamentum esse que-
relam, Papinianus ait. si tamen in militia fecerit testamẽ-
tum, & intra annum post militiam decesserit, cessare que-
relã Vlpianus[r] putat. † At hodie ex communi doctorum 4
senten

e ar. l. pe. in fi. ff. de inr. eod.
f l. fi. de her. instit. ff.
g l. militis co dicillis. §. miles. ff. de testam. milita.
h d. authẽ. ex causa.
i in l. filio præterito. ff. de iniu. rup. no. in d. auth. ex causa.
k arg. l. pen. de inr. codi.
l vide limi. doc. in d. aut. ex causa.
m in d. l. fi. ff. de her. insti.
n in d. auth. vbi ad d. l. fi. Bartol. respon.
o l. nõ putauit. ff. cont. tabul.
p in l. glo. fi.
q l. si instituta. §. de in-officioso. ff. de inof. test.
r l. pap. § pa. ff de inoffic. testam.

sententia traditum est, præteritione sine causa militis etiã testamentum collabi.[f] nec querela opus[t] esse propter no uellam Iustiniani constitutionẽ, quæ generaliter pręcipit vt omnes parentes, liberos instituãt, vel cum causa exhæredent, prætereántve. Sed Ludouicus Romanus[u] negat eã legem de militibus loqui quorum singulare ius est: quod generali correctioni dispositioníve de aliis parentibus nõ subiacet.[x] Idem sequitur Iason.[y] & Nouella[z] sanè de iis duntaxat personis loquitur quas citra ingratitudinis causam exhæredare non licet. quamobrẽ de militum filiis nõ potest intelligi, quos constat citra vllã causam, exhæredari à patre[a] potuisse. Verũ id reprobat acutè Alexãder: nam cùm certum sit filiumfam. tunc cùm de castrensi peculio, vel quasi, facit testamentum non posse parentes sine causa præterire[b] (quod tamen olim eum potuisse manifestũ est, cùm nec querela competeret) satis ex eo apparet, & in militibus id correctum esse quum castrensi peculio hoc datum fuerit propter militiæ memoriam:[c] & æquiparati olim in hac re fuerint filijfamiliàs, & milites: neutrorũ enim testamentum querelæ subiacebat: in filiofamiliàs certè negari hoc non potest, quum Nouella eam testandi formam filiis familiàs præscribat, qui de aliis rebus quàm castrensibus, vel quasi testamentum facere, non possunt.[e] Ego tamen non ideò adhuc in casu nostri paragraphi vetus ius correctum puto. Demus enim filiifamiliàs testamentũ citra institutionis formã non valere: id adhuc intelligi potest, quũ iure communi testatur. At si filiusfamiliàs vel paterfamiliàs in expeditione occupatus sit, ac iure militari faciat testamentum, cessabit prædicta lex, quæ formã paganorum testamentis præscribit. Militare verò testamẽtum ab omnibus solennibus liberum est. & inter cætera[f] solennia institutionem & exhæredationem reputari, suprà admonitum est. Hæc igitur milites obseruare nõ coguntur, quum & hìc & vbiq; milites excipi ab ea cõseruatione videamus. Sin verò milites etiam adstringemus ad instituendi exheredandíque necessitatem, sublatũ erit priuilegiũ, & quod nudam eorum voluntatem tuetur: & quanquam æquum sit, vt filij etiam à militibus instituantur: durum tamen est & leges corrigere veteres, quum posteriores id nõ exprimant,[h] & militum minuere priuilegia. Quod si autem hæc opinio procedet valere ipso iure testamentũ, nec no

f doc. in l. sicut certi & l. seq. C. de testa. mili.
t in §. aliud. vt cùm de appel. cog.
u in d. l. sicut.
x arg. gl. in l. sciendum. ff. qui satisdar. cogun.
y in d. l. sicut
z §. si vnũ: in authen. vt cũ de appel.
a l. fin. C. de inoffi testa.
b §. & hæc quidem. in d. authen. vt cũ de app.
c fac. glo. in § sed hactenus. suprà de militar. test.
e dixi ĩ prin. suprà quibus non est permiss. fac. test.
f l. inter cætera. ff. de libe. & posthu.
g l. 1. de test. milita.
h l. præcipimus. C. de appel.

 ua con-

ua constitutione quicquam mutatum esse, stabit etiam in excludenda querela ius [i] antiquum.

i l. Papi. §. Papi. de inof. testa. ff.

Mater, vel auus maternus, necesse non habet liberos suos, aut hæredes instituere, aut exhæredare: sed possunt eos silentio omittere. Nam silentium matris, aut aui materni, & cæterorũ per matrem ascendentium, tantum facit, quantùm exhæredatio patris. Neque enim matri filium filiámve, neque auo materno nepotem neptémve ex filia, si eum eámve hęredem non instituat, exhæredare necesse est: siue de iure ciuili quæramus, siue de edicto Prætoris, quo Prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit: sed aliud eis adminiculum seruatur, quod paulo pòst vobis manifestum fiet.

1 *An filij patrem præterire impunè poßint.*
2 *Cur olim patris præteritio, nõ habita quoque sit pro exhæredat.*
3 *An contra matris tabulas detur hodie bonorum poßeßio.*
4 *Quæ sit vtilitas an detur contra tabulas bonorum possesßio.*
5 *De origine & vsu bonorum possesßionis.*
6 *Mutatum penitus exhæredandi ius.*
7 *De causis exhæredationis.*
8 *An ex simili causa non expressa in constitutionibus exhæredari quis poßit.*
9 *Quatuor notabiles casus, in quibus licita est exhæredatio sine causæ expresßione.*

a summa §. huius.

SVpradicta obseruatio [a] circa exhæredationem liberorum maternis etiam parentibus remissa est, quorum testamentũ & iure ciuili valet, & prætorio quoque auxilio nõ rescinditur: vnicũq; ipsi liberis est in querela pręsidiũ. Quemadmodũ [b] vice versa, ipsis liberi, parẽtęs maternos impunè prætereunt, tantúmque tunc officium filiorum accusari potest. [c] diuersum tamen ius est in parẽtibus paternis. † Nã si emancipatus eum à quo manumissus est præterierit, dabitur bonorum possessio cõtra tabulas: [d] nisi tamen patrẽ præteritum filius testatoris pręcedat, qui prius ad querelam admittitur, eóque submoto pater demũ succedit 1

b glo. i.
c l. cùm filiũ C. de inof. testam.
d toto titulo si quis à parẽ. man.

tedit. nam [e] tunc conqueri poteſt: quoniã pro exhæreda to habetur, quẽadmodũ ſi nepotẽ præteritũ pater præce dat: eo quippe ſubmoto nepos etiã ſi præteritus ſit, nõ accipit bonorum poſſeſſionẽ contra tabulas: ſed querelã ordinare debet, vtpote pro exhæredato [f] habitus: quæ catholica eſt omniũ ſentẽtia. [g] Nos tamẽ quid probemus infrà [h] commodius explicabimus, vbi vetus ius non eſſe abolitum oſtendemus. è re interim eſt iuuenibus oſtẽdere quid vulgò ſit receptum: quibus eoúſque adherere debebunt, donec ſe maiorũ quæſtionum capaces & ad indagandam veritatem ampliore profectu inſtructos ſenſerint.

Siue de iure ciuili] † Quod ad ius ciuile attinet nouiſſima [i] Iuſtiniani ſanctione emẽdatio facta eſt: nam ſi filij à matre vel cæteri liberi à parentibus maternis fuerint ſimpliciter præteriti, teſtamentũ ipſo iure eſt nullũ. idẽmq; [k] vice verſa communi ſententia receptũ eſt, vt quibuſcũq; parentibus ab liberis præteritis ius dicendi nullũ aduerſus eorũ teſtamenta competat: nos tamen alium Nouellę intellectum infrà [l] indicabimus. Cæterùm cùm præteritio cum cauſa facta eſt valere teſtamentũ volũt. Ea verò quo modo ab exhæredatione ſecernenda ſit, ſuprà [m] à nobis oſtenſum eſt.

2 † Dubitari etiã hîc poteſt, cur olim non eodẽ modo patris præteritio pro exhæredatione habebatur vt matris: nam vtrobique eſt tacita voluntas exhæredationis: & dici forſitan poteſt, ius propter ſuitatem vel ſuitatis imaginem, certam ſolennitatem in exhæredatione præſcripſiſſe, vt tacita ſcilicet non ſufficeret.

3 *Siue de edicto prætoris*] † Quum filio ſine cauſa à matre præterito ius dicendi nullũ competat, ſitq; ius ciuile ea in parte correctum, ambigi ſolet an iure quoq; prætorio, cõtra matris tabulas hodie bonorũ poſſeſſio detur? id quod poſt Angelum & Romanum Iaſon tradidit, [n] & Alexander cauſæ & foro (ita vt fit in conſiliis) ſeruiens approbauit. [o] verùm id ab celeberrimis ætatis noſtræ profeſſoribus [p] Decio, Curtio, Alciato [q] confutatum, abundéque aduerſariorum rationibus reſponſum eſt. Quibus non eo ſolùm nomine lubenter ſubſcribo, quòd fuere nobis præceptores, verũ quòd eorũ ſententia veritati quoque magis conueniat. Falſum eſt enim ideo nõ dari bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas matris, quòd eius præteritio pro exhæredatione habeatur. Nã quæ exiſtimans periiſſe filiũ, aliũ hæ-

e l. pater filiũ. & ibi no. ff. de inof. teſta.
f l. ij. §. ſi emancipatus. ff. de bo. poſ. cõtra tabul.
g in d. l. pater. & in l. in ſuis. ff de lib. & poſthu.
h §. i. infrà de inof. teſt.
i § aliud. in authẽ. vt cũ de appel.
k §. & hæc quidem. in auth. vt cùm de appel.
l infrà de inof. teſta. in rubr.
m §. emancipatos. ſuprà eodem.
n l. ij. C. de bo. poſ. contra tab.
o conſil. 89. in ij. col.
p in d. l. ij.
q c. 12. libr. iij. parerg.

 redem

redem inſtituit, non voluit eſſe exhæredatum. [t] & tamen
nec tùm quidẽ competit contra tabulas, ſed ſola [f] querela:
quanquã & per principem eiuſmodi teſtamentũ reſciſſum
legimus, ita tamen vt libertates & legata præſtarentur, [t]
quod in ſpecie videtur aduerſari, quæ ſuperiore [u] thema-
te tractauimus: ob ignorantiam, ſcilicet irrito teſtamen-
to, legata etiam [x] corruere. Verùm facilis eſt ſolutio, cùm
hîc teſtamentum [y] validum fuerit, & habeat quod ſibi im
putet, qui maluit per principis decretũ ſibi ſubueniri, quã
per [z] querelam: quanquàm videbatur querelã illic non re-
ctè dari, cũ nõ eſſet quod accuſari pietas matris poſſet, ſed
magis ignorantia & [a] error. Sed cũ bonorum poſſ ſſio cõ
tra tabulas filiis ſuis præteritis detur, vel emãcipatis, quos
prætor reſciſſa emancipatione ad ſuorũ iura [b] reſtituit, ſa
tis apparet nullo modo, contra teſtamentum matris hanc
bonorũ poſſeſſionem cõpetere, cùm ſuos hæredes ne ho-
die quidẽ habeat, nec aliqua emancipationis ſpecies ap-
pareat, quæ per prætorẽ hîc reſcindatur: id quod Iurecõſ.
manifeſtè ſignificat: ideò ad teſtamenta matris dicens edi
ctum non pertinere, quia ſuos hæredes non [c] habeat †. Sed 4
nónne hæc inutilis eſt quæſtio? cur enim ſolliciti ſumus
an contra teſtamentũ matris cõpetat bonorum poſſeſſio,
quæ anno vno [d] extinguitur, cùm habeãnt præteriti filij
ius dicendi nullũ triginta annis [e] duraturũ? Quidã putant
vtilitatẽ in hoc conſiſtere, quod bonorum poſſeſſionis tẽ
pora non aliter currant, quàm ſi quis eam ſibi competere
ſciuit. [f] quod cõtingere etiã poſt triginta annos poteſt: ex-
tincto videlicet iam iure dicendi nullum: in quo ignorãti
etiã præſcribitur. Sed tamen an hoc verum ſit ambigo à
Corneo [g] certè, Curtióque [h] reprobatur. abſurdum quippe
videtur, vt per ſe annalia tantùm pratorũ beneficia vltra
trigeſimũ annum extendatur. Nam quòd tantũ vtile ſit tẽ
pus in bonorũ poſſeſſione, id quidẽ propter ipſius eſt [i] bre
uitatem: non tamen intantũ hoc porrigemus, vt longius
prætoriũ ius quàm ciuile duret. Alexã. ſupradictæ quæſtio
nis eã etiã vtilitatem [k] perpẽdit: quod cùm bonorũ poſſeſ
ſio cõtra tabulas ex quorũdã opinione præteritis à matre
detur: eodẽ iure etiã danda ſit bonorum poſſeſſio vnde li
beri. nã eiſdẽ perſonis hæ duæ dãtur: vna cõtra teſtamẽtũ,
altera ab inteſtato. Proderit itaque filio præterito à matre
bonorum poſſeſſio vnde liberi, quod ex duobus capiti-
bus ſucce-

r l. ſi filius de mil. te. & §. poteſt.
ſ l. ſi inſti. §. fi. ff. de ino. t.
t l. cũ mater de inof. te ff.
u præced. §.
x l. mili. codi cillis. § miles ff. de mi. teſt.
y vt & in. l. fi. ff. de hære. inſtit.
z Bar. l. filio præ. ff. de in. ru. aut. ex cã de lib. præ.
a reſpõ. vt p Bar. ĩ l. titia de inof. te. ff.
b l. ſed cũ pa. §. i. de bo. po.
§. emãcip. ĩ. eo. l. illud. §. ad teſtamen ta. con. ta. ff.
c d. §. ad teſt.
d l. i. §. largius. de ſuc. edi. ff.
e d. l. licet. C. de iure deli.
f not. in l. ij. C. q admit.
g vide de. l. ij. C. q admi.
h in rub. C. qui admit.
i facit l. fi. C. de tẽp. in in-

bus succedere potest,& per triginta annos ab successione exclusus quasi filius, possit adhuc vsque ad sexagesimum annum quasi legitimus [l] admitti. Sed nec hoc quidē satis defendi potest, etiam si vulgò ea opinio tradita sit. Putat enim Franciscus [m] Triginus, vt Alciatus [n] etiam annotauit, non esse plura successionū capita iure ciuili, quemadmodum sunt iure prætorio. quod ego veritati magis consentaneū esse arbitror. Quid igitur? nihil ne prodest, vltra ius dicendi nullū esse testamentū, habere bonorum possessionem cōtra tabulas? At cur & filij olim à patribus præteriti, in quorum erant potestate, bonorū possessio contra tabulas crebriùs [o] intentabant? Nulla certè hîc magna cuidénsque ostendi vtilitas potest, nisi quod suprà [p] tradidi: humanius parentū iudicia per bonorū posses. quàm per ius dicendi nullum expugnari. Verumtamen inspecta origine bonorū possessionis, manifestius quoque aliquanto apparet, cur olim qui iure ciuili succedere poterant, præ-
5 toriū adderent auxilium. † Sciendū ergo principio bonorum possessiones inuentas fuisse, vt ij qui iure ciuili succedere non possent, per prætorū æquitatē [q] admitterentur. Tum verò etiā vt qui à iure ciuili cogniti erant, accipiēdo hæreditatem à Prætorum manu, iustiores possessores esse [r] viderentur, s. ne summo tantùm iure vel inuadere, vel occupare defuncti bona, sed ab ipso iudice accepisse existimarentur. hinc apud quosdam populos durat [s] cōsuetudo, vt omnes hæredes à manu iudicis bona accipiant olim ergo non aliud erat bonorum possessionē cōcedere, quàm hæredem in possessionem bonorum mittere, ac illi ius ex sua iurisdictione [t] constituere. quanquam enim differat possessio, de qua acquirenda specialis est titulus, à bonorum possessione: satis tamē est verisimile eandē esse vtriusque verbi originem. Hanc igitur causam fuisse arbitror, cur ij qui iure ciuili succedere poterāt, bonorū possessionē peterent: quod hæc scilicet ipsis iustiorem quodā modo titulum dabat: postquā vtroque iure successio erat delata. Verum in postremis Iustiniani [u] constitutionibus nulla omnino bonorū possessionis mētio inuenitur, quæ
6 certis quoque tantùm casibus hodie necessaria [x] est. † Nouissimè circa hunc titulum, animaduertendum est planè aliam hodie formam exhæredationis esse, quàm olim fuit: vt si institutiones essent reformandæ. crediderim planè to-

teg. rest.
k in d. consi. 89.
l no. in l. licet C. de tut. deli.
m cōsi. 158. inter consi. Bar. & vide Bar. cos. 129
n c. iiij. lib. iiij. parad.
o l. ij. C. contra tabu.
p In princ. huius tit.
q infrà de bono. posses. in princip.
r l. iuste. ff. de acq. poss.
s Mansuet. tit. de success.
t fac. Cice. ij. oratione in Verrem. arg. l. i. ff. quo. bon.
u in authē.
x Areti. suprà in princi.

planè totum hunc titulum De exhæredatione, esse immutandum. Hodie[y] enim inter parentes liberósque nõ tanta est differentia circa exhæredationẽ, quanta olim fuit: vt suis locis à nobis indicatũ est: formáque omnis exhæredationis, in expressione causæ consistit. † Causæ autem ob quas liberi exhæredari possunt, sunt quatuordecim: ob quas parẽtes octo: atque octo eędem inter quatuordecim numerantur. Sex enim non satis graues, Imperator credidit. quædam enim pro patria potestate, vel etiam iure naturę parentibus in liberos permissa sunt: quæ vice versa liberis prohibentur. Quid enim si filium pater verberauerit, si conuiciũ fecerit, vel quid simile? an non hoc cõdonabimus patri? At nõ vicissim æquum est, filium esse censorem morum[z] patris. Illud mirum cùm expressè dicat Imp. Pręter quatuordecim causas enumeratas nullã aliã posse[a] obiici. Interpretes † tamen similes grauioresque communi opinione[b] admisisse: vt hodie non quatuordecim sint causæ, sed infinitæ propè ac innumerabiles: quæ sententia mihi nunquam placuit. Quid enim erat enumeratione opus? aut cur quæritur Imperator ab antiquis, grauiores causas fuisse prætermissas, si hîc licita erat extensio? aut in quo veterum altercatio sublata est, si adhuc alios licet assumere? Nusquam certè grauius ab interpretibus peccatur, quàm in hac extendendarum legum licentia. † Interdum tamẽ etiam citra causæ expressionem valet exhæredatio: vt si bona[c] mente fiat: si voluntate eius qui exhæredatur:[d] itẽ etiã[e] à milite. sed & filia rectè exhæredatur sine causa, quę ab intestato[f] nõ potest succedere. Collegit & alios casus[g] Iason, sed supradicti sunt præcipuè notabiles.

7 (margin, at "† Causæ autem")
8 (margin, at "Interpretes †")
9 (margin, at "† Interdum")

y d. §. aliud

z §. sed quid sancitũ. in authẽ. de nupt.

a in d. §. aliud.

b in aut. nõ licet. C. de libe. præt.

c l. multi. ff. de liber. & posthu.

d l. nõ putauit. §. si quis sua manu. ff. cont. tab.

e 3. § præced.

f no. doc. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. de lib. & posthu.

g d. aut. nõ licet. C. de liberis præte.

De hæredibus instituendis.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Curiosa annotatio.*
3 *Quæ ferè in testamentis poni soleant.*
4 *De gerundiorum & participiorum significatione.*

Inter varias † cõtinuationes ab interpretibus relatas, ea[a] huic loco maximè cõuenit, quã etiam Theophilus cõprobat: post liberorũ scilicet institutionẽ exhęredationẽq; de cæterarũ psonarũ institutiõe tractatũ rectè atq; ordine subiũgi. Itaq; generaliter inscriptus hîc titul. est De hæredibus 1

a ponit gl. in rub. ff.

dibus instituẽdis, hoc est q possint hæredes institui, quęq; circa hæredis institutionem[b] inspici soleãt: nã & de cõditionibus institutionũ, de quib⁹ proprius in Pãdectis est ti-
2 tulus, breuiter hîc perstricta materia est. †Cæterũ nõnulli λεπτολογῶντα omnia[c] pensiculantes, gerundia[d] participiá que futuri temporis necessitatẽ quandã significare annotant: ideóque impropriam hanc interpretationem esse. Est autem necessaria in omni solenni testamento hæredis[e] institutio (cætera enim omitti possunt, qualia sunt legata,[f] fideicommissa. libertatum datio, tutorũ atque executorum cõstitutio, funeris item & sepulturæ ordinatio) sed tamen ex contextu satis apparet, nõ de hæredis instituendi necessitate hîc agi, de qua circa testamenti diffinitionem[g] dictũ est, sed tãtùm (vt rectè breuitérque Accursius notauit) qui possint, & qualiter possint hæredes insti-
3 tui. †Porrò de gerundiorũ participiorúmque significatione hoc retinendum est, totam ferè eam ex adiunctorum vi[h] pendere: nã si dixero liberos hæredes instituendos vel exhæredandos esse, moriendũ esse omnibus, hîc quædam colligitur necessitas. at cùm dicimus inter nauigandum multa animo obuersari pericula, animo occidẽdi Titium inuasit, in allegandis legibus iudiciũ & modũ adhibendũ, in diuidenda hæreditate iudicis maximè valere officium, hîc nemo dixerit aliquam esse necessitatis significationẽ. Vnde ego nihil differre arbitror, siue titulus inscribatur, De hæredibus instituẽdis, siue De hæredum institutione. nam & qui suprà est De exhæredatione liberorum, in Digestis est De liberis[i] exhæredandis. Nec quicquam quoq; interest De satisdando, an De satisdationibus, titulus inscribatur. Proinde valdè ineptiunt vulgares interpretes, qui huiusmodi nugas Commentariis suis inferciunt.

HAEredes instituere permissum est, tam liberos homines quã seruos, & tam proprios quàm alienos. Proprios autẽ olim quidẽ secundum plurium sententias, non aliter quàm cum libertate, rectè instituere licebat. hodie verò etiã sine libertate ex nostra constitutione hæredes eos instituere permssum est. Quod nõ per innouationem induximus, sed quoniam

b gl. hic super rubr.
c Iason & Mod. hîc.
d in rub. ff. de liber. & posth. & rub. ff. de edendo.
e §. ante hæredis j. de le.
f de quibus te. in l. verbis de ver. sign.
g s̃. de test. ord.
h vide Alc. in rub. C. de eden. Ias. & scriben. j. de act. in rubr.
i de lib. & posthum ff.

æquitis erat. & Attilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſurium Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſeruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem teſtator habet, alio vſumfructum habente.

1 *Qui dicantur hæredes.*
2 *Quid ſit inſtituere.*
3 *Hæredem ſuccedere in dominium & poſſeßionem defuncti.*
4 *De ciuiliſsima poſſeßione.*
5 *An idem dominium habeat hæres quod fuit apud defunctũ.*
6 *Quoſdam etiam liberos homines non poſſe teſtamentum facere*
7 *Voluntatem ſcripto præferendam.*
8 *De Attilicino.*
9 *Ad Maſuriũ non nuncupationẽ, ſed annotationem ſignificare.*
10 *Solutio contrariæ legis.*
11 *De authoritate Iureconſultorum veterum.*
12 *De Papiniani præſtantia.*
13 *Quid ſi ſeruo hæredi in diem data libertas ſit.*
14 *Cur ſeruus proprius cui legatum factum eſt, liber non fiat.*
15 *De ſeruo communi hærede inſtituto.*

HÆredes inſtituere] †Hæredes veteres dominos[a] voca- 1
bant, & quanquã in rebus quoque ſingulis teſtaméto
relictis, id eſt legatis, dominium transferatur:[b] attamẽ ad
vniuerſi dominij, ac iuris ſucceſſionem hoc nomen reſtri
ctum eſt. Hæredes enim vocamus, iuris ac vniuerſorũ bo
norum,[c] ſucceſſores. Accur.[d] in verbo †Inſtituere, præpo- 2
ſitionem vim etiã aliquã habere arbitratur: quaſi ſcilicet
hæredes domini intus ſtatuantur, ac in defuncti locũ[e] ſub-
intrent, ſuccedántque. Sed hoc quidẽ magis eſſet ſibi ali-
quem ſubſtituere. quãobrem ego infrà ad ſubſtitutionis
differẽtiam adiectam præpoſitionem oſtẽdam. Conſtitui
tur autem hæres, vel ſcriptura vel[f] nuncupatione. Sed &
quare inſtitui vel ſubſtitui dicatur, ex vulgarib⁹ illis inſti
tutionis verbis colligi ſatis poteſt: Titius hęres eſto. †Nõ 3
tamen nego hęredẽ ſuccedere in iura defuncti, quæ qui-
dem partim in dominio, partim in poſſeſſione cõſiſtunt.
atque hinc continuatio quędam fingitur dominij[g] & poſ-
ſeſſionis à defuncto in[h] hęredem: dominij quidem cùm
adita eſt hæreditas, poſſeſſionis cùm eſt apprehenſa[i] cor-
pore:

a §. fin. J. de hær. qua. & diffe.
b l. à Titio. ff. de fur.
c l. hæreditas ff. de verb. ſignific.
d gloſſ. 1.
e auth. de iureiur. à mor. præ.
f l. 1. ff. eod.
g l. omnis hæreditas. l. omnia fere. de reru. iur.
h §. diutina. J. de vſuca.
i l. cũ. hæredes. de acqui. poſſ.

pore: nisi quod ad vsucapionem implendã nõ est etiam ap-
4 prehensione noua[k] opus. †Plerunque autem & statutis in- | k l. cũ miles. ff. ex qui cau. ma.
troductum est, vt eodem modo possessio quo dominium ab adita hæreditate sine aliquo actu corporali in successorem continuetur, & hæc quidẽ dicitur ciuilissima possessio, quæ apud Francos vsitatissima[l] est: vnde res ab aliis occupatas, non actionibus, sed interdictis ferè recuperare | l his apud eos verbis, le mort saisit le vif.
5 hæredes illic solent. †Hoc quoque hîc quæritur, an cùm hæres defuncti locum subintret, atque eius personã repręsentet, idem omnino dominiũ habeat quod[m] defunctus? Et dominiũ quidem re ipsa ac specie non differre certum est: numero tamen (vt aiunt) diuersum est: nam dum iacet hęreditas, reuera nullus eius est[n] dominus: atq; adeũ do hæres accipit dominium, non quidem numero idem quod in defuncto fuit extinctum: sed tamen cùm titulum suum inde hęres deducat, idem omnino esse dominiũ videtur. nec medio tempore sine domino fuisse hęreditas[o] fingitur: à morte videlicet in hæredem continuata. Hoc quidem subtile magis est quàm vtile. Sed vel eo nomine explicare volui, ne quis se deinceps in eiusmodi inanibus quæstiunculis torqueat.

m Faber & Ang. hîc.
n l. i. in prin. ff. de rerum. diui.
o d. l. omnis hæreditas.
p §. de iure perso. ĩ prin.
q l. cũ leg. ff. de testam.

6 *Permissum est*] Regula est, † omnes posse hęredes institui, tam liberos quàm seruos: sub qua diuisione omnes homines[p] cõprehẽdũtur. & de seruis quidẽ satis exactè omnes penè species Iustinianus hîc explicauit, de liberis verò nihil tradidit, in quibus tamẽ nõ semper supradicta regula procedit. Multi enim sunt liberi homines, qui institui nequeunt, vt improbi. &[q] intestabiles, vt filij eorum qui læsæ maiestatis rei[r] sunt. vt deportati, & peregrini[s] atque adeò olim nulli à ciue romano institui poterãt, nisi ciues quoq; ipsi Romani essent: quod in Oratione Ciceronis pro Cecinna notare licet, nec parua hęc erat Romanę ciuitatis vtilitas, vt bona apud ciues permanerẽt: quod etiã hodie obseruari apud aliquos populos animaduertimus. & tamẽ non est dubiũ barbaros, hostes, peregrinos exteróśq; liberos[t] cẽseri. Nõ possunt etiã spurij hæredes institui, sed dũtaxat à patre,[u] auus enim ex filio notho natũ, vel ex legitimo filio spuriũ nepotem instituere minimè[x] prohibetur hodie quoq; monachi quidã inutiliter testamẽto hæredes[y] instituũtur. olim etiã cũ incertis personis non erat testamenti[z] factio: quæ ratio videtur quoque fuisse in posthumis alienis

r l. quisquis. §. filij. C. ad le. iul. maie.
s l. i. C. de hær. inst.
t arg. l. nõ dubito. ff. de cap.
u §. fi. in aut. quibus mo- na. effi. sui.
x not. ĩ l. Gallus. §. quid si is.
y c. exiui de paradiso. de ver. sig. in cle.
z ĩ. de leg. §. incertis. & §. seq.

alienis. Ac in summa quibus nõ potest legari, iisdẽ etiam inutiliter hęreditas[a] relinquitur: ac sic restringenda est regula, quæ liberos homines hæredes institui permittit.

Proprios autem olim quidem] † Antiqua est hæc quæstio & 7 quãquã ferè seruitus nobis est incognita, præsens tamen iuris decisio aliis sæpe casibus accommodari potest. Illud enim hîc notatu dignum, Voluntatem testatoris simplici scripturæ, item æquitatem rigori præferendam esse pluri mę autem quæstiones exoriuntur, nec ignotæ etiam rhetoribus, de scripto & voluntate, iure & æquitate. Nã cum quidam proprium seruum hæredem instituisset, nec de libertate quicquã meminisset, plerisq; visum est liberũ eum esse nõ posse, cùm de hoc nihil testator scripserit. attamen quomodo erit hæres, si in seruitute manet? Verisimile est ergo eũ de libertate etiam sensisse quã interpretationem ipsa æquitas, quę volũtati maximè suffragatur, & libertatis fauor inducit, suadétque. Quãquam ergo veteres ferè Iurecõsulti crediderint hũc nec liberum nec hęredem fore,[b] nisi de libertate testator voluntatem suam expresserit: Imperator tamen noster aliud constituit, maximè cum aliquos ex antiquis etiam idem voluisse compertum sit,
8 † & Atrilicinum qui Proculi[c] fuit auditor, in ea opinione fuisse Iulius Paulus citat in Annotationibus suis ad commentaria Masurij Sabini & Plautij, in quo hoc obiter quo que annotandum est † ad Masurium non hîc nuncupatio 9 nẽ significare, seu dedicationẽ operis, verũ annotationẽ veluti, ad edictum, ad legem Aquiliam, ad senatuscõsultũ Macedonianum. quis enim temporũ peritus ignorat Masurium toto seculo antiquiorem fuisse Iulio Paulo? Quoniã verò Attilicinus in eadem fuit sententia, fatetur Imperator non se per innouationem hanc quęstionem iudu xisse: alibi tamen ait, noua se ratione id[d] cõstituisse: nec tamen id huic aduersari Accursius ostẽdit. † vetus enim fuit 10 prudentium de hac quæstione altercatio. & quanquam prudentiũ responsa magna nitebantur authoritate,[e] cùm tamen inter se dissentiebant, plurium sententia pręponderabat, & aliquando meliorum opinio, plurium consensui[f] præferebatur. † Sic in Codice[g] Theodosiano de respon- 11 sis prudentum legimus, Vbi diuersæ sententiæ proferuntur, potior authorum numerus vincat: vel si numerus ęqualis sit, eius parti accedat authoritas, in qua † excellẽtis in- 12 genij

a l. ij. de leg. i. §. legari. j. de leg.

b ar. l. qui sol uẽdo. l. eũ qui soluẽdo ff. de hære. insti.

c l. Attilicinus. de pactis dotalibus. ff.

d §. ideq; iuris. §. qui. ma nu. non lic.

e §. responsa. §. de iure nat. gẽt. & ciuil.

f vide Salo. in dict. §. responsa.

g lib. i. tit. iij

genij vir Papininianus emineat, qui vt singulos vincit, ita cedit duobus. Nõ dubito itaq; diuersam sententiam tanquam[h] plurium, prius obtinuisse: quum altera in qua cum Attilicino fortè Paulus fuit, pauciores habuerit assertores, quã nouo deinde argumẽto approbauit Iustinianus, vt in eius constitutione[i] apertius legitur. Quid autẽ iuris sit cũ hęreditas purè relicta est, libertas verò sub conditione[k]
13 (de quo quęrit Accurs. decisum est ab [l] Iustiniano. †In eo tamen casu nihil mutatũ arbitror, quum purè hæreditate relicta seruo libertas in diem dilata[m] est. nã hîc de voluntate constat: quemadmodum nec illic seruus liber erit aut hæres, quẽ tantùm hęredem, nõ etiam liberum esse testator voluit:[n] hîc enim voluntatis coniectura sumi nequit,
14 cùm manifestè refragetur † Nonnulli quoque[o] de eo mirantur, cur nõ eodem modo seruus proprius liber fiat cui legatũ est relictũ: sed in prõptu ratio est, hæreditas enim nullo modo nisi libero acquiri potest: quapropter citra libertatem exitum inuenire volũtas defuncti[p] nequit. nam id ideo inductum esse, quòd seruo hęrede instituto, fauor etiã aliquis testamenti cõsideretur, mihi[q] non placet: cùm in Iustiniani constitutione[r] seruum hunc cohæredem habuisse appareat, per cuius aditionem testati causa cõseruari
15 poterat. † Quęrit & de seruo cõmuni, hærede ab altero ex dominis instituto Aretinus: & quidem si libertatem reliquisset, nõ est dubium posse seruum ab alio domino sese redimere[s] cùm verò de ea nihil dictum sit, consentiunt[t] omnes in seruitute hunc permansurũ, & hæreditatẽ cum altera sui parte domino alij acquisiturum: quæ opinio mihi videtur aduersari defuncti voluntati. proinde crediderim libertatis fauore & ad hunc casum Iustiniani constitutionẽ præferendam: & quanquã hîc subest persona cui seruus institutus hęreditatẽ acquirat: ex voluntate tamen defuncti definienda potiùs hæc quæstio est, cùm etiam in Iustiniani constitutione cohæredem hîc seruus habuerit, atque ipse etiam alteri legatus post institutionem fuerit, cui acquirere potuit: & nihilominus tamen liberum hæredémque illum fieri Iustinianus humaniter constituit. Certè si communem seruum tutorem quis scripsisset, non dubito quin redimi debeat, etiam si nulla libertatis facta esset mentio: cur ergo non hîc idem dicimus, quando diuersitatis ratio reddi[u] nequit?

h facit quod dicitur secũdũ plurium sententiam.
i C. de neces. ser. hær. inst. l. quidam.
k l. seruus. §. 1. ff eod.
l l. fin. C. de nec. ser.
m l. quoties. §. fi. l. q filio. §. 1 ff. eod.
n gloß. in d. §. ideq; iur. & hîc docto.
o §. de illo. in d. l. quidam.
p d. §. de illo.
q Mod. hîc.
r in d. l. quidam.
s l. 1. C. de cõmuni seruo manu. §. fin. supra de don.
t gl. & doct. in l. sed & si in cõ. §. pen. ff eod.
u arg. l. Illud ff. ad legem Aquil.

Eſt tamen caſus, in quo nec cũ libertate vtiliter ſeruus à domina hæres inſtituitur, vt conſtitutione diuorum Seueri & Antonini cauetur, cuius verba hæc ſunt: Seruum adulterio maculatum, non iure teſtamento manumiſſum ante ſententiam ab muliere videri, quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata, rationis eſt. Quare ſequitur, vt in eundem à domina collata hæredis inſtitutio, nullius momenti habeatur.

1 *Hunc paragraphum in noſtris miniſtris non procedere.*
2 *Dominam ſeruo ſuo nubere poſſe impunè.*
3 *Quæ ſit pœna mulieris luxurioſæ.*
4 *Fœminas magis quàm viros & decet & ornat pudicitia.*
5 *Ratio huius conſtitutionis.*
6 *Reſtrictio huius conſtitutionis.*
7 *De intricata quæſtione huius paragraphi.*
8 *An ſeruus pendente iudicio manumiſſus, ſi abſoluatur, libertate frui poßit.*
9 *Declarata l. cùm filius. §. ſeruus de legat. ij.*
10 *An & hæreditatem ſupradictus ſeruus accipere poßit.*
11 *Quomodo intelligẽdũ vltimã volũtatẽ nõ poſſe in ſuſpẽſo ſtare.*

NOtabilis hîc recitatur caſus, †in quo ſeruus proprius 1
hæres inſtitui nequit, qui à ſupradicta regula excipi
tur: nã cũ manumitti nõ poſſit, nec ſubſiſtere in eo ſine li-
bertate hæreditas queat, certũ eſt nõ valere inſtitutionẽ:
quod tamen intelligendũ eſt in ſeruis, non liberis homi-
nibus nobis ſeruientibus, id eſt, operã dantibus vel locãti
bus, qui pendente accuſatione adulterij inſtitui poſſunt,
cùm liberi ſint, & accuſatio nihil impediat hæreditatis ac-
quiſitionẽ. Quod autem de adultero ſcripſerunt Impera-
tores Seuerus & Antoninus, idem videtur ad omnem con
ſuetudinem dominæ cum proprio ſeruo extendendũ ex
conſtitutione[a] Conſtantini,† niſi tamen nubere domina 2
ſeruo ſuo voluerit, neq; enim nulla tũ erit pœna, cùm hoc
pontificia[b] lex permittat: & fortè libertatẽ ex hoc matri-
monio ſeruus cõſequetur: nã ſi permittẽdo vt ancilla nu-
bat libero, dominus manumittere[c] videtur, cur nõ etiam
dicamus mulierẽ, liberum eum eſſe velle quẽ ſibi maritũ
delegit? Quòd ſi verò in ſimplici fornicatiõe ſeruus accu-
ſatus igni-

a l. i. C. de mulierib. quæ ſe ſeruis proprijs iunxerunt.
b vide per totum extra de coniugio ſer.
c l. 4. §. ſed & ſi quis. C. de latin. lib. tol.

satus ignibus[d] traditur, multò magis idē erit cùm adulte- *d l.i.C.de mu*
3 rij crimine, duplicíq; delicto maculatus est. † mulier cer- *lierib.*
tè capitalē sustinebit sententiā, quā mortem doctores[e] in- *e Angel. hîc.*
terpretantur, quod etiā cōprobatur ex latioribus verbis
constitutionis D. Cōstantini, quę in Codice Theodosiano
refertur. Verū an idem etiam erit, si vel deosculatus domi
nam fuerit, vel procemia illicitæ luxuriæ dederit, quæri-
tur? Ego non[f] puto, præsertim cū eiusmodi apud nonnul- *f De. in rub.*
4 los populos sine delicti suspitione tolerētur. † In hoc om- *de iudiciis.*
nes consentiunt, non eadē pœna dominū teneri, qui cum *extra.*
ancilla[g] rem habuerit: hîc enim partus seruus nascitur, at *g arg. l.i. C.*
libera mulier tali coitu liberorum ingenuitatē inficit: & *ad legē Iuliā*
matronas alioqui maximè decet pudicitia, qua non aliam *de adulte.*
pretiosiorem dotem habent.

5 *Rationis est.*] † Prohibetur manumissio serui non modò
si cū ipsomet, verùm etiā si cum alio domina adulterium
cōmiserit: sed hîc tantū vsq; ad sexaginta[h] dies, ibi vsque *h l. pspexit.*
ad finē iudicij, id est, sententiam. & quidem quando cum *ff. qui & à*
alio contractū est crimen, ratio ea redditur, ne quæstioni *quibus. l. iij.*
seruus per manumissionem[i] subducatur: liber enim factus *C. de adulte.*
torqueri nō posset, quod & hîc dici potest. largiusque tem *i d.l. pspexit.*
pus præstitutū est, quòd is seruus & ipse accusetur, & mu
6 lieris accusationē instruere[k] possit. † Videtur tamē ex hac *k facit l. pro-*
cōstitutione, etiā si domina esset accusata, si tamen seruus *spexit.*
nondū fuerit insimulatus manumitti eum post sexaginta
dies posse: quinimò tenebit etiā libertas, si solus accusabi
tur: quanquā dubitari possit, an de adulterio seruus accu-
sari possit, atq; interea ad vxoris delictū[l] cōueniri. Cōstitu *l ar. l. omniū.*
tio certè Seueri & Antonini indicat vtrūq; fuisse simul ac *& ibi not. C.*
cusatū. ante alterutrius verò accusationē tenere manumis *de adult.*
sionē nō est dubiū, dummodo tamen non fuerit factū di-
uortium: nā tunc etiā ante accusationem intra sexaginta
dies impeditur[m] libertas, vt rectè annotatum est à Fabro *m d.l. prospe*
atq; Aretino. olim verò cōstante matrimonio adulterij iu *xit. in §. fin.*
7 dicium peragi nequibat. † Porrò illa in hoc paragrapho
in primis intricata quęstio est,[n] nec satis vulgò expedita, *n d.l. crimē*
An is qui pendente iudicio manumissus inutiliter fuit, li-
bertatē hæreditatéq; saltē cōsequi possit, si absolutus fue-
rit. Plures in ea sententia esse videtur, vt nō teneat institu-
tio. Ego diuersum puto, quāobrē quò melius hęc enucleé-
tur difficultas, separatim primò de libertate videamus, an

illa scilicet cōpetat post absolutionem, quæ quidem si con ciderit, frustra de hæreditate disputabimus: sin verò illa cōpetit, tū vlterius de hęreditate & institutione quęrendū est. †Videtur autē prima facie libertatem nunquā compe- 8 tere, cùm ab initio inutilis sit manumissio. & quid dubij est habitura hæc Imperatorum cōstitusio, si eo tantùm casu libertas impeditur, quo cōdemnatoria sequitur sententia, quę vitam etiam aufert: quo casu nihil certè profutura est libertatis datio: quapropter intelligēda erit cōstitutio, vt etiam post absolutionem, præcedens manumissio nihil momenti adferat. diuersa tamen sententia æquior est, ne falsa & calūniosa accusatione libertatis beneficio seruus fraudetur: cùm ob eam causam pręcipuè pendēte lite impediatur libertas, ne quæstioni subducatur, ob id quod liber sit, néve ex eo mitiùs puniatur: nam innocentiam lex grauare noluit, sed tantùm ne sontes per libertatem à supplicio haberētur, prouidit: quod etiam ex difficili casu Papiniani[o] plurifariā colligi potest, in quo †dicitur serui li- 9 bertatē, & statum ob quęstionem adulterij suspendi. ergo apparet fortè futurū, vt liber ille fiat, nec penitùs inutilis existat manumissio: & cū dubitat an legata sperare possint, nónne innuit libertatem posse adhuc competere? nā condēnatus vel seruus permanēs, sine vllo dubio accipere ea nequiuisset: perpende etiā quod purè manumissus fuit, & purè data legata fuerint, quæ emphasi non carent. Quanquam ergo inutilis est ante sentētiam manumissio, vires tamen postea accipiet: quod fauor libertatis & innocētię suadet: ac satis magnus interea effectus est impeditę libertatis, quod quæstioni subductus non fuerit. †Nunc dispi- 10 ciamus an hęres esse possit? quod quoq; arbitror. Nā quæ obstare[p] videbantur, de legatis loquuntur. certum est autem legata purè data, tunc cùm adita est hæreditas cedentia, inutilia fieri, si libertas adhuc in suspēso fuerit. nequit enim legatùm purè datum atque adita hęreditate cedens in suspenso stare: nam si semel cessit, nō iam amplius [q] suspenditur. †At nō idem in hæreditate, ea enim non simi- 11 liter cedit, cúm cessio eiùs vna cū aditione differri possit donec de libertate eueniat conditio: quod ex eo cōprobari potest, quòd cùm hęreditas purè relicta est, libertas autem sub cōditione, eueniente demum cōditione vtraque[r] competat: at si legatum purè factū sit, & libertas sub conditione

o l. cū filius. §. seruus. ff. de legat. ij.

p d. §. seruus. cū aliis legibus alleg. à Fab.

q l. fin. C. cō-mu. præd.

r l. seruus. §. 1. ff. eod.

ditione

ditione relicta fuerit, nisi antequam cedat legatum cõditio euenerit, ipsum euanescere[f] certũ est. Mea itaq; sententia seruus absolutus, si liber, erit etiã hæres: tametsi legata percipere sperareq́, non possit. Cur tamen in Syllaniani[t] Senatuscõsulti impedimẽto legata inutiliter cedentia debeantur, specialis sine dubio est ratio: nam illic hæres etiã adire remoratus hæreditatem non aditam [u] transmittit.

f l. quæsitum. §. i. de lega. i.
t l. pen. C. ad syllania.
u l. si qs graui. § fin. ff. ad Sylla.

Alienus seruus etiam is intelligitur, in quo vsumfructum testator habet.

1 *An vsusfructus pars dominij sit contra communem opinionem.*

ID quod hîc deciditur poterat satis ex precedentibus[a] intelligi, ad expressiorem tamen declarationem additum fuit: nec definitio hęc tantùm in alieno seruo procedit, verùm in quibuscunque etiam aliis rebus: proprium enim &
1 alienum, meum & suum à dominio denominãtur. † Attingit porrò hîc eum nodum Angelus, An vsusfructus pars dominij sit: in quo leges non satis[b] conueniũt, sed eam ferè probant solutionem, quod ad totum & plenum dominium constituendum pars sit vsusfructus, nõ aliter ac paries domus portio est. ac ita vnum responsum intelligunt quod ait in multis casibus vsumfructùm dominij partem esse. Sed id mihi non probatur, hęc enim ratio nõ in multis casibus, sed omnibus procedit. & alia[c] lex ait totum nostrum esse, etiã si vsusfructus alienus sit: in toto verò nulla pars deesse potest. & tamen si absit vsusfructus æquè dicitur noster esse fundus. dicendum ergo vsumfructũ non esse partẽ dominij, sed aliud quoddã ius in re, ad reliquarum seruitutum[d] instar: nemo autem dixerit, eum qui ius eundi per agrum habet, dominum eius esse in aliqua parte. Quomodo ergo intelligemus quod dicitur vsumfructũ dominij partem esse in multis casibus? mihi non displicet vt dicamus vsumfructuarium in multis casibus pro domino haberi, & aliquando etiam credidi videri vsumfructũ partem dominij esse in iis tãtùm rebus, in quibus fructus est in corporũ perceptione, vt in agri fructibus, & animalium fœtu: nam ibi videtur vsusfructuarius partis vnius dominus esse, quod nõ idem est in ædium vsufructu:[e] sed hic intellectus subtilibus auribus (vti sat scio) non arridebit: reprehendi tamen à quouis eum libenter patiar, dum modo idem meliorem adferat.

a s. §. i. ibi prius autem.
b l. iiij. C. de vsufr. l. rectè dicimus. de verb. sig.
c d. l. rectè dicimus.
d. ita dicit l. rectè.
e arg. l. vacca. ff. de emictio.

Seruus autem à domino ſuo hæres inſtitutus: ſi quidam in eadem cauſa manſerit: fit ex teſtamento liber, hæréſque ei neceſſarius. Si verò à viuo teſtatore manumiſſus fuerit, ſuo arbitrio adire hæreditatem poteſt: quia non fit hæres neceſſarius, cùm vtrumque ex domini teſtamento non conſequatur. Quod ſi alienatus fuerit, iuſſu noui domini adire hæreditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit hæres. nam ipſe alienatus, neque liber, neque hæres eſſe poteſt, etiã ſi cum libertate hæres inſtitutus fuerit, deſtitiſſe enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienauit.

1 *An emptori acquiratur hæreditas per ſeruum proprium hæredem inſtitutum.*

2 *An legatum veniat ad emptorem factum ſeruo in teſtamento manumittendo.*

3 *Seruum ſub conditione inſtitutum neceſſarium tamen fieri.*

CVm dictum ſit ſeruum proprium hęredem poſſe inſtitui, vlterius caſus omnes Imperator proſequitur, qui circa eum accidere poſſunt. aliquando enim permanet in domini & teſtatoris poteſtate: interdum manumittitur: interdum alienatur. poſtremus hîc caſus maiorem habet dubitationem: regula enim iuris eſt, libertatẽ ſeruo inſtituto hæredi non rectè adimi, [a] quemadmodum nec hæreditas, ſeruo ſolo cũ libertate inſtituto. nam cùm vnum tantùm ademerit, ſine quo alterum exitum habere nequit, ſatius eſt ademptionem nullam haberi, quàm actum concidere: ſed id in expreſſa ademptione [b] procedit, & eo caſu quo in eadem cauſa ſeruus permanet: nam ſi alienatus fuerit, neceſſe eſt fateri inutilẽ eſſe libertatis dationẽ. † Sed 1
an emptori per hunc ſeruum hæreditas acquiri poſſit, an verò & ipſa cũ libertate extinguatur, quæritur? Reſpõdet Imperator emptori & nouo domino per ſeruum acquiri hæreditatem, diuerſa tamẽ ſententia argumento rei legatæ alienatæque adſtrui [c] poterat. nam ſi ſeruus alicui ſit legatus, & deinde venditus, poſtea verò redemptus, legatũ ſemel extinctũ nunquam conualeſcit. Cur ergo dicimus hæredita-

a l. ſi ita ſcriptum. §. regula. ff. de lib. & poſthu.

b ita limitado [illegible] *in d. §. regula.*

c l. cũ ſeruo. ff. de adim. leg.

hæreditatem acquiri emptori, atque etiam libertatem redẽptione serui [d] reuiuiscere? Sed tamen ista huic decisioni non aduersantur: nam cùm hîc tacitè testator libertatẽ ademerit, per alienationem scilicet, humanior erit sentẽtia si libertatẽ redempto competere dicamus, cùm expressè non fuerit adempta: atque ideò cùm nõ expressa volũtate libertatẽ ademerit, hæreditas semper perdurat, quã vel domino vel sibi siue erit manumissus, siue redemptus
2 acquisiturus est. † Sed adhuc de alio circa hoc dubitatur. An per alienationem serui in testamẽto manumissi legatum illi factum extinguatur an verò ad emptorem perueniat. Accursius putat nõ peruenire, & differentiã cõstituit inter hæreditatem & legatum, [e] cuius sententia palàm reprobata [f] est: nam & legatum vt hæreditas nouo serui domino acquiritur, nisi expressè [g] adẽpta libertas fuerit: cùm enim tunc siue permãserit in domini potestate, siue redẽptus fuerit, ne sibi [h] quidẽ ipse acquirere possit, quomodo dicemus per eum huiusmodi emolumentũ ad emptorem deferri? & hęc ad istum casum sufficiunt. priores duo nihil habent difficultatis. Hoc tamen sciendũ, & si propriè seruus necessarius hęres sit: quia protinus à morte testatoris liber [i] fit & hæres: si tamen conditione libertas suspensa [k] est, vel aliunde, necessariũ tamen æquè fieri, meo iudicio, vbi libertatis conditio aduenerit: vt & in illo casu, [l] cùm sic institutus est, Cum Titius hæres mihi erit, Stichus liber & hæres esto, expectandus quidem hic erit cohæres: non tamen sic ab eo libertatem accipit, vt vel ipsius fiat libertus, vel minus testatori necessarius existat.

d l. verũ. ff. de manum. testa.

e ar. l. si seruo ff. de adi. le.

f p tex. in l. sed in diẽ. & l. Iulia. noster ff. de cõdi. & demõ.

g ita Bar. in d. l. Iulian⁹.

h in d. l. si seruus.

i infrà de hæred. qualit. & differ. §. j.

k l. seruus. §. j. ff. eodem.

l l. ex parte. ff. de acqui. hæred.

Alienus quoque seruus hæres institutus, si in eadem causa durauerit, iussu eius domini adire hæreditatẽ debet. Si verò alienatus fuerit ab eo aut viuo testatore, aut post mortem eius, antequam adeat: debet iussu noui domini adire. At si manumiss. est viuo testatore, vel mortuo, antequã adeat: suo arbitrio adire potest hæreditatẽ.

1 *De institutione serui alieni.*
2 *De differentia inter legatum & hæreditatem.*
3 *De iussu, mandato, authoritate, ratihabitione, & consensu.*
4 *An hodie in filiis præcedere iussus debeat.*
5 *An Monachi inobedientia noceat monasterio.*

a glo∬.j. b l.seru⁹ alie nus.ff.de cō-di.instit. c l.si alienū. ff.eod. d l. ij.§.si ff. de bon. poss. sec.tab. e glo. fin.hic f l.si post. §. si cū.ff.quā-dies leg.eod. g gl. in l.ij. quando dies leg. eod.ff. h l.si q; mihi bona.§.iussū ff.de ac.hær. i l.si verò nō re mune.§.si p st.ff. mā. k ar.l.fi. C. ad Macedo. l l. obligari. §.tutor.ff.de aut.tut. m l.q alie.l. ff.de ac.hær. n glo.in l.j. C. q admit. o l.fi. §. sin-autē patre. de bo.quæ li beris. C. p l.qui potest. de reg. iur. q l.cùm ppo nas.C.eod. r l.fi. §.j.C. de bo.quæ li.

HIc de alieno agere incipit,† qui cū libertate hęres in 1
stitui nequit:nisi fortè[a] sic cùm liber[b] erit & tunc expectanda est conditio:nam si liberum iusserit esse seruum alienum simpliciter,eūdémque hæredem scripserit, neutrum[c] tenebit. Sed si alienus seruus tantùm fuerit institutus,domino acquiret,in cuius potestate tépore aditæ hæreditatis erit:etiā si in millesimam[d] personā ambulauerit. sequitur enim seruū hæreditas vt caput noxa. quod ius & in monachis est seruādū, qui de vno monasterio ad aliud
migrant†Differentia[e] tamen circa hoc est inter legatum 2
& hæreditatem: nam in legato purè relicto solùm mortis tempus[f] spectamus: tunc enim dies eius cedit,etiā si non venit,id est peti nō[g] potest,nisi adita hęreditate:ipsa verò
hæreditas in extraneis cedit tantùm cum aditur† Obser- 3
uandum est autē[h] olim personas in alterius potestate cōstitutas,nō potuisse adire hæreditatē sine iussu.Debet autem iussus præcedere: nam hic vt & mādatum[i] ad futura, authoritas ad pręsentia,ratihabitio ad præterita refertur, consensus autē ferè ad hæc[k] omnia. Iussus ergo actū præcedit, ratihabitio sequitur, authoritas in ipso actu inter-
uenire[l] debet.†Rationes autem cur iussus hîc requiratur, 4
multæ quidem sunt,inter quas est & [m] illa,nec inuitos hęreditati obligent eos,in quorum sunt potestate:cùm sępè dāna emergāt,nec semper lucrosa sit hæreditas. Hoc[n] tamen in filiis immutatum est.nam cū recusante[o] patre adire possint,posse etiā eo ignorante & nō iubēte cōsequēs[p] est.In profectitiis tamen adhuc ex cōmuni sentētia iussū filius expectare debet: cætera enim sibi acquirere potest, hoc totum ad patrē pertinet. Est & in eo hodie differētia inter filium & seruum, quòd seruo nolente adire dominus nihil[q] cōsequitur:sed tamē filio recusante, siue profe-
ctitia,siue aduentitia,siue castrēsis sit hæreditas, accipere 5
eam pater[r] potest.†Quæritur & de[s] monacho, in quo potestas quædam est similis patriæ & dominicę.Bartolus[t] & cæteri,filio magis eum hîc æquiparant: proinde eo nolēte adire,acquiri tamē hæreditatem monasterio. Cui opinioni & ego assentior:neque enim monachus tolerandus est, qui iussui superioris non est audiens,contra obedientiæ professionem:& monachum, prout commodum est, vel res patitur,æquiparare solemus modò filio,modò seruo.nā non dubito monachum sine iussu adire hæreditatem non

tem non posse, cum sibi acquirere[u] nequeat: & damno afficere monasterium non debeat, in hoc ergo, seruo similis est: in altero, magis filio.

s Angel. hic.
t in l.1.ff. de vulg. & pupilla.
u c. cùm ad monasteriũ extra de statu monacho.

Seruus etiam alienus post domini mortẽ rectè hæres instituitur: quia & cũ hæreditariis seruis est testamẽti factio. Nondũ enim adita hæreditas, personæ vicem sustinet: non hæredis futuri, sed defuncti: quum etiam eius, qui in vtero est, seruus rectè hæres instituatur.

1 *Noua huius paragraphi declaratio.*
2 *Quare seruum posthumi instituere liceat, posthumum ipsum non liceat.*
3 *Noua declaratio de posthumi alieni institutione.*
4 *Quis alienus posthumus dicatur.*
5 *De alieno non sensisse Gallum.*
6 *Declaratio §. posthumus. infrà de legat.*
7 *Declaratio l. penul. de legat. i.*

P*ost domini mortem.*] † Non dubium est, posse sic aliquẽ institui: Post mortẽ Sẽpronij domini sui, Stichus mihi hæres[a] esto. aliud tamen hîc voluit Imperator significare. nam cùm seruus non possit hęres institui, nisi ex domini[b] persona: ac Stichus hæres script⁹ esset, cuius domin⁹ erat mortuus, nec adhuc hæreditatem alius adierat, videbatur hunc seruum hæreditatẽ acquirere non posse, domino nõ amplius in rerũ natura existẽte. Inductum tamen est iuris fictione, vt hæreditas defuncti personam[c] sustineat, ac sic vtiliter iste hæres institutus reperiatur: expectare tamen debet futuri hæredis[d] iussũ, qui sensus Græca interpretatione cõprobatur. vtilius autem est, vt defuncti personam hæreditas repræsentet, quàm hæredis futuri. quid enim si nõ posset futur⁹ hęres à nobis institui? velut: si spuri⁹ mihi filius sit, vel posthumus alienus. nõ leue tamen dubiũ est, quid iuris sit, cùm defunctus etiã non fuit hæreditatis nostræ capax:[e] de quo hîc amplè apud Fabrum disputatur. †De eo miror doctores nostros mirari, cur possimus seruum posthumi alieni hæredẽ instituere, ipsum verò posthumum non possimus, cùm ratio ex textu satis appareat. nam posthumus alien⁹, vt dominiũ rerum aliquarum atque serui habere fingatur, necesse est vt & ipse alteri hæres sit

a gl. j. l. qui filio. ff. eod.
b l. non minus ff. eod.
c l. hereditas. ff. de acq. rerum domi.
d l. si seruus. cõmunis. ff. eod.
e l. si mihi & Titio. §. fin. de leg. ij.

res ſit futurus: ſeruus autẽ non ipſius, ſed defuncti perſo-
nam repræſentat, De ipſo autem poſthumo alieno, obiter
hîc ſententiam meam apponam, cum locus hic nos admo
neat: & ſæpe de hoc dubitetur. † Alienum puto omnem 3
eum qui natus inter ſuos non eſt[f] futurus, nec vſquã com
probatur eum poſthumum nepotẽ, de quo lex Aquilia &
Velleia prouidit alienum[g] vocari: cùm vbiq; illic ſuitatis
fiat mentio, non poterat autem alienus inſtitui propter[h]
incertitudinem, & quia natus nõ erat: quæ ratio idem iu-
ris in ſuo poſthumo id eſt filio eſſe euinceret, niſi domi-
nij cõtinuatio & præter ſuitatis affectũ, primi quoq; gra-
dus prærogatiua[i] acceſſiſſet, quæ incertitudinis obſtacu-
lo priora ſunt viſa. Alienus autem poſthumus ante tem-
pora Iuſtiniani; vt iure ciuili ſuccederet, inſtitui nun-
quam[k] potuit. † & errant[l] grauiter, qui eam inuentionem 4
Gallo attribuunt. quid enim[m] addidiſſet Iuſtinianus, & ſi
iure veteri potuit inſtitui hæres, cur non quoque legatũ
accipere[n] potuit? † Scio duas leges[o] fortiter obſtare. ſed ta- 5
men meo iudicio, ſi quis ſubtiliter intueatur, clarè ac pro-
babiliter reſolui potuerũt. Nam[p] quod dicitur infra poſt-
humum alienum, & antea potuiſſe inſtitui, & nunc poſſe
ad effectum non ad iuris ſimilitudinem meo iudicio re-
fertur, potuit enim antea, poteſt & nunc: aliter tamen an-
tea, aliter nunc. quid enim alioqui opus erat nunc de eo-
dem aliquid addere? ergo antea poterat vtiliter inſtitui:
quia per bonorum poſſ. ſecundum tabulas hæreditatem[q]
acquirebat: nunc etiam iure ciuili poteſt adire. quæ inter-
pretatio Accurſij[r] quoque ſententia comprobatur. Innuit
autem Imperator tacitè differentiam hæreditatis & lega-
ti: hæreditas enim vtiliter relinquebatur, poſthumo alie-
no etiã olim beneficium prætoriæ bonorum poſſeſſionis.
Sed nullum reperio veteris iuris auxilium ad ſuſtinenda
legata iure[ſ] ciuili infirma. antea ergo poſthumo alieno in
utiliter legabatur. at vtiliter hæreditas relinquebatur. † 7
Alius modus[t] ex Pauli nectitur reſpõſo, is ſcribit Galli Aquilij
ſententiam obtinuiſſe, poſthumos quoque alienos legiti-
mos nobis hæredes fieri. verũ mihi nõ videtur id voluiſ-
ſe Gallus, vt ij inſtitui iure ciuili poſſẽt. triplex eſt enĩ[u] hę
reditas, teſtamẽtaria legitima, honoraria: & vbique ſcripti
hæredes à legitimis[x] diſtinguũtur. Et quãquã teſtamẽta-
riis lege etiã hæreditas obuenire[y] dicatur, nõ tamẽ ꝓpriè
legitimi

f §. poſthu. infra de leg.
g l. Gallus. de lib. & poſth. Alc. in par.
h ar. §. ĩ certis cũ ſeq. infra de leg.
i Salo. ĩ prin. l. Gallus.
k infra de bonor. poſ. in princ.
l in d. l. Gal.
m in d. prin. de bono. poſ.
n d. §. poſthumo.
o l. pe. de leg. j. §. poſthu. infra de leg.
p reſoluit. §. poſthumus.
q j. de bon. poſſ. in prin.
r gl. in d. §. poſthumus.
ſ d. §. poſthu.
t l. pe. de legat. j.
u l. qui autẽ §. j. quæ in frau. cred. l. iij. § pe. pro ſocio ff.
x Dec. in l. j. C. quando non pet. par.
y l. obuenire de verb. ſig.

legitimi dicendi sunt: in Pauli autem responso fuit legitimus posthumus, id est agnatus, fratris scilicet filius, vt in emẽdatioribus legitur[z] exemplaribus, qui de fideicõmisso erat rogatus, fideicommissum autem vt plurimum ab intestato præstatur. Et cur dicit ideò valere fideicommissum, quód in eo sola volũtas spectetur, nisi vt significet legatũ, non similiter ab eo potuisse relinqui? quippe quia institui non potuit: & quoniam ne fideicõmissum quidem ab intestato, per eum præstandũ valuisset, nisi ab intestato hæres esse potuisset, addit Gallum voluisse posthumum alienum ab intestato hæredem esse posse: id est enim fieri posse legitimum. Cur autem iure ciuili possit ab intestato succedere, non autem ex testamento, qui antiquam & præsertim in testamentis subtilitatem considerabit, facilè per sese animaduertet. Ego itaque nihil ad communis opinionis confirmationem Paulinum responsum facere arbitror: quam certè nostram sententiam approbabit, quicunque expenderit diligentiùs ea quæ infrà De bonorum possessione in principio scribuntur.

z. *infrà ædit. Nurnb. quod & sensit Accurs.*

Seruus autem plurium, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus hæres, vnicuique dominorum, cuius iussu adierit, pro portione dominij acquirit hæreditatem.

1 *De difficili Tertulliani responso.*
2 *Excussa Bartoli opinio.*
3 *Noua solutio.*

PLurium seruus non pro parte virili, sed dominica, neq; omnibus dominis, sed iis solis, qui adire ipsum iubent item cum quibus testamenti factio est, hæreditatẽ acquirit. Testamenti autẽ factio tribus tẽporibus cõsideratur[a]
1 legimus† tamen apud Tertullianũ,[b] seruũ eius qui capere non potest manumissum antequã adire iubeatur ad hæreditatem admitti, & tamẽ illic nõ erat tẽpore institutionis cum eo testamẽti factio. hæc cõtraria lex multos torquet
2 Bar.† ait[c] id ideò esse, quòd seruus illic nõ domini, sed sui cõtẽplatione hæres institutus fuerat: at ego ferè sẽper sui cõtemplatione hæredẽ eum institui crediderim, nam cur ad quemcunque dominum cum eo ambularet[d] hæreditas? cur manumisso sibi acquireretur? nisi quia ipsũ voluit defunctus sibi demereri: & tamẽ vbiq; leges in seruorũ institutione

a. *§. in extraneis. infrà de hær. qual. & dif.*
b. *l. si seruus eius. ff. de acqui. hæred.*
c. *in d. l. si seruus.*
d. *l. ij. §. 9. de bo. possess. secund. tab.*

ſtitutione requirunt, vt cũ dominis ſit teſtamenti[e] factio, ipſi enim pro nullis habentur. Quidã[f] putant domini conditionem inſpici tantùm, quo ipſi acquiratur: nihil tamen impedimento eſſe vel ipſi ſeruo iam manumiſſo vel nouo eius domino, ſed hoc erroneum eſt: requiritur enim in domino teſtamẽti factio, quo ſubſiſtat inſtitutio, quæ ex ſerui perſona nõ valet: quod & Bartolo obiici poteſt: nuſquã enim lectũ eſt poſſe valere inſtitutionẽ ſerui, ſi ipſius fiat contemplatione, tametſi cũ domino non ſit teſtamenti factio, præſertim cũ ſimpliciter ſit inſtitutio: quòd ſi dixerit expreſſe tũc cum liber erit, aliud reſpondebo, hîc enim in
tẽpus eſt ſuſpenſa. † Mihi igitur magis Iacobi ab Arena[g] 3
placet intellectus, vel vt in Tertulliani reſpõſo fuerit quidem cum domino teſtamenti factio, etiam ſi illius hæreditatis vel portionis dominus[h] capax non extiterit.

e l. non minus. ff. e. fac. §. noſter.
f Mod. hîc.
g decl. per Pau. in d. l. ſeruus eius.
h ar. l. debitor. §. fin de leg. ij.

Et vnum hominem, & plures vſque in infinitum, quot quis hæredes velit facere, licet.

1 *An inſtitutio de infinitis valeat.*

V*Sque in infinitum*] † An ergo infinitos & incerto nume 1
ro hæredes inſtituere aliquis poterit? & ſi quidẽ dictionẽ vſque incluſiuè accipiamus, erit hoc[a] concedẽdũ. Sed probabilius eſt, poſſe tot ſcribi hæredes, quot qs voluerit, modò tamẽ nõ vagetur volũtas ſub incerta dinumeratione: nã vel Crœſi & Craſſi hęreditas omnibꝰ hominibus in mũdo nõ ſufficiet, vt ſinguli aliquã portiunculã auferant. Sed nec hoſtes, nec peregrini admittentur. Quid igitur? an erit facultas vnicuiq; diripiẽdi bona huiuſce teſtatoris? mihi quidẽ ea inſtitutio non videtur ſani hominis[b] eſſe: nec ſcio an quiſquã ſic vnquã teſtamentũ fecerit, ſi tamen factũ acciderit, fortè nõ eſſet abſurdũ vt fiſcus vel Reſpublica admitteretur, quæ vniuerſos ciues repræſentat, pium etiã fuerit pauperibus talẽ hæreditatẽ diſtribuere, ſi modò aliquod fuerit talis voluntatis indicium.

a de hac dictio. vide Bar. in l. patronus. §. Sempronij. ff. de legat. iij.
b argu. l. pe. ff. de condit. inſtit.

Hæreditas plerũque diuiditur in duodecim vncias, quæ aſsis appellatione continentur. Habent autẽ & hæ partes propria nomina, ab vncia vſque ad aſſem hæc: Seſcunx, ſextans, quadrans, triens quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrãs, dextans, deunx. Non autem vtique ſemper duodecim

cim vncias esse oportet. nam tot vnciæ assem efficiunt, quot testator voluerit: & si vnum tantùm quis ex semisse (verbi gratia) hæredē scripserit, totus as in semisse erit. Neque enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere potest: nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur. Et econtrario potest quis in quotcunque voluerit plurimas vncias suam hæreditatem diuidere.

1 *Emendata lectio huius §.*
2 *Vnciam aßis duodecimam esse.*
3 *Inferiores numeros à superioribus non esse separandos.*
4 *Hodie nō vnciæ sed partis vocabulo nos in institutione ferè vti*
5 *Ius accrescendi aliquando ex voluntate, aliquando contra voluntatem induci.*
6 *In testamento militis non esse ius accrescendi.*
7 *Limitatio vulgatæ regulæ.*
8 *An ius accrescendi prohibere poßit paganus.*

1 SEscunx] † Legimus & sescunciam [a] per s: componitur à sesqui, astipulante [b] Budæo cuius De asse & eius parti- *a l. Pap. §.*
bus pulcherrimum opus extat. Apud Vlpianum [c] tamen *quoniam. ff.*
in emendatioribus [d] codicibus, sescuncis in distributione *de inoffic. te.*
assis non fit mentio. & Theophilus loco sescūciæ, vnciam *b in prin. libro 1.*
posuit: vnde dinumeratio assis incipit. Nā Acc. valdè in- *c in l. seruū*
scitè aliud hîc nomen quod duodecimam assis partem si- *meum. § fin.*
gnificet, desiderat: [f] cùm Volusius etiam Metianus (cuius *ff. eod.*
nuper prodiit libellus De assis distributione, notis & vo *d Nurnb. ædit.*
cabulis.) dicat assem in duodecim partes duodecimas di-
2 uidi, † eásque singulas vncias vocari. De etymologiis aūt *f Fab. hîc.*
horum vocabulorum scribit M. Varro [g] De lingua Latina *g refert &*
libro quarto: quarum quædam sumptæ sunt ab vnciarum *hîc Iason.*
numero, quædā ab assis diuisione. Acutè profectò & illud
3 hîc Acc. annotat, † non debere inferiores numeros à supe
rioribus [h] separari: gradu enim quodam præcedentibus *h glo. suprà*
vnus numerus in numeratione accrescit. huiusce autē rei *de li. in prin.*
exemplū [i] est apud Lucianum in Philosophorum auctio- *i aliud in*
ne, vbi Pythagoras emptorem vulgari more vnum, duo, *con. Lusciniȷ*
tria, quatuor, numerātē eludit: Vidésne, inquit, ea quæ tibi
quatuor esse vidētur, esse decē? Illud rectè Acc. assem, li-

bram, &

brã, & põdo idẽ ſignificare:ſed tamen aſſis appellatio,ſæ-
pius pro hæreditate accipitur,aliquando & numum ſigni
ficat apud Latinos:duo autem aſſes obolum Græcorũ va-
lebant:de quo Budæus exactiſſimè,à quo cætera hûc per-
tinentia repetere vnuſquiſque poteſt.Erat & harum par-
tium aſſis in vſuris quoque magnus olim vſus,ſed à priſti
nis vocabulis nunc propè deſueuimus,& rarò videmus in
noſtris teſtamentis † aſſis vel vnciarum mentionem fieri, 4
ſed ſemper partis vocabulo vtimur,vnà cum numerali no
mine:veluti Inſtituo Titiũ in duabus tertiis,Caiũ in ter-
tia tertiæ. quod eſt perinde ac ſi vnum in beſſe, aliud in
triente inſtituã.variè enim aſſem homines diuidũt.Solet
aliquando & ipſa vncia diuidi:nã ſemunciæ,[k] duellæ,[l] &
ſextulæ,interdum fit mentio,quæ vnciæ partes ſunt.

Tot vnciæ aſſem efficiunt,quot teſtator voluerit] Proinde ſi
Titium in tribus,Caium in vna vncia hærede inſtituerit,
videtur totam hæreditatẽ in quatuor partes diſtribuiſſe:
ac ſi † hîc iubet[m] cõſiderare ius accreſcendi,id dubio pro 5
cul ex teſtatoris venit voluntate:aliter quàm cùm aliquis
vnus ex ſemiſſe hæres inſtituitur:hîc enim magis ex iuris
ſubtilitate,quàm defuncti voluntate reliquum ſemiſſem[n]
accipit.priori ergo caſu erit etiã meo iudicio in militis te
ſtamento ius[o] accreſcendi poſteriore non itẽ. quãquã Ac-
cur.hîc & pleriq; alij diſſentiãt. † ſed Theophilus expreſſe 6
ait,ſi miles vnũ tantùm ex ſemiſſe inſtituerit,alterũ ex ſe-
miſſe habituros legitimos hęredes.Nec obſtat Antonini[p]
conſtitutio, qua diuerſa nititur ſententia : nam illa priori
ſpeciei omnino conuenit,in qua circa ius accreſcendi vo-
luntas teſtatoris concurrit:maximè cum filia inſtituta ſit,
quæ & ab inteſtato erat vẽtura:vt nõ ſit veriſimile voluiſ-
ſe militem eandẽ,& ex teſtamento partem,& ab inteſtato
aliã partẽ accipere. Vbi verò in dimidia hæreditate vnus
inſtituitur,quis audet dicere voluiſſe militem, vt ſcriptus
hæres totum haberet? Et hæc opinio dubio caret,ſi miles
tantum ex fundo aliquem hæredem[q] inſtituat, vel ſolum
in caſtrẽſi[r] peculio. verùm de his omnibus latiùs apud Ioã
nem Imolenſem.

Neque enim idem ex parte teſtatus.] † Regula hæc eſt iuris 7
ciuilis,quæ in militum & aliorum hominum qui iure gen
tium non Romano reguntur, teſtamentis, minimè obſer-
uatur. Solet autem ei interdum & per leges municipales[s]
derogari.

k in d. §. quo niam.
l apud Cic. pro Cecinna & in 3. Verrina.
m §. videamus j. eodẽ.
n vt hîc in teſt.
o l. iij. C. de teſta. milit.
p d. l. iij.
q l. ſi miles vnũ ex fundo. l. ſi duobus. ff. de te. mili.
r l. v. C. de teſt. mili.
s docto. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure. & in l. ius noſtrum. de reg. iur.

derogari. Non procedit etiam ipſa in querela inofficioſi teſtamenti: nam pro parte interdum expugnatur [t] teſtamentum, ſed tum ab initio omnino teſtatus deceſſiſſe videtur: adita quippe fuit hæreditas, etiam ſi deinde emolumentum hæreditatis auferatur. nec ſimile eſt, cũ ex parte vna ob præteritionem teſtamentum ab initio validum [u] rumpitur: nam neque adiri ex eo poteſt hæreditas, & ipſo iure nullum eſt. at prius quàm querela datur, neceſſe eſt aditam eſſe [x] hæreditatem, & quum ſententia iudicis ad partem tantùm pertineat, meritò non amplius quàm in parte reſcindere debet. † Sed valde dubium eſt, an ius accreſcendi prohibere paganus poſſit: in milite non eſt incerti iuris: veluti ſi quis in certa re Titium hæredem inſtituit, & præterea nihil illum percipere iuſſit, volẽs cætera ad legitimos hæredes venire. Barto. de hac quæſtione, docendo [y] & conſulendo [z] ſæpiſſimè ſcripſit, totum teſtamentum collabi, non aliter quàm cùm quis proprium ſeruum hæredem ſcribit, & liberum tamen eum fieri [a] vetat: eámque opinionem cum pluribus aliis argumentis, tum potiſſimum ex quodam Vlpiani [b] reſponſo adſtruit: ac paſſim inuenias alios doctores huius reprobare [c] ſententiam: quanquam communis videtur illa eſſe [d] opinio, vt etiam inuito teſtatore & vetante, cætera pars hæredi inſtituto accreſcat. hanc Faber & Aretinus quoque hîc ſequũtur, & copioſè ab Imola [e] excutitur. Quancunque tamen partem ſequimur, in voluntatem teſtatoris peccamus, ſiue eo ſcilicet vetante reliqua hæredi ſcripto adiiciamus: ſiue & eam partem quæ teſtamento relicta eſt legitimis concedamus hæredibus. æquior fortaſſe eſſet media ſententia, vt cùm manifeſtè refragatur defuncti volũtas, qui cætera bona cupiuit legitimis deferri, dicamus eos tacitè inſtitutos eſſe: & quanquam ſolẽniter fieri debet hæredis [f] inſtitutio, in perſonis tamen ab inteſtato venientium de iuris ſubtilitate remitti aliquid [g] ſolet. Dubito tamen, ne non iure hæc defendi ſententia poſſit: ſed cùm manifeſtiſſimè apparet defuncti voluntas cupientis legitimis hæredibus [h] proſpicere, circũſcripta nonnunquã iuris ſubtilitate, æquius eſſe ducimus volũtati adhærere. Imola de hac quæſtione multa aliorum [i] commenta refert, nec certè ſcio quæ opinio ſanior ſit: in ambiguis tamen ſatius ſemper eſt æquitatem & moriẽtium voluntatẽ ſequi.

t *l. circa. l. nã & ſi. §. ſi. ff. de inof. teſt.*
u *l. pe. de in. iu. rup. l. ſi poſth. de lib. & poſth. & ibi not.*
x *Dec. in d. l. ius noſtrũ.*
y *l. quoties. §. ſi duo. ff. eod.*
z *conſi. 156. & 177.*
a *gl. in §. idẽ queitur. §. quima. poſ.*
b *in d. §. ſi duo.*
c *Deci. ĩ l. i. de mili teſt. C. Cor. Per. in d. l. quoties. C. eodẽ.*
d *Alex. in d. l. quoties.*
e *in d. l. quoties. §. ſi duo*
f *l. iubemus. C. de teſta. l. hæredes palã. ff. de teſt.*
g *l. poſthumus. §. i. de iniuſt. rupt.*
h *ſecundum Bart. in d. §. ſi duo.*
i *in d. §. ſi duo.*

Si plures

Si plures instituātur hæredes, ita demùm in hoc casu partiū distributio necessaria est,si nolit testator ex æquis partibus hæredes esse:satis eñ cōstat,nullis partib.nominatis, ex æquis partib. eos hæredes esse.Partibus autē in quorūdā personis expressis,si quis alius sine parte nominatus erit, si quidē aliqua pars asi deerit: ex ea parte hæres fit. Et si plures sine parte scripti sunt: oēs in eandā partē concurrunt.Si verò totus as cōpletus sit,ij qui nominatim expressas partes habent in dimidiā partē vocantur:& ille vel illi omnes in alterā dimidiā.Nec interest primus, an medius,an nouissimus,sine parte hæres scriptus sit.ea enim pars data intelligitur,quæ vacat. Videamus si pars aliqua vacet.nec tamē quisquam sine parte sit hæres institutus, quid iuris sit.veluti si tres ex quartis partibus hęredes scripti sunt. Et cōstat vacantē partē singulis tacitè pro hæreditaria parte accedere:& perinde haberi,ac si ex tertiis partib.hæredes scripti essent. & ex diuerso, si plures hæredes scripti in portionibus sint: tacitè singulis decrescere : vt si (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus hæredes scripti sint. perinde habeantur ac si vnusquisque ex quarta parte hæres scriptus fuisset. Et si plures vnciæ quàm duodecim distributæ sint,is qui sine parte institutus est, quod dupondio deest, habebit. Idémque erit si dupondius expletus sit, quæ omnes partes ad assem posteà reuocantur,quamuis sint plurium vnciarum.

1 *In tres articulos hæreditatis diuisionem recidere.*
2 *Sūma diuisio triū paragraphorū.* 3 *Emēdata lectio apud Labeonem.*
4 *De dupondio & veteribus aßibus.*
5 *Explicatus locus infrà de iniurijs,in §.pœna.*

6 *Quid in supradictis sit correctum.*
7 *Iustinianum quadam non satis pensiculatè correxisse.*

1 CIrca hæreditatis diuisionem multæ incidunt quęstiones & species,† quæ tamen tribus ferè articulis cõprehendi possunt: aut enim plures hæredes sine partibus scribuntur, aut ex certis omnes partibus, aut quidam ex partibus, quidam sine [a] partibus. Primus casus omni caret scrupulo: nam nulla facta partium mentione æquali iure omnes veniũt: & hæreditatis in assem diuisio inuẽta est, quo expeditior sit testatoris voluntas: cùm quibusdã plus, aliis minus relinquere cupiat. Secundam speciẽ tripliciter cõsiderare possumus: aut enim infrà assem partes relictæ cõsistunt, aut cõpletus est as, [b] aut plures vnciæ quàm duodecim distributæ sunt. quemadmodum autẽ vacantes partes tacitè accrescunt, ita quæ excedunt [c] decrescunt: nam medius casus difficultatem non habet. Tertius quoque articulus eandem diuisionem recipit. etenim si quidam cum partibus, quidam sine partibus hæredes instituti sunt, tũc aut partes datæ assem nõ conficiunt, & quæ supersunt, sine parte scriptis [d] conceduntur: aut completus est as, & sine parte scripti aliũ habebunt assem. i. hæreditatis totius semissem: aut plures quàm duodecim vnciæ distributæ sunt, & is qui sine parte institutus est, quod dupõdio de-
2 est [e] habebit. † Hæc est summa diuisio trium horum thematum seu [f] paragraphorum, quos vna enarratione complexi sumus, propterea quòd & inter se cohærent, & apertã habent iuris decisionẽ. Hoc tamen [g] nouissimè subiicit Imperator, Etiam si complures partes fecerit testator, omnes tamen ad vnũ postea assem reduci: nam si Titium in besse, Caium in besse, Meuium in triente, & item Sempronium in triente instituerit, cùm hîc sit dupondius cõpletus reducendo rem ad assem, quibus bes datus est, ij habe-
3 bunt trientem, & quibus triens sextantem. † Hinc cùm dupondius esset expletus, & quidam sine parte scriptus esset, hunc non in alium assem, sed in trientem venire, Labeo [h] scripsit: reducta scilicet re ad assem. quanquam non rectè videtur negare Labeo, hunc non in alium assem venire: nam qui triẽs est in asse, in tripondio est as: quamobrem melior forsitan est [i] lectio, completo dupondio non in alium dupondium, sed in trientem sine parte scriptum venire. videbatur enim vt asse completo, qui partẽ nõ habet, assem

a *hîc in princip.*
b *vt. §. videamus.*
c *facit l. fi. §. fi. de leg. iij.*
d *§. si plures*
e *§. & si plures.*
f *vsque ad §. hæres.*
g *in §. & si plures.*
h *l. item vt Sabinus. §. fi. ff. eod.*
i *in additione Nurnb.*

bet,aſſem accipit:ſic & completo dupõdio dupondiũ ac-
cipere. †Dupondium autem Varro dictum ait, à duobus 4
ponderib.id ideo quòd as erat libræ pondus,vnde & vnũ
pondus aſſipondium dicebatur. Poſteà verò in magna po
puli Romani inopia,belli punici tempore,ex vno librali[k]
aſſe ſeni facti ſunt.& librariis quidẽ,ſiue libralib. aſſibus
vigintiquinque,iniuriæ olim æſtimabantur.† quæ ſat gra 5
uis erat pœna, in magna veterum vt inquit (Iuſtinianus)
paupertate:[l]quod & Sex.Cecilius apud Gellium [m]diſpu-
tat.quamobrem ineptè [n] Accur.talionis pœnã inductã in-
terpretatus eſt,ob veterũ inopiam:cùm libralium aſſium
pœnam grauẽ fuiſſe pauperi populo ſignificare Iuſtinia-
nus voluerit:quo poſtea ex prouinciarum ſpoliis locuple-
tato,& diminuta aſſium æſtimatione,ceſſauit nummariæ
pœnæ conſtitutio,ac alius inuẽtus eſt modus puniẽdæ in-
iuriæ.ſed hæc nõ præſentis ſunt ſcenæ. Dupõdij certè vo
cabulum in ſcholis etiam noſtris olim infimæ claſſis audi
toribus inditum fuit,ſed id Iuſtinianus reiecit.†Porrò in 6
illa ſpecie cùm plures quàm duodecim vnciæ diſtributæ
ſunt,non putat [o] Accurſ.hodie ad dupondium tranſitum
fieri,niſi expreſſè & clarè de voluntate teſtatoris conſtet:
quod quidẽ tum non eſt verum,cùm quidã ſine parte ſcri
ptus eſt:conſtitutio enim[p]Iuſtiniani,cuius argumẽto mo
uetur,in eo caſu loquitur,cùm quibuſdã duodecim vnciæ
hæreditatis relictæ ſunt,& alij poſtea ſex : interpretatur
enim Imperator voluntatẽ fuiſſe teſtatoris,vt ex aſſe ſex
adimeret,non verò vt videretur in octodecim vncias hæ
reditatẽ diſtribuiſſe,vel vt portiones aſſem excedentes ta
citè decreſcerent.Vna igitur ſpecies ex ſupradictis[q]corre
cta eſt,non ita magna (vt mihi quidem videtur)ratione:
quamobrẽ ad alios caſus ea correctio nõ eſt producẽda.†
Illud tamen miror,cur manifeſtiſſimũ dicat eſſe[r]Iuſtinia-
nus,eum qui ab initio duodecim vncias reliquit cuidam,
atque alij poſtea ſex, receſſiſſe à priore voluntate, & ſex
vnciis minui eã voluiſſe:cùm Vlpianus [ſ]in Digeſtis ſcri-
pſerit,vno ex duodecim vnciis hærede inſtituto, alio ex
ſex,illum beſſem,hunc trientẽ hæreditatis habiturũ:nec
vſquãapertè ea ſpecies correcta legitur,ſed ab Iuſti. diuer
ſa ſententia nõ aliter in argumentũ adducitur,quàm ſi ve
teri iure obtinuiſſet.mihi certè in præſenti ſpecie, non mi
nus æqua videtur Vlpiani,quàm Iuſtiniani ſententia:ta-
metſi

k Feſt. Põp. in ver. graue æs.
l §. pœna. J. de iniu.
m c.1.li.xx.
n in d.§ pœna.
o glo. ſuper verbo idémque erit.
p l. cũ quæſtio. C. de leg.
q in. §. videamus.
r in d.l.cùm quæſtio.
ſ in l.interdum.ver.ſed & ſi exceſſerit.& verſi. ſeq.

metsi vni tota domo legata atque alteri postea [t]dimidia, non nego videri dimidiam priori voluntati ademptã: sed in vnciis non æquè euidens est voluntas. sed tamen imperatoriæ autoritati cedere par est Iureconsulti sententiam maximè posteriori. *t vt in q. pri. d. l. cùm quæstio.*

Hæres & purè & sub conditione institui potest: ex certo tempore, aut ad certum tempus nõ potest: veluti, Post quinquennium, Quàm moriar, vel, Ex calendis illis, vel, vsque ad calendas illas hæres esto. Denique diem adiectum haberi pro superuacuo placet: & perinde esse, ac si purè hæres institutus esset.

1 *Tripliciter fieri institutionem.*
2 *De diei adiectione.*
3 *Limitatio huius paragraphi.*
4 *De institutione hæredis, cùm morietur.*
5 *Declaratio l. extraneum. C. de hæredibus instituendis.*
6 *De vxore in vsufructu instituta, & alijs post eius mortem.*
7 *Hæredem ex calendis institutum pro adiecto haberi.*
8 *De conditionum appositione in institutionibus.*

1 Circa † hæredis institutionem, vt & circa alios actus legitimos tres[a] conditiones seu qualitates inspiciendæ sunt. Quædam enim purè fit, quædam sub cõditione, quædam in diẽ.
2 † Diei tamen hîc adiectio vitiosa est: & solet ferè reiici ob repugnãtes iuris ciuilis regulas, quæ dictant eum qui hæres factus est, nõ posse exuere semel susceptũ[b] nomen: item paganũ vno tempore testatum, alio intestatum decessisse, absurdum[c] videri. idque adeò verum est, vt aduersus Bartolum[d] inualuerit sentẽtia, ne expressa quidem testatoris voluntate, qua se dixerit nolle Titium esse hæredem nisi ad certum tempus, impediri posse quo minus pro superuacuo adiectus dies habeatur. quódque suprà de institutione in portione hæreditatis duntaxat facta[e] diximus, idem quoque ad tempus trahendum est.
3 † Quamobrem prima huius doctrinæ limitatio[f] est in milite & in aliis, qui secundùm ius gentium testantur: nam vt ij possunt de vna tantùm re testari, seruata in cæteris intestati lege, ita & in temporis spatio priuilegium habent. Rursus non procedit secundum Accursium, cùm

a §. omnes. Inst. de ver. oblig. b l. ei qui soluẽdo. in fi. ff. eod. c l. ius nostrum. de regul. iur. d Bart. in l. hæreditas. ff. eo. & ibi vide apostil. e in fin. §. hæreditas. supra eod. f l. miles cùm ita. ff. de testam. milit.

incertus dies appositus est institutioni, q̄ cõditioni[g] æqui-
pollet: quod tribus exemplis declarat, veluti si quis Titiũ
spurium filiũ instituat, cùm capax[h] erit. i. legitimi filij iura
ex codicillis imperialibus obtinuerit: †cùm Caius morie 4
tur: item etiam cùm ipsemet hæres qui instituitur, morie
tur: sed tamen tertium hoc exemplum nõ caret scrupulo;
quis enim ita est stolidus, vt aliquẽ sibi hæredem insti-
tuat, tum cùm ipse sibi hærede aliquo opus habet? nec ego
sanè memini tale aliquod institutionis exemplum in iu-
re legisse: legata fateor sic [i] relinqui, & ea quidẽ certum
est ad hæredẽ transmitti, mora enim tantùm [k] suspendun-
tur, aliàs pura sunt, & ipso iure ad legatarium, eorũ tran-
sit[l] dominium. |Scio sic nonnullos Imperatorum accipe- 5
re rescriptum, quo dicitur extraneum, etiã cùm quis mo-
rietur, sibi hæredem scribi [m] placui: sed tamen alij legunt,
cũ emorietur: [n] & dictio Sibi, atq; alia quæ præcedit etiã
ampliationis significatiua, magis suadẽt, vt accipiamus e-
tiã tum cùm quis emorietur, posse extraneũ aliquem hære
dem sibi scribi: nam videbatur, si quis sano corpore extra
neum hæredem faceret, tolerandum id fore: nunc & am-
plius deciditur, etiã cùm quis animã agit (quod emori si-
gnificat) nõ liberos tantùm, sed etiam extraneos posse hæ
redes sibi ipsum nuncupare vel scribere: & quendam mo
riendi tractũ significat emori. quod huic sentẽtiæ meliùs
conuenit. Cæteri autẽ tradunt, si quis cùm moriatur hæ-
res institutus fuerit & purum & sine mora hæredem fore,
ampliúsque habiturum legatario: quod mihi non vsque-
quaque probatur. †Similis quoque [o] institutionis species 6
crebro vsu venit: nam plerique cõiuges in vsufructu hære
des scribunt, post eorum mortem fratres seu nepotes. Sed
hîc nonnulli aiunt postea scriptos hæredes fideicommissi
tantùm petitionem [p] habere, veluti & cùm ad calendas
Ianuarias Caium, ex illis deinde calendis Mæuium insti-
tuo: putant quippè Mæuium ex fideicommissi causa à Caio
hæreditatem repetiturum. Primùm certè exemplum valde
controuersum est: & si voluntatem tantũ testatoris quære-
remus, fortè non esset absurdum, vt voluisse eum interpre
temur, alios post mortem coniugis [q] vsumfructũ primum
accipere. nã cùm in vsufructu solo coniugem instituit, vi
detur tacitè eos in proprietate instituisse, ad quos omnia
venire post vxoris mortem voluit. In altero autẽ exẽplo
diuersum

g l. dies. ff. de cõdit. & demonstra.
h l. in tẽpus. ff. eod.
i l. si cũ hæres. ff. quan. dies leg. ced.
k l. hæres meus ff. de cõdi. & demõ.
l l. à Titio. ff. de fur.
m l. extraneũ. la. s. C. eod.
n ædi. Nur.
o vide Aretin. hîc.
p vide doct. in d. l. extraneũ & in l. si filius à patre. ff. de lib. & posthu.
q faciũt allegat. per Dec. cons. 278.

diuersum hîc tradidit Faber: scilicet non fideicōmissariū esse ex calendis institutum, sed pro adiecto[r] haberi. quod & Bar.[f] voluit, & Alexan. cōtra cæteros tuetur. Vterque ergo semissem auferet, & tanquam purè scripti cohæredes censebuntur. † Conditiones autē institutionem admittere[t] certissimi iuris est. nam & titulus extat, De cōditionibus institutionum: & cōditio cùm euenit retrotrahitur, [u] perindéque habetur ac si institutio ab initio pura fuisset. nec huic etiā refragatur iuris[x] regula, qua dicitur actus legitimos per conditionis adiectionem vitiari: ea enim tātùm de iis intelligitur actibus legitimis, in quibus conditio apponi[y] vetatur: tales autem haud multi sunt, nec satis video quæ & in ipsis ratio esse possit, quòd adeò conditionem respuant, ac per eam vitientur.

7 (margin number beside "censebuntur")

Impossibilis conditio in institutionibus & legatis, necnon in fideicommissis & libertatibus, pro non scripta habetur.

1 *Quæ sit ratio hic differentiæ inter contractus & vltimas voluntates.*
2 *Quid in donatione causa mortis.*
3 *Declaratio §. fi. ȷ. de leg.* 4 *Conditionum duo genera.*
5 *Tripliciter impossibilem dici.*
6 *De institutione sub conditione difficili.*
7 *Doctorum nugæ de aureis montibus.*
8 *De perplexa conditione.* 9 *De falsa conditione.*

1 PRo non scripta habetur.] † Perinde [a] ergo & tūc erit ac si purè hæres institutus esset. diuersum est in [b] contractibus: neq; enim obligare se velle videtur, qui sub impossibili cōditione promittit: at in testamentis quædā pro non scriptis [c] habentur, atque id ob vltimæ voluntatis fauorē inductum[d] traditur: quanquam certè nec hîc de voluntate testatoris satis constat. quod tamen cum ea limitatione recipitur, si is impossibilem eam conditionē esse sciat. Quidam & illam rationem[e] adducunt: quia cōtractus ex duorum consensu pendent: vt imputādum ei sit, qui apertiùs legem[f] nō dixit: quam rationem si sequi voluerimus, Alexandri consequenter probabimus [g] opinionem, dicen-
2 tis, † non valere quoque donationem causa mortis, cui impossibilis conditio adiecta est. nam cū præsens sit donatarius, & cum donante contrahat, cur nō cautiùs sibi proui-

r in l. verbis ff. de vul. & pupil.
s in l. heredi tas ff. eod.
t in d. l. extraneum.
u l. necessario §. quòd si pēdēte. ff. de peri. & cō. rei vendit.
x l. actus. de regu. iur.
y gl. in §. omnes. ȷ. de verbo. oblig.
a l. non solū. ff. de action. & obliga.
b §. si impossibilis. ȷ. de inutil. stipu.
c titu. de his quæ pro non scrip. hab. ff.
d glo. hîc Imol. in l. i. ff. de cōdit. & demon.
e glo. & ibi no. in d. l. i.
f l. veterib⁹. ff. de pact.
g in l. impossibilis. ff. de verbo. oblig.

dit? Ego tamē communem opinionē ſequi malo, cùm re-
gulariter donatio legatis[b] æquiparatur, eiúſque fauorabi-
lis cauſa eſſe debeat, vt & aliarum vltimarum voluntatum.
Obſtat † autem huic textui quod infrà De legatis[i] tradi- 3
tum eſt, impoſſibilia legata nō valere. ſed hoc aliū ſenſum
habet. aliud enim eſt ſimpliciter legare centū, ſi digito cę-
lum tetigeris, aliud legare centum in pœnā hæredis, prout
illic loquitur Iuſtinianus, ſi ipſe cælum non tetigerit. Cū
enim impoſſibilis hæredi conditio ea ſit, pœnam certè nō
meretur: legatum ergo illic fit inutile, nō propter impoſſi-
bilem conditionē, ſed quoniā punire voluit teſtator eum,
qui nō fecit id quod facere nō potuit, eáque ratione nihil
eſt clarius aut verius, tametſi doctores valde ſe torqueāt.
De † cōditionibus hoc ampliùs ſciēdū eſt, earū duo eſſe ge- 4
nera. aut enī poſſibilis eſt, aut impoſſibilis. Impoſſibilis[k]
diffinitur, cui natura impedimento eſt, quò minùs exiſtat:
poſſibilis, quæ per rerum naturā admitti poteſt, de hac[l] po
ſteriùs, de illa modò agamus † Accur.[m] tribus modis im- 5
poſſibilē dici ait: ſed prima ſola, quæ natura euenire ne-
quit propriè ſic dicit. nā quæ iure adimpleri nequit, turpis
dicitur, & latiore interdū ſignificatiōe impoſſibilis: cūque
iure nō licet facere, nec fieri quidē poſſe credēdū[n] ſit. Ter-
tiò impoſſibilē vocant, quæ ob euētus difficultatē penè im
poſſibilis eſt. idque κατ' ὑπερβολήν, ſed in duabus prioribus
ſpeciebus conditionē pro nō ſcripta haberi, certi iuris eſt:
in vltimo genere difficultas[o] ineſt. † Accurſius porrò ſim- 6
pliciter, ait nō valere inſtitutionē, etiam ſi quis aliquē in-
ſtituerit, ſi auream montē dederit, in quo exemplo Faber
& Porcius videntur diuerſum ſentire.[p] † Angelus ex Imo 7
læ ſententia diſtinguit inter artificialem & naturalē auri
montem, in quo ipſum nō iure modò, ſed & in facto erra-
re crediderim. quis enim vnquam intellexit de monte ar-
tificiali? eſt enim mōs naturæ opus, & abſurdum ſomniare
auri tantam vim in vnum conferri, vt mons coaceruetur.
Qui verò de aureis mōtibus loquuntur, intelligunt de iis
qui venas[q] auri habent: qualibus etiamnum diues eſt Pan-
nonia. Et ego ſanè puto hanc quoque conditionē nō no-
cere, quaſi impoſſibilē ex perſonæ qualitate: vt & cū quis
ita[r] inſtitutus eſt, ſi monumentum poſt mortem teſtatoris
in triduo proximo mortis eius feciſſet, vel[ſ] cùm is qui ſer-
uos quos Gadib[9] habebat Romæ morās triduo quo mor-
tuus fue-

b l. fin. C. de dona. cau. mor.
i §. fina. infrà de lega.
k §. ſi impoſſibilis. infrà. eodem.
l §. ſeq.
m glo. hîc.
n l. filius. ff. de cōd. inſti.
o per text. in l. cùm hæres. §. 1. de ſta. liber.
p in ex fina.
q vide l. Eraſm. ad ag. aur. mon. prouerb.
r l. ſi quis ita ff. de condi. ſur.
ſ l. ſi mihi & Titio. §. 1. de leg. 2.

tuus fuerat, hæredẽ dare mihi damnauerat: tẽporis enim angustia, quasi impossibile id esse indicat. Aliud tamẽ esse fatendum cùm quis seruum post [t] octoginta annos liberum esse iubet, vel aliam valdè difficilem conditionem libertati adiicit: ex qua tamẽ appareat iudicium aliquod animi ipsius testatoris, qui aliter libertatem dare nolebat, [u] atque ita ex exemplorum qualitate & differentia dissoluendũ est Pauli responsum, ne ex eo inferamus vltimæ
8 voluntatis fauorem restringi. † Vltimò perplexa cõditio sempérque in se reuoluens, ita vt exitum non inueniat, impossibilis etiã ab Accursio, cæterísque dicitur: quę tamen institutioni nocet. [x] Est & falsa conditio [y] impossibilis, in præsens scilicet vel præteritũ cõcepta: veluti si Titius est, vel fuit cõsul: sed si neque est, neq; fuit consul, nihil valet quod relictum est: nam hîc impossibilitas nocet: quod tamen vulgò verum esse tradunt, si conditio potuit aliquando esse vera.
9 † Quòd si neque vera reperitur, neque potuit esse vera, pro nõ scripta aiũt haberi: quam tamen opinionem Petrus Stella Aureliensis doctor, vir apprimè eruditus, ædita dum nos in Gallia legum studio operam dabamus repetitione confutauit: sed eam rem apud ipsum qui volet, legat: mihi non libet ab aliis dicta trãscribere. Multa quoque alia de conditionum impossibilium iure Aretinus accumulat, sed nobis visum fuit, ea tãtùm paulò latiùs prosequi & explicare, quæ ab Accursio ad hunc locum adnotata sunt.

t d. l. hæres. §. 1. de statu lib.
u pro quo vide Fab. hîc.
x l. si Titius hæres. ff. de cõdi. instit.
y l. cùm tale. §. falsum. de cõdit & demon.

Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt: si quidem coniunctim, vt puta, Si illud & illud factum fuerit: omnibus parendum est. si separatim, veluti, Si illud aut illud factum erit, cuilibet conditioni obtemperare satis est.

1 *Poßibilium conditionum diuisio.*
2 *Duæ regulæ circa conditiones.*
3 *An Latinè dicatur alternatiua conditio.*
4 *De diuersis institutionibus in eodem testamento.*
5 *Ratio differentiæ inter legata & hæredis institutionem.*

1 HIc de iis cõditiõib⁹ agit quę possibiles sũt, hoc est euenire possũt. † quas [a] Accur. trifariã hîc diuidit. Sũt enĩ quædã in potestate nostra penitus constitutæ, vulgus po-

a glo. 1. & est tex. in l. vnica. § fin autẽ aliquid. C. de cadu. tollen.

testatiuas vocat,nos& arbitrarias dicere possumus:veluti si Capitolium ascenderis:sunt quædam in euentum collatæ & fortuitum casum,vocantúrque casuales:veluti,si Rex Parthorũ hoc anno morietur.Sunt & aliç in arbitrio quidem nostro positæ, quas tamen nonnunquam adimplere impedimur:quç cùm vtriusque cõditionis sint participes, mixtæ dicuntur.Alibi nõ[b]leuis momenti est harum differentia,hîc verò nullum ponendum est discrimen.Nã Accur.opinio dicẽtis in pluribus casualibus cõditionibus cõiunctim positis sufficere vt prima existat,vulgò reprobata est:neq; enim vel iure vel authoritate vel ratione vlla probatur.& strictissima[c]iuris regula est,Generalem diffinitionem nõ esse distinctionibus nostris restringendam.†Hîc 2
igitur[d]duæ potissimè regulæ traduntur circa cõditiones, vt in disiunctiuo modo cõceptis sufficiat alteram esse impletam:at si copula plures coniunxerit,omnes euenire debeant.prioris generis†alternatiuã vocãt,Latina(vti[e]arbi 3
tror)voce.nam & ipse Vlpianus[f] alternatam nominat.Et vt disiunctum ac disiunctiuum,[g]datum ac datiuum,[h]sic & alternatum alternatiuumque rectè dici existimo. †Inter- 4
dum autem conditiones non coniunctiua particula cõnectũtur,sed variè,& in diuersis testamẽti partibus scribuntur:veluti Caium hæredem instituo, si nauis ex Asia venerit,iterum Caium hæredem instituo,si Titiã vxorem duxerit.in legatis quidem certum est,nouissimam conditionem debere[i]adimpleri,in institutionibus aliud vidẽtur respondisse Iureconsulti,[k] videlicet vt ad exemplũ alternatiuæ vnã existere satis sit:Si plures enim(inquit[l]Florentinus) institutiones ex eadem parte sub diuersis constitutionibus fuerint, cõditio quç prior extiterit,occupabit institutionem.Quidã[m] tamen hoc intelligunt,non cùm ex interuallo,sed cùm incontinenti factæ sunt plures institutiones:quod mihi nõ placet.Neq; enim est verisimile sæpius instituendi verbo coniũctim vsum, cùm vna ratione tantundem ac breuius peragere potuerit. † Et ratio qui- 5
dem differentiæ inter institutionem & legata ea videtur, quòd nõ videatur testator per posteriorem institutionem à superiore velle decedere, sed pleniorem eam[n] efficere: quod non est in legatis quæ facilius adimuntur,quàm hæreditas[o].Et hæc receptior est opinio.Prædictarum autem regularũ interpretatio passim est obuia.[p] quamobrem de ea hîc

b d.§.sin autẽ.& l.fin.C. de necess.ser.
c l.de pretio. ff.de public.
d l.si quis ita stipulat.ff.de verb.oblig.
e cõtra Bud. in princi.annot.
f l. q̃ sub cõditione.§.sed si sub.ff. de cõdi.instit.
g l.cùm pupillus.§ 1. de cõdi.& dem.ff.
h l. datiuus. rẽ pupil. sal. fore.ff.
i l.quod traditũ.ff.de cõ. & demon.
k l.si plures. ff.de cõd.inst. l.si te solũ.de hær.inst. ff.l.
l d.l. si plures.
m Pau.in d. l.si plures.circa finem.
n d.l.si te solum.
o l.ex parte. de adi.leg ff.
p l. sæpe. de ver.sig.& in d.l.si quis ita stipulatus.de verb.oblig.

eà hîc tractar e superuacaneum videtur.

Hi quos nunquam testator vidit, hæredes in stit ui possunt: veluti si fratris filios peregrinantes, ignorans qui essent hæredes instituerit: ignorantia enim testantis, inutilem institutionem non facit.

1 *Hæredes ferè institui erga quos afficimur.*
2 *Peregrinantes posse institui non peregrinos.*
3 *Quem veteres peregrinum vocarint.*
4 *De Francorum consuetudine.*

1 FEre † eos instituere solemus, quorũ merita affectionem nostram [a] prouocarunt. Itaque dubitari poterat, an qui ignoti essent testatori institui possent: & posse generaliter traditum est. Est enim latens ac tacitus interdũ etiã erga ignotos instinctus propter sanguinis copulam, vt in fratrũ filijs: vel propter eruditionis aut virtutis celebritatem. Illi ergo etiam absentes institui possunt, modò non
2 sint ex alio aliquo capite incapaces, † veluti peregrinãtes possunt institui, peregrini [b] non item. Est autem nota inter hæc duo differentia: multi quippe domo proficiscuntur, peregréq; terras obambulant: alij studiorũ & disciplinarum gratia: alij vt multorum hominum mores videãt, & vrbes, vt de Vlysse scribitur: alij quęstus causa, vt mercatores, quibus noster orbis iam non sufficit, peregrináſq; & veteribus incognitas regiones, exoticarum mercium gratia quęrunt: quos quidem ab suis domi hęredes posse scribi æquissimum est, etiam si testator eos non satis de facie noscat. Possunt & apud illas gentes vbi peregrè degũt hæredes scribi: ius enim gentium, meo quidem iudicio, nihil
3 obstat. & Romani priuato iure constituerunt, † ne quisquam peregrinus, id est qui ciuis Romanus non esset, ius capiundæ hæreditatis haberet: atque ipsi ciui peregrinum opponebant, olîm quoque hostis & peregrinus idem significabat, nisi quod molliùs peregrini nomen erat, quapropter deportati, quia ciuitatem amittebant, peregrini [c] efficiebãtur. & cæteri quoque ex barbaris regionibus Romæ peregrini vocabantur. habebantque suum prætorem, qui inter ipsos ius de gentium more dicebat. † Simili iure & Franci hodie vtuntur: nam si quis nõ est origine Francus, quem ipsi Albinum, quasi alibi natum dicũt, is testan

a *l. nec adiecit ff. pro soc.*

b *l. 1. C. eod.*

c *l. sed si hac. §. liberos. de in ius voc. ff.*

d in prin. huius tit. & infrà de leg. §. legati.

di apud eos facultate caret, in iis præsertim bonis quę illic possidet. Sunt autem & aliæ personæ cum quibus non est testamenti factio: de quibus nos quoque superius [d] aliquid attigimus.

De vulgari substitutione.

1 *De vtilitate præsentis tractatus.*
2 *Multa magis subtiliter quàm vtiliter disputari*
3 *Quid sit substitutio.*
4 *Secundum hæredem pro substituto capi.*
5 *Diuisiones substitutionum.*
6 *Quid sit substitutio vulgaris, & vnde dicatur.*
7 *Substitutio quare excogitata.*

a not. doct. ff. & C. eod.

b l. verbis. ff. eod.

c l. i. & ij. l. Centurio. l. Lucius. l. ex facto. ff. eod.

d no. Imol. in rub. ff. eod.

SEquentes† duo tituli in quibus substitutionum multiplex tractatus exponitur, magnis pręconiis ab omnib. doctoribus [a] extolluntur: cùm vix alius fundus sit, qui maiorem vberiorémque messem reddat: multæ enim in substitutionum materia dubiæ sunt interpretum opiniones: sæpe etiã imperiti tabelliones, qui substitutionem vnam ab alia, & verba ciuilia [b] à precariis distinguere nesciunt, occasionem litium prebent. quapropter in nulla materia plura extant doctorum responsa, seu (vt vulgò vocant) consilia. Nam non de lana hîc caprina, vel glande legenda: sed de hæreditate & vniuerso plerunque defunctorum patrimonio agitur. † Accidit tamen hîc quod in pratis fertilibus solet, quibus & zizania innascitur, quam omni studio extirpare diligenter agricolæ solẽt: quæ enim & hîc erit vtilitas, si nimia & nonnunquã inani subtilitate ita rẽ inuoluerimus, vt percipi nequeat? Accuratissimè autem substitutionũ tractatum plerique interpretum explicuerunt. Cæterùm memoriæ inprimis commendare conuenit eas leges, quæ principales sunt in vnaquaque substitutionis [c] specie: vt eò recurrere possimus, cùm vsus feret. Nõnulli etiam [d] veterum, singulares ea de re libros cõscripsêre, extantque etiam recentiorum, vt Politi & Zasij substitutionum tractatus. proinde difficile hîc est maiorum inuentis aliquid addere: nos tamẽ hoc ipso satis tyronũ studia ꝓmouerimus, si principia & rudimenta rei tam diffusæ & intricatę diligẽter ac dilucidè exposuerimus, studio omissis iis quę subtiliter magis quàm vtiliter à plerisq; ocio suo & studiosorum abutentibus disputantur. † Quæso enim te, ad

Margin: 1 (beside "Sequentes"), 2 (beside "monio agitur. † Accidit"), 3 (beside "Quæso enim")

te, ad quid facit longa illa faſtidioſáque diſputatio de dif-
finitione[e] ſubſtitutionis? cur non potius ad veterem Iure-
conſultorum exemplum noſtras informamus interpreta-
tiones? illos ſanè nuſquam adeò in diffinitionibus inepti
uiſſe comperies. Et preterquam quod inamœna eſt illa di
ſputatio, fructu quoq; penitus caret præſertim cũ re ipſa
id eſt quid ſit ſubſtitutio, minimè ignoretur: ac propterea
Iuſtinianus[f] exemplo ſtatim eam declarauit, multò qui-
dem apertius quàm ſi generis & differentiæ poſitione al
tercandi anſam cõtentioſis iſtis ſophiſtis præbuiſſet. quã-
quam defendi etiam ea diffinitio poteſt[g] Accurſij, ſubſti-
tutio eſt ſecunda inſtitutio: cui conſentit T. Caius poſte
riore libro inſtitutionum: Subſtitutio, inquit, eſt, quæ poſt
inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet: id eſt ſecũdi hæredis
4 appellatio. † Secũdos autem hæredes Cicero, Tranquillus
& Iureconſulti, ſæpe ſubſtitutos vocant. vtrunque autem
verbũ, Inſtituere ſcilicet, & ſubſtituere, à ſtatuere deſcen-
dit: præpoſitionéſque vim earum ſatis diſcernũt. Inſtitu-
tus[h] enim dicitur, qui in ipſo ſuccedendi gradu & capite
conſtitutus eſt. Subſtitutus verò, qui ſubiũgitur, & ſubtus
5 hoc eſt in ima cera ſcribitur. † Diuiditur autem ſubſtitutio
in directam & obliquam, hoc eſt fideicommiſſariam, pro-
inde & ipſum verbũ[i] Subſtituo, vtrique eſt cõmune: de quo
tamen infrà certiora[k] dicemus. Directa autem principali-
ter in vulgarẽ & pupillarẽ. Qui tamẽ exactius eã rem pro-
ſequũtur, quinque ſpecies[l] ponũt, vulgarẽ, pupillarẽ, exem
plarẽ, cõpẽdioſam & breuiloquã. de ſingulis nos ſuo loco.
Ex his iterũ quædã propriẹ, quędã cões. Propriæ ſunt vul
gares, pupillares, exẽplares. nam[m] reciprocæ cõpẽdioſęq;[n]
cæteris etiã accõmodari poſſunt. Hoc aũt titulo, de vulga
ri principaliter tractabitur: ea eſt enim vſitatiſſima ac anti
6 quiſſima, ac ſic ferè[o] definitur. † Vulgaris eſt ſubſtitutio
quæ à quocũq; de quocũque & in quęcunq; caſum cõcipi
poteſt, nihil ſpeciale[p] habens Diuiditur & ipſa in tacitã, &
expreſſam, ac mixtã quidã cõmenti ſunt: dicta verò inde
quod vulgò fieri ſoleat: & vt dicit Theop.[q] ὅτι ἐπὶ παντὸς ἁρ
μόζει, τοῦτο μὲν ἐξωτικῶς, τοῦτο δὲ παιδός. Legitimus etiam apud
Iurecõſ. vulgare[r] pactũ, vulgarẽ[ſ] formã & formulam, vul-
garia[t] vaſa, vulgarẽ[u] ſeruũ, vulgarem[x] mulierẽ, vulgarem
quæſtionem. vulgaris igitur ſubſtitutio cõmunis dici po-
7 teſt. † Subſtitutio autẽ ex quadã teſtatorũ prouidẽtia ori-
ginem

e de qua do. C. & ff. eod.
f hîc in prin.
g in ru. ff. eo. & hîc.
h l. i. ff. eod
i l. iã hoc iure. ff. eod.
k j. §. quarratione. titu. ſequen.
l doct. in rub. ff. & C. eod.
m § ſeq.
n §. quaratione. & § fi. titu. ſeq.
o imo. in l. i. ff. e d.
p Bar. in l. i. ff. eod.
q j. de pu. in princ.
r l. Bebius. ff. de pact. doto.
ſ l. ſi ſeru[9] nanĕ. ff. de furt.
t l. ſupellectile. de ſupel. lega.
u l. nẽ apud Labeonẽ. §. pretor ait ff. de iniur.
x l. ſi vxor. ff. de adulte.

y C.de ead. tol. ginem sumpsit. Sępè y enim contingit institutum mori ante testatorem, vel etiam post, ante aditam tamen hæreditatem: ac nonnunquam etiam repudiatur à primis hæredibus hęreditas. Prouisum est itaque vt in illorum locum alij subrogētur. Vulgaris autem substitutionis multi sunt effectus & proprietates sed de ipsis quantùm breuitas Institutionum patitur, ad textum ordinatiùs dicetur.

Potest autem quis in testamento suo plures gradus hæredum facere: vt puta, Si ille hæres non erit, ille hæres esto. & deinceps, inquantum velit testator: vt nouissimo loco in subsidium vel seruum necessarium hæredem instituere posſit.

1 *Substitutionem vulgarem in quinque articulos diuidi.*
2 *Vbi fieri substitutio debeat.*
3 *An substitutio directa in codicillis facta in fideicommissum vertatur.*
4 *De intellectu l. Scæuola. ff. ad Trebel.*
5 *Communem opinionem probabiliorem esse.*
6 *Dubium interdum, sitnè institutio an substitutio.*
7 *Nouissima quæ dicantur.*
8 *An substitutione, in seruo soluatur necessitas.*

a Zas. in trac. de vulg.

Potest autem quis in testamento] †Qui in tractatum [a] vnum collegerũt ea, quæ ad vulgarem substitutionem pertinent, quinque potissimùm articulos discutiũt, quid sit ea, quotuplex, quibus verbis fiat, qui eius effectus, postremò quomodo desinat: de quibus omnibus singulatim hîc referre supersedebimus. potest enim is qui plenè instrui cupit à suis fontibus, id est ex Pãdectis, vel ex singularibus aliorum tractatibus ista repetere: nam Aretinus ineptè sanè hîc in quæstionũ multitudine diffunditur. †Quare illud nos priùs videamus: vbi hæc substitutio fiat. Potest, [b] inquit Martianus (ex quo primi duo paragraphi accepti sunt) quis in testamento suo, &c. In codicillis enim neque institutio [c] neque substitutio rectè fieri dicitur: cuius ea est ratio, ne confundatur ius testamentorum & codicillorum. nam si idem poterit fieri in codicillis, quod est in testamentis permissum, quod tandem erit inter ea discrimen? Parentibus tamen [d] inter liberos testantibus militibúsque, & aliis nonnullis hoc ius remissum est: quorum sola

b l. potest. ff. eod.
c §. pe. J. de codicil.
d l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de tes.

Marginal numbers: 1 (beside "Qui in tractatum"), 2 (beside "Quare il-").

3 rum ſola voluntas[e] ſpectetur. † Cæterum illud hîc non[f] intẽpeſtiuè diſputatur, an ſubſtitutio in codicillis facta cùm directò non valeat, ſaltem in vim fideicommiſſi ſuſtineatur. Et putat Accur. ſuſtineri poſſe, dũmodò certum ſit teſtatorem voluiſſe[g] codicillos non teſtamẽtum facere: natura enim actus, benigniórq; interpretatio tuẽdæ volũtatis defuncti hoc inducit, ac[h] ſuadet. eáque opinio vſu & authoritate plurimorum vulgò[i] obtinuit. Paucæ[k] tamen leges ſunt quarum argumento ipſa nitatur, & ego aliquando

4 in contrariam nonnullorũ ſentẽtiã pronior fui. † nam ad Scæuolæ legem qua cõmunis opinio maximè adiuuatur à pleriſque non malè reſpondetur, ipſam ſcilicet tantùm in pupillari ſubſtitutiõe[l] procedere, de qua Scæuola[m] loqui negari non poteſt. Vt autem bene introductum eſt patrem poſſe impuberi filio teſtamentum[n] cõdere, ſic etiã æquitas ſuadet, vt qualis qualis patris prouidentia ſeruetur negligẽtiam ſanè & ſocordiam patris, directò in codicillis, ſubſtituẽdis, æquitatis remedio emẽdari cõuenit. impuberi enim nihil imputari poteſt, qui ipſe ſibi proſpicere nequiuit. Nec me mouet quorundam [o] ratio dicẽtium hîc nõ pupilli, ſed patris in ſuſtinẽda directa ſubſtitutiõe per fideicommiſſum fauorem fore: quod per fideicommiſſum patri[p] ſuccedatur. id enim ego in præſenti ſpecie non admittam, cùm poſſit pater filio in poteſtate exiſtenti æquè per[q] fideicõmiſſum atque directò ſubſtituere. Videtur itaque mihi legitimi hæredes impuberes pupillarẽ hæreditatem fideicommiſſario reſtituere rogati. quod verba Scæuolæ ſignificant, & ratio dictat: nã & benignã interpretationem nimium reſtringemus, ſi ad patris bona fideicommiſſum tantùm retulerimus: qua de re verbum illic nullũ. Quod verò ab aduerſariis dicitur, per fideicommiſſariam ſubſtitutionem teſtatori[r] ſuccedi, id tunc locũ habet, cùm non fuit in poteſtate filius, qui ipſe rogatus eſt. at hîc non ipſe pupillus, ſed ij qui directò ipſi ſubſtituti erãt, rogati videntur. Speciale ergo erit in pupillari ſubſtitutione, quod ipſa directò in codicillis facta, flectatur in fideicommiſſariã. Sunt etiam qui ex [ſ] Accurſij ſententia in Scæuolæ reſponſo benignam interpretationem putãt ob ſubſtituendi verbum accipi. quod medium eſt inter ciuilia & precaria [t] verba. Sed tamen id mihi diſplicet. Nam ſi eſt cõmune, cur illic dicitur[u] ipſo iure inutilẽ eſſe ſubſtitutionem?

e l. 4. ff. de milit. teſt.
f in gloſſ.
g l. illud. §. 1. ff. de iure codic.
h l. Scæuola. ff. ad trebel.
i not. in l. verbis. ff. eod.
k d. l. illud. l. cùm quis. §. Seiã de leg. iij. d. l. Scæuola.
l Por. in §. pe. J. de cod.
m in d. l. Scæuola.
n J. de pupil. in princi.
o Por. infrà de codicillis.
p l. cohæred. §. cùm filiæ. ff. eod.
q l. ſi Titio. §. fi. de leg. 1. no. Bal. in l. 1. 16 quæſtio. de iure codicil. ff.
r d. l. cùm filiæ.
ſ Porc. & Mod. hic.
t argu. gloſ. infrà de pupilla. §. fi.
u in d. l. Scæuola.

directò

directò ergo erat substitutus: neque video cur magis substitutio possit esse obliqua in proprio significatu, quàm institutio, id quod latius infrà [x] attingemus. † Cæteræ verò 5 leges quæ allegantur communem opinionem haud æquè fulciunt, fortissimúmque aduersariorum est argumentum ex Scæuolæ responso, quod à nobis confutatum est. Citatur autem & [y] Papinianus, qui tamen ea de re apertè nihil dicit: neque exprimit institutionem directã in codicillis factam flecti in fidei commissum: verùm vbi de voluntate constat testatoris, qui à legitimo hærede fideicommissariam hæreditatem relinquere destinauit, videndum ait, voluerítne codicillos, an testamentum facere: nam etsi vi codicillorum valere poterat fideicommissum, si tamẽ existimauit se testamentum facere, idque fuerit imperfectum nihil debebitur. Vulgò quoque prædictum argumentum soluitur, quòd illic additum fuerit, fideicommissariũ verbum Volo. Sed illa responsio mihi non placet. Nam verbũ Volo, ex adiunctione est precarium, vel directũ: benignioris tamen interpretationis nulla illic mentio fit. Ego tamẽ priori sententiæ, quum communi calculo recepta sit, adhærendum tamen puto, quæ fortiore quoque argumento ex [a] Iustiniani constitutione confirmatur: ait enim non licere ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis voluntatem trãsducere, si decreuerit testator testamentum facere: ergo si à contrario sensu codicillos voluit, licita hîc erit traductio: hæc autem opinio tanquam quoddã axioma esse debet, cùm in multas quæstiones incidat.

In quantum veluti substituere] † Interdum tamen dubium 6 est, sitne institutio an substitutio: verbi gratia, Si [b] nauis ex Asia venerit, Seius hæres esto: si nauis ex Asia nõ venerit, Caius hæres esto. Faber atq; Angelus institutionẽ in vtroque interpretantur, nonnulli Caiũ putant esse substitutum prior sententia receptior est, & mihi quoq; magis placet: neq; enim videtur magis Caius Seio, quã Seius Caio esse substitutus, si rei nõ verborum ordinem inspexerimus Itaque cũ sub conditione scripti hæredes, adire præcedente [c] conditione nequeant: potest tamen vterque bonorũ possessionem [d] secundum tabulas petere, quæ ipsis curã [e] bonorum, interea dum veniat vel deficiat conditio, præbeat.

Vt nouissimo loco] † Id est postremo & vltimo, quo tãquã 7 nimis nouo verbo nõ vsum Ciceronem, A. Gellius annotauit.

[x] *in §. qua ratione. & seq.*
Bart. con. in l. centurio. ff. eod.
[y] *d. l. illud. §. 1 & d. §. Seiã*
[a] *l. fin. C. de codicillis.*
[b] *Fab. Are. & Mod.*
[c] *l. is qui hæres. ff de acq. hered.*
[d] *Bar in l. ij. §. si sub conditione ff. de bon. pos. sec. tab.*
[e] *l. si qs insti tuatur. ff. de hered. institu.*

tauit, nonnunquã tamen apud ipsum reperitur: quẽadmodum autẽ antiquissima sunt quæ prima, atq; ante alia omnia, sic nouissima quæ maximè noua, hoc est vltima [f] dicũ-
8 tur. † Quærit autem Accur. an seruus alio loco quàm nouissimo substitui possit? & posse negat. nam cùm seruus necessarius hæres [g] sit, inutilem esse alterius substitutionẽ [h] patet. Quod quidem verum est, si seruus in eadem causa maneat: quid enim si moriatur, si alienetur, si manumittatur ante mortẽ testatoris? hîc certũ est admitti posse substitutum. Quidam tamen etiam cùm in eadem [i] causa permanet, substitutionem valere aiunt, [k] cũ per superstitionẽ videatur resoluta esse necessitas: quod mihi nõ probatur. Testator enim qui seruo substituit, videtur eos casus in consideratione habuisse, qui euenire poterant, vt seruus non esset [l] hæres: non verò tacita mente in voluntatẽ eius posuisse, an cũ posset, vellet esse hæres. certè si vel expressa esset, vel aliunde [m] colligi voluntas testatoris posset, necessitatem seruo remittentis non equidem repugnarẽ. Sed hîc de substitutione serui loquimur, & de testatoris voluntate inquirimus. mihi certè supradicta distinctio verissima videtur: in filio tamen vulgò receptum est, necessitatem substitutione solui. an verò & suitatis iura eodẽ modo vnà intereant [n] nonnulli dubitant. & res maioris [o] est negotij, quã vt hîc obiter explicari à nobis possit. Theophilus [p] verò inferius vtrunque inficiari videtur.

f c. xxi. li. x.
g §. i. infrà de hær. qua. & dif.
h ar. l. post aditam. C. eo.
i infrà de hæred. inst.
k Mod. hîc.
l l. cùm proponas. C. de hæred. instit.
m l. itã dubitari. ff. de hæred. inst.
n Zas. in trac. subst.
o Alc. latè in l. si filius hæres ff. de lib. & posth.
p infrà de pupil. in princ.

Et plures in vnius locum possunt substitui, vel vnus in plurium, vel singuli in singulorum vel inuicem ipsi, qui hæredes instituti sunt.

1 *Substitutionum varij modi.*
2 *De reciproca substitutione.*
3 *Reciproca vnde dicta.*
4 *An rectè dicatur breuiloca ea substitutio quæ inuicem fit.*
5 *Reciprocam substitutionem cæteris communem esse, non propriam speciem.*
6 *Quibus verbis fiat reciproca.*
7 *De effectibus reciprocæ substitutionis.*
8 *Substitutiones reciprocas facilè multiplicari.*
9 *Reciprocæ tacitæ sint, an expressæ.*

Substi-

SVbſtitutiones[a]† variis modis fiũt:aliquãdo enim vnus 1
vni,aliquãdo plures pluribus,aliquãdo vnus pluribus,
aliquando plures vni, aliquando duo vel plures inuicem
ſubſtituuntur.† Priores ſpecies per ſe [b] claræ ſunt, de po- 2
ſtrema tantùm hîc tractabimus:neque enim vllus oportu-
nior eſt locus. Et Aretinus quoq; tantùm nõ ad nauſeam
ſingula perſequitur:nos potiſſima tantũ attingemus, atq;
iuuenibus ad difficiliora percipienda ianuam aperiemus.
Cũ igitur inter directas ſubſtitutiones quæ quinq; ſunt, [c]
hæc quæ inuicem fit connumeretur, operepretium fue-
rit de nomine primùm inueſtigare. † Vulgò eam vocant 3
breuilocam,[d]Iureconſulti aptiùs reciprocam,[e]quod ſem
per eò vnde venit iterũ ſe[f] recipiat:quæ mutuæ & alternæ
ſubſtitutiõis eſt natura.Breuilocæ autẽ appellatio non ſat
cõgruit rei.i.ſubſtitutioni: cur enim nõ potiùs breuẽ vo-
cauerũt?& ἀμφίβολον illud vocabulum eſt,nam à cõpendio
ſa re plurimũ,ſignificatione verò nihil differt. Atq; ideo
& ipſe Accur.non ſatis memor,reciprocam hîc cõpendio-
ſam[g]vocauit.†quinimo nec breuitas verborum,ſed viciſ- 4
ſitudo ſubſtitutionem reciprocam facit:atque ideo Theo-
philus [h] hîc inuicem factam ſubſtitutionem ſic explicat.
Primus hæres eſto in ſemiſſe,ſecũdus itidem in ſemiſſe:ſi
primus hæres nõ erit, in parte ipſius ſit hæres ſecundus: ſi
ſecundus hæres non erit,primus in parte ſecundi ſit ſubſti
tutus.Quòd ſi ergo tantũ illam vocauerimus breuilocam
quæ ſub eadem verborum conceptione inuicem pluribus
breuiter fit,erit tantũ breuiloca quædã reciprocæ ſpecies,
cum illã prolixiore oratione fieri nihil impediat.nec quic
quam vulgarem appellationẽ Iuliani[i] reſponſum probat:
nam illic nõ ſubſtitutio breuiter facta dicitur:idque ea de
cauſa, quia plures per ἀσυνδέτων ſeu diſſolutionem cõiun-
ctim ſubſtituti.inſtitui quoq; breuiter cenſentur hoc mo-
do:Publius Marcus,Caius inuicẽ ſubſtituti hæredes mihi
ſunto. Quapropter ſatiùs fuerat retinere elegãs epithetõ
reciprocæ ſubſtitutionis ab ipſis Iureconſultis inditũ,quã
nouũ,idque cùm minus idoneum,tum etiam ambiguum
ſubrogare: cùm nomina & vocabula maximè congrua &
propria eſſe [k] conueniat, ne ad demonſtrandum iuuenta,
contrarium operentur effectum.† Reciproca autem ſub- 5
ſtitutio cæteris omnibus ſubſtitutionib. applicari poteſt,
nec directis tantùm,ſed etiam precariis & fideicommiſſa-
riis quod

a expoſi.huius §.
b exempla. vide in Græ. Inſtitu.
c dixi ſuprà in rub.
d gl.& doc. in l Lucius. ff.eod.
e i l.4.ff.eo.
f Varro.lib. 6. de lingua Latina.
g in gloſſ.
h in Græc. Inſt.
i l.cùm in teſtamento. §. 1.ff. de hære. inſtit.
k §.eſt & aliud. ſuprà de dona.

riis,[l] quod in vulgari & pupillari manifeſtiſſimum eſt. *l not. in l. Lu-*
hinc vulgò traditur hãc nõ eſſe propriã ſpeciẽ ſubſtitutio- *cius. ff. eod.*
nis, ſed tantũ qualitatem quãdam, & cæterarũ ſubſtitutio-
num adiectionem. ſic enim aliquãdo vulgariter, aliquan-
do pupillariter inuicem aliqui ſubſtituuntur. nec obſtat
quòd tertium genus vocet[m] Modeſtinus: habet enim à *m l. iam hoc*
ſimplicibus ſubſtitutionibús duplex, aliquã differentiam *iure. ff. eod.*
non ſpecie, ſed numero, quo modo & aliqua qualitate ab
ſimplicibus reciprocæ diſtinguuntur: natura tamẽ ſimpli-
6 cium ſemper in ipſis remanet. † Hinc & quibus verbis fiat
reciproca, ſubinde tractant doctores, de quo nihil dicam,
cùm certa verba hîc non ſint præſcripta, & quibuſcunque
vti liceat,[n] dummodo reciprocationẽ quandã & ſucceden- *n arg. § j. j.*
di viciſſitudinem ſignificent: quanquam in dubium verti *de ver. obli.*
aliquando ſciã, reciprocáne ſint verba, an ſimplicia, & di-
recta, an[o] precaria: ſed hæc aliis poſt me memoranda re- *o Aret. §. ſi.*
linquo.[p] Sequũtur deinde huiuſce ſubſtitutionis effectus, *j. tit. ſeq.*
ſed cùm ipſa non ſit propria ſpecies, proprios quoq; effe- *p doct. in l.*
ctus parere nequit, eóſq; à ſuis ſimplicibus accipit. etenim *verbis. & l.*
vulgaris expreſſa tacitã pupillarem[q] continet, ac pupilla- *Centurio. ff.*
7 ris iterum expreſſa, tacitam in ſe habet vulgarem. † Primi *eod.*
hoc ſit exemplum, impuberi filio meo, ſi hæres nõ erit, Ti- *q d. l. nã hoc*
tium ſubſtituo: nam etſi de pupillari ſubſtitutiõe nihil di- *iure. ff. eod.*
xerit teſtator, ea tamen eius mens fuiſſe præſumitur, vt &
filio impuberi mortuo Titium illi ſubſtitutum eſſe voluе-
rit, alterius apud Ciceronem,[r] pulcherrimum extat exem- *r in Topicis*
plum. Quidã poſthumũ hæredem inſtituerat, & ſi is im- *i. de Oratore.*
pubes decederet, M. Curium ſubſtituerat: hîc etiã ſi nul- *& in Bruto.*
lus poſthumus natus fuerit, nec adiri hæreditas potuerit,
Curius tamen ad defuncti hæreditatem vocabitur, ex ta-
cita vulgari, quàm ex pupillari colligimus. quod cõtra Q.
Scæuolam L. Craſſus orator defendit, ac (vt nonnulli tra-
dunt) obtinuit, ante Imperatorũ[ſ] ea de re conſtitutionem. *ſ in d. l. iam*
eodem quoque modo exemplaris etiam tacitè aliquando *hoc iure. dicã*
8 accipitur. † Hinc fit vt propter verba reciproca, ſubſtitu- *infrà §. qua*
tiones aliquando multiplicentur: quod exemplis Areti- *ratione de pu*
nus, atque alij ſatis oſtendunt: nam duæ vulgares expreſ- *pil. ſubſti.*
ſæ, duas tacitas pupillares continent, & ſic deinceps, ma-
ximè autem hîc perſonarum inſpicienda eſt æqualitas:
nam ſi vni pupillariter ſubſtitui poteſt, alteri nõ, ſolæ erũt *t & doct. in*
vulgares. idque hîc per multas quæſtiones Angelus[t] exa- *d. l. Lucius.*

minat,quas referre non est opus. † Illud etiam quæritur, 9
an substitutiones reciprocæ expressæ sint,an[u] taci tæ:vulgò eas generaliter expressas aiunt.Ego verba inspicienda esse existimo. Nam si vulgari modo substitutio inuicem facta est,erunt vulgares expressæ,&si id qualitas personarum patiatur,tacitæ quoque pupillares:contra verò,si pupillari formula substitutio fuerit expressa.nec me mouet, quòd sic mater[x] excludetur: nã quid de ea re sentiam suo loco[y] exponam. & valdè absurdum est, eius solius ergo, hanc distinctionem generalis & specialis expressiones doctores fuisse[z] commentos.

u Bar.in pri. d.l.Lucius.
x contra l. precibus. C. eod.
y § qua ratione tu. seq.
z in l.Luci⁹. ff.eod.

Etsi ex disparibus partibus hæredes scriptos inuicem substituerit, & nullam mentionem in substitutione partiũ fecerit: eas videtur in substitutione partes dedisse,quas in institutione ex pressit,& ita diuus Pius rescripsit.

1 *Pium Imperatorem. T. Aelium Antoninum cognominatum.*
2 *Noua Theophili interpretatio ad hunc §.*
3 *Viriles partes ab hæreditarijs quomodo differant.*
4 *Duo casus excepti.*
5 *Quæ propria nomina vocemus.*
6 *Quæ appellatiua.*
7 *An Francisci Cur. §. opinio contra cõmunem subsistere possit.*
8 *Quid si sub diuersis nominibus facta sit substitutio.*

DIui Pij Antonini † crebra apud Iureconsultos mentio 1
fit,& eius etiam in Codice aliquot constitutiones extant:huic prænomen Tito fuit.illa tamen quæ de petitione hæreditatis ad Secũdum[a] in vulgatis exemplaribus ei adscribitur,sub hoc titulo Titus Ælius Antoninus, alterius est, Marci scilicet philosophi: ideóque rectiùs illic[b] legitur M.Ælius Antoninus,quod & ex consulum[c] annotatione.& quia D.Hadrianum auum suum citat,satis colligitur. Etenim Hadrianus in suam, hoc est Æliam familiam Pium adoptauit,ea cõditione vt ipse sibi Marcum & Verum adoptaret, qui diui fratres à nostris appellãtur, filij diui Pij,nepotes per adoptionem D.Hadriani. Huiusce autem cõstitutionis D. Pij receptus vulgò est intellectus, secundum Vlpiani[d] responsum.† Theophilus tamen ali- 2
ter hic est interpretatus, ac in duobus institutis inuicé̃mque

a l.1.C.eod.
b l.1.C.de pe ti.hæred.
c in Halo.ædi.& cos.
d l.si plures. ff.eod.

que ſubſtitutis exemplum ponit: vt ſi fortè vnus ex quin-
cunce, alter ex ſeptunce ſit inſtitutus, ac inuicem hi ſubſti-
2 tuantur, repudiante ſecundo, non quincūcem primus, ſed
ſeptuncem ex ſubſtitutione accipiat, in qua ſecundus inſti
tutus fuit. mihi communis magis placet intellectus, circa
quem annotandum eſt diſtingui partes viriles ab hæredi-
3 tariis: † viriles enim ſemper æquales ſunt, hæreditariæ inæ
quales aliquando, ſcilicet ſi ipſi hęredes ex diſparibus par-
tibus ſcripti fuerint. regulariter [e] autem onera & cōmoda *e d. l. ſi plu-*
4 ad hæredes pro hæreditariis portionibus pertinent. † Ex- *res.*
cipit tamen duos caſus Accur. [f] vnus eſt cū pecuniæ dandę *f gl. hîc & in*
quantitas aliam voluntatis cōiecturam inducit. Nam etſi *d. l. 1. C. eod.*
aliqui ſint ex diſparibus partibus hæredes ſcripti, ſi tamen
æquas partes dare iubentur, æquas quoque recipere [g] de *g l. quoties.*
beat. Alter eſt [h] cùm ſubſtitutio non ſub appellatione hæ- *ff. ad Trebel.*
redum, ſed propriis nominibus expreſſis facta eſt: tum *h l. nonnun-*
enim nō ad partes datas, ſed ad perſonas habita fuit rela- *quam. ff. ad*
tio [i] meritò ergo perſonales & viriles erunt partes in ſub- *Trebel.*
5 ſtitutione. † Animaduertendum ergo diligenter ſubſtitu- *i l. ſi hæredes*
tióne fiat per nomina propria an appellatiua. propria au *nominatim.*
tem ſunt quæ rem nō communem omnibus, ſed vni indi- *de legat. 1.*
uiduo propriam ſignificant: cuius quatuor ſunt genera, no
men prænomen, cognomen, agnomen: de quibus ſuprà la
6 tiùs [k] diſſerui. † Appellatiua verò quæ rem multis cōmu- *k § . 1. ſup. de*
nem ſignificant: vt hęredes, fratres, nepotes, homo, equus. *exhære. libe.*
Nonnunquam verò coniungi appellatiua propriis ſolent.
quid ergo? viriléſne tum erūt partes an verò hæreditariæ?
Quæſtioné certè hanc elegāter definiuiſſe videtur [l] Pom- *l l. ſi ſeruus*
ponius, vt inſpiciamus quod præcedat: illud enim princi- *communis. ff.*
palem cauſam obtinebit, aliud demōſtrationis cauſa adie- *de ſtipu. ſer.*
7 ctū cenſebitur: † quod tamen hîc præceptori noſtro Fran-
ciſco Cittio [m] diſplicebat, cùm non aliter viriles partes *m in d. l. j.*
fieri debeant, quā ſi id euidenter fuerit expreſſum. [n] quòd *C. eod.*
non ſatis apparet, cùm propriis addita ſubiunctáque ſunt *n d. l. ſi plu-*
appellatiua. mouet etiam eum, quòd idem alibi Pompo- *res.*
nius [o] ait, ſi nomina duntaxat hæredum in teſtamento po- *o l. ita liber.*
ſita fuerint, viriles deberi: ſi fuerint ergo addita appellati- *ff de ſtat. lib.*
ua, ſecus videri: ſimiliq; vtitur argumento ex reſponſo Pa *p d. l. nōnun*
piniani. [p] Mihi tamen communis ſententia magis placet, *quam.*
cùm ex Iureconſulti [q] interpretatione ob præpoſitioné pro- *q reſpon. ad*
priorū nominū ſat euidenter voluntas defuncti exprima *d. l. ſi plures.*

 tur: &

[r] *respon. ad d.l.ita liber. & d. l. nonnunquam.*

tur:& ei quod alibi[r] dicitur, Si nomina duntaxat hæredũ, &c.opponitur,cùm nomina tantùm appellatiua posita sũt in testamento,quod ex sequẽtibus verbis illis patet. Si verò ita,si hæredib⁹ dederit hæreditarias.ille igitur casus,cũ vtraque coniuncta sunt,illic nõ deciditur.meritò ergo in eo recurrendum est ad Pomponij[f] distinctionẽ.nam eodẽ modo illic concipi posset argumentũ à contrario sensu:ergo si non erunt duntaxat appellatiua, nõ in hæreditarias, sed in viriles fiet distributio. In dubio tamẽ potiùs hęreditariæ debebũtur:veluti si in nuncupatiuo testamento substitutio facta fuerit,nec satis meminerunt testes,quo verborum ordine substitutio sit facta. †Sed[t] & si quidam sub appellatione hæredum, quidam sub propriorum nominũ expressiõe instituti fuerint, illi hæreditarias,hi æquas accipient.Nouissimę dubitari potest, quid hîc proficiat substitutio:quæ superuacanea videtur, cùm sine ea idem per ius accrescendi hæredes instituti habituri fuissent, quod habebũt ex substitutione:quin Accursius etiam accrescẽdi verbo vtitur,in casus explicatione, tametsi impropriè. Responderi[u] tamen potest magni momenti substitutionẽ fore,cùm alijs multis nominibus,tum illo maximè, quod ea ad hæredem instituti, qui tamen adiuit, non transeat, cùm tamen ius accrescendi habiturus fuisset, nisi id substitutione sublatum esset. 8

[f] *in d.l.seruus cõmunis.*

[t] *Aret. hîc. & doct. in d. l.j.*

[u] *l.qui plures. ff. eo.no. in l.in testamento.C.eo.*

Sed si instituto hæredi, cohærede substituto dato, alius ei substitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus sine distinctione rescripserunt ad vtranque partem substitutum admitti.

1 *Accursii ad hunc §.intellectus.*
2 *Qua in re distinctionem Imp.reprobauerint.*
3 *Vtra pars iure accrescẽdi an iure substitutionis hîc deferatur.*
4 *Tacitam substitutionem ab iure accrescendi distingui.*
5 *Enucleatio l.qui habebat.ff.eod.*
6 *De Serbidio Scæuola.*

Sine distinctione rescripserunt] † Multùm se hîc torquet Accurs.[a] qua in re tollatur distinctio, ac nouissimè cõcludit omnino adhibendam hîc esse distinctionẽ. Ego in hoc ei cõsẽtio,nihil hîc agi[b] de ordine substitutionũ institutionúmq;, scilicet præcederéne debeat vulgaris an pupillaris 1

[a] *glo.mag.*

[b] *reprobat.j. pars glos.*

pillaris institutio : quod tamen huc nõ pertinet , & infrà
latiùs eiusdẽ rei veritas à nobis[c] declarabitur: metathesis
enim permissa est verborũ, modò ea constructione suum
iterum ordinem[d] recipere possint: in vna verò parte fieri
substitutionẽ, deinde separatim institutionem sequi, non
satis congruens[e] est. Trita porrò est in scholis nostris re-
gula, vbi lex non distinguit, nec nos distinguere[f] debere:
eáq; vel tum maximè valet, cũ expressè lex distinctionem
reiicit, veluti in præsenti specie: à qua tamẽ aliquãdo rece-
dere necesse est, alia lege vel euidenti aliqua ratione id[g]
exigẽte. hîc autẽ nulla subest distinctionis causa. Et quan-
quàm nõ mala est Accursij distinctio: de ea tamen non vi-
dentur sensisse[h] Imperatores: sed hoc potius voluerũt, illo[i]
casu quo hæres & cohæres repudiant, substitutũ ad vtran-
2 que partem sine distinctione admitti. † Sed quæ tandem
hîc poterat distinctio cõsiderari? hoc ex Papiniani respon-
so,[k] qui σύγχρονος & familiaris vtriusque Imperatoris fuit,
optimè colligitur. videbatur enim in hoc casu, quo primus
& secũdus, hæredes erant instituti, & secundus primo sub-
stitutus, & secundo iterũ tertius, nõ aliter admittendum
tertium ad vtranque partem, quàm si primũ primus, dein-
de secũdus repudiauerit aut decesserit, vt primi pars secũ-
do delata, sic deinceps ad tertium veniret. Item etiam di-
stinguendum videbatur,[l] fueritne primùm secundo ter-
tius, an primo secundus substitutus: faciliùs enim ad vtran
que partem tertius admittendus videbatur, si primo secun
dus, secundo tertius substitutus fuisset, videlicet vt ordine
quodam ad tertium vtraq; pars veniret. Imperatores ta-
men rescripserunt tertiũ sine distinctione ad vtranq; par-
tem admitti, hoc est secundum Papinianum,[m] siue ante
substitutionem, siue postea substitutus fuerit, & siue prior
substitutus post institutum siue ante decesserit. Paulus ve-
rò Castrensis[n] aduersus hunc textum, distinctionẽ iterum
inducere in primo articulo voluit: sed ei⁹ opinio mihi nõ
4 probatur. † Cũ ergo sine distinctione substitutus ad vtran-
que partem admittatur, de illo consequẽter dubitatur, an
vtranque partẽ iure substitutionis cõsequatur. de vna non
est dubium, de altera non sat conuenit inter doctores. Ve-
teres enim vt Dynus,[o] Faber, & plerique alij putant iure
potiùs accrescendi, primi partem alteri adiici: quam opi-
nionem nouissimè etiam secutus est[p] Lancelotus Politus

c §. liberis. ti. seq.
d l. ij. § pri. versicu. sed si quis. ff. eod.
e d §. prius. in princ.
f l. de pretio. ff. de public.
g Bauer. hîc latè.
h Ioan. Fab. hîc in princ.
i qui ij. est secundum dist. Accur.
k l. cohæredi. ff. eod.
l vide Paul. Castrẽ. cont. tex. hũc dist. in d. l. cohæredi.
m in d. l. cohæredi. sentit hoc & Iason. hîc.
n in d. l. cohæredi.
o Bar. in l. si Titius. & ibi not. in l. cohæredi. ff. eod.
p in trac. vulga. substi. nu. 107.

Iurecon ſult.nequaquam contemnēdus. Certum eſt enim tertium primo non eſſe verè ſubſtitutum.nec ſequitur(inquit ille)eſt ad vtrãque partem[q] ſubſtitutus,ergo vtrique. Ego à communi opinione,[r] quæ diuerſum approbauit non diſcedo.ac eo in primis argumēto moueor,quod nulla hîc erit dubitandi ratio,ſi intellexerimus primi partem iure accreſcendi deferri tertio:quis enim ignorat partem vacãtem alteri accedere?nec ad id quicquam conſtitutione principum opus erat.ac vt etiã ſecundus non eſſet ſubſtitutus primo.haberet tamen locum ius accreſcendi:ergo aliquid hîc operabitur huiuſmodi ſubſtitutio:videlicet vt iure ſubſtitutionis primi pars ad tertiũ veniat.Sed & cùm dicat hîc textus ſubſtitutum ad vtranque partem admitti, natura ipſa verbi,titulíque & rei coniunctio,æqualem omnino requirunt determinationem.[f]Præterea quemadmodum in pupillari, tacita ineſtvulgaris ex voluntatis coniectura(quia cùm quis filio hæredi ſuo hæredem eſſe voluit eundē & illo deficiente ſibi videtur elegiſſe ſecundũ communem ſententiam)ita etiam mens hîc fuiſſe teſtatoris intelligitur,vt quem ſecũdo qui ſubſtitutus erat primo, ſubſtituerit,eundem repudiante ſecundo & primo ſubſtitutũ eſſe voluerit. Nouiſſimè etiam illud communem opinionem adiuuat,quod in ſimili ſpecie[t] pupillaris ſubſtitutionis quęritur,an iure ſubſtitutionis primi hæreditas ad tertiũ pertineat:atque cùm illic ſpecialiter decidatur nõ pertinere colligere, licet regulariter in aliis iure ſubſtitutionis[u] eã deferri,†Non nego tamen tertiũ non eſſe expreſſè 4
primo ſubſtitutum: ſed hîc ſubſtitutionem ex præſumpta teſtatoris voluntate coniicimus.licet autem hanc tacitam ſubſtitutionem vocare: quæ tamen expreſſę vim habet,& ab iure accreſcendi(quod & ipſum tacita nonnunquã ſubſtitutio[x] vocatur) longè differt.Eſt autē huiuſce quæſtionis non leuis effectus,qui ex hoc[y] exemplo accipi poteſt. Inſtitui tres hæredes,primũ,ſecũdum & tertium : tertium verò primo ſubſtitui,ac tertio iterũ quartum: repudiante primo & tertio,ſi quartus ad partem primi iure ſubſtitutionis admiſſus fuerit,excludet omnino ſecundum,ac ipſe duas habebit partes:ſecus verò ſi iure accreſcēdi.Ille deinde caſus nõ eſt in difficili,ſi primus hæres fuit inſtitutus, & primo ſecundus ſubſtitutus,ac ſecundo iterum tertius. nam ſi neque primus neque ſecundus hæres erit, erit tertius.quid

q d.l.ſi Titius.

r Alexan.& Iaſon dicunt communem in d. l.ſi Titius.

ſ ar.not.in l. hæreditatem. C.eodem.

t l.qui habebat ff.eod.

u arg.l.quod verò.de legi.

x l.ſi Titio & Meuio.§. Iulianus. de leg.ij.

y Io.Fab.hic

tius. quid enim alioqui operaretur substitutio? diuersum
5 tamẽ Faber voluit.† Restat autem nobis hîc discutiendũ
difficile responsum [a] Scæuolæ, quod præsenti [b] Imperato-
ris constitutioni repugnare videtur: ait enim, Si testator
duos reliquerit pupillos, ac primo hæredi instituto secun-
dum substituerit, ac secundo exhæredato, pupillariter ex-
traneum: si secundus mortuus fuerit ante primum, nequa-
quam tamẽ posse extraneum iure substitutionis, ad primi
impuberis mortui hæreditatem venire. Sed cur hæc tã va-
riè? Accursius, Bartolus, & bona doctorum pars putat ideò
hoc contingere, quòd in secundo pubertate substitutio ex
pirarat. quapropter nõ est mirum, si non possit primò suc-
cedere extraneus, cùm nec ad secundi successionẽ veniat.
Quod si verò iure substitutionis secũdo succeßisset, perti
neret quoque ad ipsum primũ impuberis hæreditas, tam-
etsi posterius [c] decedentis. Ab hac tamẽ opinione Faber &
nonnulli alij dissentiunt, quorum hæc ferè sunt argumen-
ta, quòd spes substitutionis quæ conditionalis quędam est
institutio, non transmittatur. [d] non poterit itaque secun
dus pupillus non delatam sibi hæreditatem ad hæredes
transmittere. item etiam nõ videtur ea fuisse Scæuolæ ra-
tio, [e] quòd conditio substitutionis expirauerit, cùm talis
fuerit adiecta conditio, quæ pubertate non expirat, scili-
cet si antequam nuberet, secundum imperatoriam [f] con
stitutionem: sed & lectio ipsa quæ in antiquis & emenda-
tis codicibus [g] inuenitur, supradictæ opinioni repugnat,
cùm legatur & secundus impubes fuisse mortuus: & tamẽ
non venit extraneus ad primi hæreditatem, qui secundo
hæres ex pupillari substitutione nõ fuit. Hinc crediderũt
diuersæ opinionis authores ideò in nostro paragrapho ad
vtranque partem substitutum admitti, quòd altera pars al
teri accresceret. id quod in Scæuolæ responso non fit. Sed
ad hæc tamen non difficulter quis responderit: iam enim
antea euidenter probauimus vtranque partem iure substi
tutionis hîc deferri: & non ignorauit Accursius legi e-
tiam impubes, atque ideò [h] notat, olim impubes, nunc pu
bes: & ad constitutionem quæ conditionem illam si nube
ret, aliter interpretatur, satis respõsum est per Bartolum [i]
atque alios: certum est enim ante pubertatis tẽpus pupil-
lam nubere non posse, & vltra substitutio pupillaris conci
pi nequit. Quod verò dicunt substitutionẽ non transmit-

a l. quis habebat ff. eod.
b & l. cohæredi. ff. eod.
c à cõtra. sensu d. l. qui habebat. ff. eod.
d l. Lucius. § fina. ff. e. l. 1. § sin autẽ. C. de cad. tol.
e in d. l. qui habebat.
f l. sancimus C. de nupt.
g in æditione Nurnb.
h in d. l. qui habebat.
i in d. l. qui habebat.

k vt in l. Lucius. §. fi. ff. e.
l in quo est aliud arg. d. l. cohæredi. & d. §. sin autem.
m l. à filia. §. fi. & l. Lucius. § pluribus. ff. ad Trebellianũ.

ti, negari certè nõ potest, si de simplici hærede[k] agitur: at nos de hærede substituto[l] agimus, qui & illi videtur substitutus, cui secũdus fuit substitutus: secũdò scilicet è medio sublato, cui ipse substitutus erat. Quid ergo? an communi adhęrebimus? me certè non modò lectionis diuersitas, sed & alia quæ proponuntur verba (secundum quæ Scæuola ferè respondere solet)[m] dubium relinquunt: non enim sine quadã emphasi dicitur filiam filio pupillo substitutã priorem decessisse, & aliquãdo credidi hanc distinctionẽ Scæuolæ, Imperatorum Seueri & Antonini, itémque prudẽtissimi Papiniani respõso reprobatam fuisse: †fuit enim istis 6
Scæuola antiquior: non tamen ex celebri illa Mutiorũ familia. Serbidio enim nomen illi fuisse legimus, cuius cõsiliis multum vsus est M. Antoninus Philosoph⁹: ac si rectè memini Seueri Imperatoris ac Papiniani idem præceptor fuit. Sed tamen supradicta responsio apud refractarios nõ est locũ habitura. Dici forsitan poterit Imperatores rescripsisse substitutum sine distinctione ad vtraque partem admitti: at apud Scæuolam nõ de parte hæeditatis vtraque sed de vtraque hæreditate agi, in qua nõ videtur sublata esse veterũ distinctio: atque ideo quæritur an filij hæreditas: &c. In eadem autem hæreditate faciliùs tacitã substitutio inducitur, quàm in diuersis. Veteres ergo distinguebãt, an antè, an pòst decederet. hoc correxit Imperator, sed in eadem hæreditate: non est igitur lex correctoria extẽdenda. quod videns etiam Tribonianus inseruit Pãdectis Scæuolæ responsum, significans id non esse per constitutionem paragraphi nostri correctum.

Si seruum alienũ quis patrẽfamiliàs arbitratus hæredẽ scripserit: & si hæres non esset, Mæuium ei substituerit, ísque seruus iussu domini adierit hæreditatẽ: Mæuius substitutus in partem admittitur. illa enim verba, Si hæres non erit, in eo quidem, quem alieno iuri subiectũ esse testator scit, sic accipiũtur: si neque ipse hæres erit, neque alium hæredem effecerit. in eo verò, quem patremfamiliàs esse arbitratur, illud significant si hæreditatem sibi, vel ei, cuius iuri postea subiectus esse cœperit, non acquisierit. Idque Tiberius

berius Cæſar in perſona Parthenij ſerui ſui conſtituit.

1 *Ampliatio huius paragraphi.*
2 *Quomodo huius paragraphi diſpoſitio filiofamilias applicanda ſit.*
3 *Communis cuiuſdam opinionis notabilis limitatio.*
4 *Poſſe & monachis applicari huius paragraphi diſpoſitionem.*
5 *Cùm vnus ſeruis diuidatur ad quem alter pertinere debeat.*
6 *Totam hæreditatem ex quorundam ſententia inter ſubſtitutum & dominum eſſe diuidendam.*
7 *Quo argumento Imperator ſubſtitutum admitti colligat.*
8 *Reprobatæ Accurſij gloſſæ.*
9 *Cur non admittatur in totum ſubſtitutus.*
10 *Declaratio noua l. cũ proponas. C. de hæredibus inſtituendis.*
11 *Vulgares quæſtiones.* 12 *Diuerſa lectio.*
13 *Quis fuerit Parthenius cuius hic fit mentio.*
14 *Quis item Sext. Pompeius qui hoc de Tyberio retulerit.*

1 PVlchra hîc ſpecies explicatur: † & quanquam[a] in ea de ſeruo agitur, quem ingenuũ vel patremfamiliàs teſtator arbitratus eſt, licet tamen ius quod hîc conſtituitur ad filiosfamiliàs & monachos[b] extendere, qui tum cùm
2 hæredes inſtituebantur, ſui eſſe iuris credebantur. † Sed cùm filiisfamiliàs aduentitiæ hæreditatis proprietatem ſi bi hodie[c] acquirant, procedet hæc ſimilitudo tantummodo in vſufructu, quem cum patre partietur ſubſtitutus, poterit etiam locum habere, ſi fortè filius hæreditatẽ repudiauerit:[d] quæ videtur communis eſſe omnium opinio,[e] at mihi ea in neutro caſu ſatis placet: nam ſi vſuſfructus ius diuidatur cum ſubſtituto, pręmoriatúrque fortè pater, iam contra teſtatoris voluntatem filius hæres parte vſusfructus carebit. Et quid ſi pater teſtatoris voluntatem plenè approbans vſumfructum filio relinquere[f] malit, dicemúſne hic aduerſus voluntatem teſtato-
3 ris aliquod petendi ius habere ſubſtitutum? † Sed & quod in altero caſu de repudiata hæreditate ex Angel. & Politi[g] ſententia refertur, non minus diſplicet, putóque tunc ſubſtitutum totam hæreditatem habiturum. nam cùm apud pleroſque dubium ſit, præferatúrne ſubſtitutus patri filio[h] repudiante, tametſi communis certè opinio patrem præferat: ea tamen hoc caſu (meo iudicio)

a glo. & ibi no. in l. ſi qs filiusfa. ff. de acqui. hære.
b Aret hic.
c l. fin. C. de bon. quæ liber.
d Are. hic.
e Iaſ. in l. cũ proponas. C. de hære. inſt.
f l. cùm oportet. §. ſin autẽ res. C. de bo. quæ libe.
g Pol. in tra. vulg. nu. 46. verſi. 10.
h Iaſ. latè in d. l. cùm proponas. Poli. tract. vulga. nu. 44.

dicio) limitanda erit, cùm etiam ex alio capite patri repugnet teſtatoris voluntas. † In monachis magis aſſenſe- 4
rim, ſimilitudinem poſſe ſumi, nec infrequēter caſus acci dit. dum aliquem inſtituimus abſentem, quem religionē profeſſum ignorabamus. Diuidetur itaque hîc hæreditas inter ſubſtitutum & monaſterium: nam quòd Aretin. exiſtimat monaſterium totum ablaturum, tametſi id fortaſſis fauor aliquis ſuadeat: mihi tamen contra teſtatoris opinionem atque voluntatem fore videtur. itaque ſatius eſt in re dubia mediā ſequi viam, præſertim his temporibus quibus diuitiarum copia, monaſteria in omne luxuriæ & vitiorum genus præceps ruunt, magnóque ob id ciuium odio laborant.

In partem admittitur.] † Accurſius ſemiſſem tantùm hæ- 5
reditatis diuidi inter ſubſtitutum & dominum putat, de altero ſemiſſe quid fieri debeat deinceps, lōga eſt altercatio: obtinuit tamen vt domino adijciatur, vel quòd veritas & ſcriptura opinione[i] & voluntate potior ſit habenda, vel quòd ita diuiſiſſe hæreditatem Tiberium Cæſarem veriſimile[k] ſit: nam cùm ipſe ius ſibi dicere, ac pro arbitrio ſtatuere[l] potuerit, vix eſt veriſimile peiorem ipſum partem ſibi ſumpſiſſe contra eligentium conſuetudinem. Sed tamen hæc leonina proculdubio fuiſſet diuiſio,[m] qualem feciſſe vulpem inita cū leone & Aſino ſocietate Apologus refert. nec veriſimile eſt ex aliorum iniuria principem compendium ſibi voluiſſe[n] quærere. † & hanc quo- 6
que opinionem longo tractatu Politus[o] reprobat, qui magis putat hæreditatem totam inter ſubſtitutum & dominum ex æquis portionibus eſſe diuidendam, ſcilicet vt alterum ſemiſſem neque ſubſtitutus neque dominus præcipuum habeat: & certè ſi alteris deberet adijci, fauorabilior, iuſtiòrque eſſet ſubſtituti cauſa. Itaque ne illa verba æquali diuiſioni obſtent, quæ in Iuliani[p] reſponſo habentur: ita vt alter ſemis inter eum qui dominus inſtituti hæredis fuit & ſubſtitutum æquis portionibus diuidatur, intelligit Politus fuiſſe illic alium cohæredem, cui vnus ſemis ſeparatim acquiſitus fuerit: atque eam ſententiam videtur etiam fuiſſe ſecutus Andreas[q] Alciatus, qui in antiquo codice ait legi Sempronium fuiſſe cohæredē. ex Theophilo[r] ſanè veritas huiuſce quæſtionis plenè habetur: apertè enim dicit, ſubſtitutū ſemiſſem hæreditatis habitu

i §. ſi quis rē inſe. de leg.
k doct. hic.
l §. ſed & quod ſ. de iur. nat. gēt.
m l. ſi nō fuerint. §. fi. ff. pro ſocio.
n arg. l. pe. ff. de hære. inſt. l. digna vox eſt. C. de leg.
o in tract. vulg.
p l. ſi paterfa. ff. de hære. inſt.
q lib. i. ca. ij. diſpunct.
r in Græc. Inſtitut.

habiturum: quod in Politi & Alciati ſententiam incidit. Quod tamẽ alter intelligit, alter addendum cenſet ex veteri exemplari cohæredem, id fortè non æquè omnibus probabitur. Nec erit fortè nimis abſurdum vt ſupra ſcripta quoque verba ad æqualẽ diuiſionem trahamus, quòdque de altero ſemiſſe tãtùm dicitur, de vtroque intelligamus. Alter enim, de duobus ſæpe dicitur: veluti cùm ſic loquimur, vno aut altero die peragi hæc res poteſt. ſic quippè exponere ſolemus vno aut duobus. atque eius exemplum eſt apud Terentiũ in Andriæ prima ſcena: Sed poſtquàm amans acceſſit, pretium pollicens vnus & itẽ alter idque poſtea explicat: Phædrum, inquit, aut Cliniam dicebant, aut Niceratum: nam hi tres tum ſimul amabãt, quod ibi etiam Donatus indicat. Poſt vnum (ait) duo ex quibus alter, vt ſint tres. inquit enim poſt, Nam hi tres, &c. Idem etiam compoſitio arguit: compoſitũ eſt enim ex vtroque ἄλλος καὶ ἕτερος: quod colorem quidem aliquem habet, ſed refelli poſſe non nego. Verùm cùm Theophilus quoque manifeſtè oſtendat, æqualiter diuidi hęreditatem, aliquid fuit adducendum in medium, donec acutiores probabi-

7 liora protulerint. †Cùm autem oſtenderimus quæ partes fieri debeãt inter ſubſtitutum & dominũ: videamus nunc quo argumento admitti ſubſtitutũ Imperator colligat, in quo vis tota huiuſce deciſionis conſiſtit, tametſi cæteri parum animaduertant. probat igitur hoc modo, Aut enim, inquit, ſciebat teſtator conditionem ſerui. & illa verba, Si hæres non erit, ſic accipiuntur: ſi neque ipſe hæres erit, neque alium hæredem effecerit: cùm autem alium hæredem effecerit, excludetur ſubſtitutus, quaſi deficiente ſubſtitutionis conditione: aut neſciuit eum ſeruum eſſe, id eſt patrẽfamiliàs eſſe arbitratus eſt: & tunc illud prædicta ſubſtitutionis verba, Si hæres non erit, ſignificant ſi hæreditatem ſibi vel ei cuius iuri poſtea ſubiectus eſſe cœperit, nõ acquiſierit. qui eſt noſter caſus. cũ ergo nec ſibi, nec ei cuius iuri, &c. Nã nõ mutauit conditionẽ, cũ ab initio fuerit ſeruus, ergo euenit cõditio ſubſtitutionis. idq; clarius exponit Iulia. [f] ex hoc vltimo caſu inferẽs ſubſtitutũ admitti.

8 Quãobrẽ †miror cur [t] Acc. & cæteri poſteriorẽ hunc caſum ita acceperint, quaſi ab eo qui principio præpoſitus eſt, aliꝰ ſit: cũ per eadẽ verba proferatur, cũque verbũ arbitrari opinionẽ inducat. nec rectè dicitur, putabat & verũ erat. opinio enim

f in d.l. ſi paterfamiliàs.
t gl. hîc.

nio enim propriè nõ est cum qua veritas concurrit, vt nec
scientia eius, quod falsum est: & secundũ communem sen
sum ad propositũ non facerent duo illi casus, cùm tamen
ex ipsis velit colligere Iustinianus pręsentis speciei solu-
tionem: quod ille etiã certius intelliget, qui hunc paragra
phum cum græca interpretatione contulerit. Et hos cer-
te duos casus inter se opponit etiã Iulianus, vnde hoc the
ma sumptum est. non rectè igitur credidit Accursius tres
hîc casus referri. † Cęterùm illud non modicam habet dif 9
ficultatem, cùm hæc ratio probet ex voluntate testatoris
substitutum admitti, cur tantùm in partem & non in to-
tum, & cur vt ratio in toto probat, non ita etiam constitu
tio permisit? Theophilus illam videtur rationem reddere:
quoniam aliquo modo conditio in futurum destinata im-
pleta videtur, quæ à principio extitit. nam si hîc postea ali
cuius iuri fuisset: subiectus, ei acquirere & substitutũ exclu
dere potuisset: at iam erat subiectus: ergo nõ videbatur o-
mnino excludendus. cùm scribat etiam Paulus,[u] si ea quæ
conditionis loco ponuntur, iam facta sint: eáque facta te-
stator nesciat præsenti die deberi: & hîc etiam si nullum
habuisset substitutum, dubioprocul adire potuisset: nõ de-
bet ergo totum illa adimere substitutio. hûc etiã accedit
quod communiter dicitur, non debere penitus præualere
opinionem[x] veritati. ob hanc ergo rationum pugnantiam
mediam viam elegit Tyberius, & vtriq; semissem assigna-
uit. atq; ad eiusmodi disceptationem necesse est aliquan-
do recurrere, cùm iniquum sit in alteram partem totum[y]
inclinare. nisi malimus more veterum[z] iurare nobis non
liquere. † Obstat tamen adhuc Alexandri[a] responsum, 10
quo substitutus omnino admittitur. atque ob id Accur. no
uam distinctionem commẽtus est. Mihi tamẽ videtur eo-
dẽ illic modo distinguere Imperator quo hîc, id est nesci-
uerit seruum esse, an sciuerit. Quare ergo illic tantùm va-
let opinio & volũtas, vt totus as substituto deferatur, cùm
hîc tantùm in partem vocetur? ego noua id ratione puto,
quoniã scilicet illic testator ęques & miles erat: quę verba
non temerè videntur illic adiecta esse, maximè cùm subii
ciat volũtatis esse quæstionẽ: nec obscuri iuris est militis
voluntatẽ vbiq;[b] obseruandã esse, reiectis iuris subtilitati
bus: ídq; bene expẽsis illic omnibus verbis apertius cõsta
bit. credidit enim liberũ, quę verba nostro casui cõueniũt
nec vo-

u l. si iam facta ff. de cõdi. & demõ. facit l. Titi⁹. §. Lucius ff. de li. & post.

x ǰ. de leg §. si quis rem.

y pro quo vi de Dec. cõs. 176.

z Asc. Ped. & text. in l. idẽ. § si ff. de recept. arb.

a l. cùm proponas. C. de hæred. instit.

b l. i. ff. de testamẽ. milit.

nec voluit per eum ad quenquam hęreditatem pertinere, quod & hîc est, concedentibus scilicet omnibus, rem ad substitutum venire, si opinionem & voluntatem testatoris sequi voluerimus. Deinde contrarium casum ponit Imper. Quod si verba, &c. in quo ego interpretor sciuisse eum serui conditionem. cur enim ad ius retulisse eum substitutionis verba interpretaremur, nisi sciuisset eũ seruum esse? vel quomodo colligemus voluisse eum, vt & alij in cuius iure in præsentiarum erat, acquireret, si eum in nullius manu vel iure esse arbitrabatur? Ex ista autem interpretatione credo verũ huius præsentis casus intellectum
11 satis esse enucleatum. † Addit Angelus vulgares articulos, an filio repudiãte pater, vel an hærede intra deliberãdi tempora mortuo ipsius hęres, an verò vtroque casu substitutus sit amittendus. communi autem sententia substitutus vtrobique excluditur, tametsi non leues [c] rationes sint è contrario.

12 *Idque Tyberius Cæsar*]†In vulgaribus exemplaribus Institutionum legitur, Titus Cęsar. Theophilus ad pium refert: quanquam in altero exemplari, Antonino hoc adscribitur. Alciatus [d] maluit id nos de Tito Imperatore intelligere, ob Parthenium, qui necis Domitiani fratris Titi con
13 scius fuit. †Sed ego nescio an is Partheni⁹ seruus Titi fuerit: liberum fuisse non est dubium eo tempore quo Domitiano fuit à cubiculis. meminit autem Suidas Parthenij celebris Poetæ, qui captus apud Romanos fuit, & ad Tyberij ætatẽ vixit. Scribit & Trãquillus Tyberium Græca fecisse poemata, imitatum Euphorionem, Arrianum & Partheniũ, vt & ab hoc seruo eum indidisse nomen verisimile sit. & hoc exemplum apud Sex. Pompeium recitari [e] Põponius indicat. Fuit autem fortassis is Sex. Pompeius, quo consule mortuus est Tyberius. nam alter Sex. Pompeius Iureconsul. Pompeij Magni patruus autiquior est, [f] quàm vt de Tyberio id referre potuerit. Certè librariorum errore Tyberij prænomen sæpe obseruauimus in Titũ esse deprauatum: quod fortè Græcos Institutionum compositores decepit. & vt etiam Tito hoc adscribamus, non tamen potest de Vespasiani filio intelligi, sed Antonino Pio, cui Tito prænomen fuit. cui sententiæ Gręcarum Institutionum exemplaria adstipulantur.

c latè Poli. in tract. vulg.

d lib. i. ca. ij. dispunct.

e l. & hoc Tyberius. ff. de hæred. instit.

f de quo in l. ij. de ori. iur.

De pupil-

De pupillari ſubſtitutione.

1 *De differentia vulgaris & pupillaris ſubſtitutionis.*
2 *Omni pupillari ſubſtitutioni poſſe coniungi vulgarem.*
3 *Pupillarem ſubſtitutionem inſpectione pupilli primam eſſe inſtitutionem.*
4 *Secundæ tabulæ quare dicantur.*
5 *Vnde dicatur pupillaris ſubſtitutio.*

ET ſi multa inter ſuperiorẽ ſubſtitutionis ſpeciẽ & hãc
ſint communia, certiſſimis tamẽ quibuſdã notis diſtin
guuntur. †Vulgaris enim latius ſe extẽdit, cùm à quocun- 1
que teſtatore fieri poſſit: Pupillaris à ſolis parentibus, neq;
tamẽ omnibus: & multa ſunt quæ vulgari ſubſtitutioni lo
cum faciunt, videlicet ſi hæres ſcriptus ante teſtatorẽ de-
ceſſerit, ſi repudiauerit hęreditatem, vel ſi fortaſſis condi
tio ſub qua inſtitutus fuit, defecerit, in pupillari tãtùm a
ſpicitur, ſi mortuus fuerit intra pubertatẽ[a] pupillus. †Qui- 2
nimo omni pupillari ſubſtitutioni cõiungi poteſt vulga-
ris quædam ſpecies: nam ſi pupillo ante pubertatem mo-
rienti Titium ſubſtituero, ac Titio[b] Semproniũ, erit Sem-
pronius Titio pupillóque mortuo, non modò pupillariter
reſpectu pupilli, verùm etiam vulgariter quodammodo re
ſpectu primi ſubſtituti hæres ſubſtitutus. †Eſt enim pupil- 3
laris ſubſtitutio, quaſi quædã inſtitutio: quapropter ſi pu-
pilli ſolius perſonã intuebimur, cui ſucceditur, prima inſti
tutio nõ ineptè dicetur. Nam ſecundum hæredem ſubſti-
tutũ hîc vocamus reſpectu ipſius teſtatoris, qui ſibi antea
aliquẽ hæredem ſcripſit: atque ideo alię ſubſtitutiones ad
teſtatoris hęreditatem pertinent: †Pupillaris verò non ad 4
teſtatoris: ſed ad pupilli bona refertur. Hinc iſtã ſubſtitu-
tionem, ſecundi teſtamenti, ſecundarúmve tabularum ap
pellatione ſignamus. pater enim primo ſibi, ſecũdo filio te
ſtamentum facit: eſtque pupillaris ſubſtitutio quaſi quod
dam impuberis teſtamentum. †Pupillaris autem inde vo- 5
catur quòd pupillo fiat, inſpecta tamẽ magis ętate in quã
confertur vimq; habere incipit, quàm præſenti ſtatu: cùm
pupillum propriè eũ vocemus,[c] qui in patris poteſtate eſ-
ſe deſiit. at cùm ſit in ſubſtitutio, neceſſe eſt vt ſit in pote-
ſtate patris: ſed tamẽ morte eius deſinit. vel inde etiã for
taſſis cognominata eſt, ꝙ pupillos pueros vocemus[d] ſecũ-
dum

a no. ĩ. §. quaratiõe. eo. tit.

b arg. l. pater famil. ff eod.

c l. pupillus. ff. de ver. ſig.

d fac. l. fi. §. pupillus. de ver. obl. l. quã Tuberonis. §. pupillus. de pec. ff.

dũ antiquã huiuſce verbi originẽ, quę à pupis deriuata eſt.

LIBERIS ſuis impuberibus, quos in poteſtate quis habet, non ſolùm ita, vt ſuprà diximus, ſubſtituere poteſt, id eſt, vt ſi hæredes ei non extiterint, alius ſit ei hæres: ſed eo amplius, vt ſi hæredes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliquis hæres: veluti ſi quis dicat hoc modo, Titius filius meus hæres mihi eſto: & ſi filius meus hęres mihi nõ erit, ſiue hęres erit, & prius moriatur, quàm in ſuã tutelã venerit, tunc Seius hæres eſto. quo caſu, ſi quidẽ non extiterit hæres filius: tunc ſubſtitutus patri fit hęres. ſi verò extiterit hæres filius, & ante pubertatẽ deceſſerit: ipſi filio fit hæres ſubſtitutus: nã moribus inſtitutũ eſt, vt cùm eius ætatis filij ſint, in qua ipſi teſtamentum facere non poſſunt, parentes ei faciant.

1 *Notatæ doctorum minutiæ.*
2 *Quæ requirantur in ſubſtitutione pupillari.*
3 *Quibus liberis liceat ſubſtituere.*
4 *Locum hanc ſubſtitutionem tantùm in impuberibus habere.*
5 *Neceſſe hîc eſſe vt in poteſtate ſint liberi.*
6 *Matrem quaſi pupillariter ſubſtituere poſſe.*
7 *Quo tempore requiratur vt filius ſit in poteſtate.*
8 *Declaratio paragraphi ſed & ſi extraneum. in l. ij. ff. eod.*
9 *Mixtæ ſubſtitutionis exemplum.*
10 *Pupillarem ſubſtitutionem quibuſcunque verbis fieri poſſe.*
11 *Tutela quid ſignificet.*
12 *Primus effectus ſubſtitutionis pupillaris.*
13 *An is effectus in milite procedat.*
14 *An procedat in pupillo arrogato contra communem opinionem.*
15 *De ſecundo effectu ſubſtitutionis pupillaris.*
16. *De intellectu l. precibus. C. eod.*
17 *Duplices eſſe coniecturas.*
18 *Quare verbum Subſtituo, commune dixerit Modeſtinus.*
19 *De tertio effectu.*

20 *De controuersia Scæuolæ & Craßi, in causa Curiana.*
21 *Quibus argumentis Scæuolæ opinio defendi poßit.*
22 *Quid Iurecons. dicant moribus institutum.*
23 *Consuetudo quomodo dignoscatur ab statuto, & iure scripto.*

Iberis suis impuberibus.]† Ineptè à quibusdã disputatur[a] quid faciat hîc dictio, liberis. superuacaneã enim inquiũt videri, cùm sequẽtia verba satis demõstrẽt de liberis hoc intelligẽdum. Iason ad excludendos seruos adiectum putat, sed pura grãmatices ratio adiectiuo cõiũgi substantiuum dictat: nec his minutiis iuris interpretem inhærere decet. † Cæterum Accursius[b] expensis diligenter huius textus verbis, quæcunque ferè ad cõstituendas pupillares tabulas necessaria sunt annotat: alij alia adiecerũt, quæ nobis prosequi nõ lubet, cũ ab singulis propè scriptoribus fusè explicentur,[c] nec citra tædiũ sæpius repeti possent. Et nos nõ eo consilio ista scribimus tanquam sola legi velimus. pleraq; enim bene & ab aliis dicta sunt, quæ inde petere studiosi debent. †De liberis autẽ quod dicitur, ex sequentibus declarationem recipit: neq; enim omnibus licet substituere, sed iis solis qui sunt in patria potestate, id est[d] qui ex iustis nuptiis nati sunt, qui adoptati, qui arrogati, item qui ex principis beneficio, vel alterius eadem potestate præditi diplomate natalibus restituti sunt, quos hodie legitimatos vocamus. Excluduntur ergo emancipati, spurii, naturales: sed tamẽ sub cõditione legitimationis hos[e] instituti, eisdemque substituti posse receptũ est. Sed & si filios naturales legitimos successores, esse iusserit, poterunt postea principi supplicare, & substitutio Iustinianæ[f] constitutionis argumento conualescet. †Necesse etiam est impuberes esse liberos. pubertas verò, etsi natura satis diffinita sit: principes tamẽ propter impudicam corporis inspectionem maluerunt certum tẽpus ei[g] præscribere, quod interdũ municipalibus legibus seu morib[9] prorogari[h] solet. & tũc quæritur an substituere adhuc vltra decimũquartum annum liceat. Ego non puto[i] nisi & hoc moribus quoque introductũ fuerit: quanquã ipsis minoribus fauorabilius esse videtur: vt quamdiu ipsi testari non possunt, per partem eis prouideatur: nisi ab iure ciuili nimium dissonaret. †Tertiò annotat Accurs. vt sint liberi in potestate: quæ ratio est cur mater pupillariter substituere pupil-

a Ias. & Moder.
b gloss. i.
c in l. ij. ff. eo.
d j. de pat. pot. cũ duo. tit. seq.
e l. in tempus ff. de hæredi. inst.
f Authen. si qs. C. de nat.
Dec. cõs. 176
g supra quib. mod. tut. fin. in principio.
h facit l. Me la. ff. de ad. im. leg.
i not. doct. in l. ij. ff. eod.

Margin numbers: 1 (Iberis), 2 (decet), 3 (tere studiosi), 4 (stinianæ), 5 (nimium dissonaret)

re pupillo nõ poſſit, neq; enim filij ſunt in matrum[k] pote
6 ſtate. vocat tamen tabulas pupillares Africanus,[l] †quibus
mater filio impuberi ſubſtituit. ſed ob id (vt ego arbitror)
quòd mater prudenti cõſilio quæ ſubſtituere morienti in
tra decimũquartũ annum nõ potuit, hæredem eum inſti-
tuit, ſi erit pubes, vel cùm erit annorũ quatuordecim effe
ctum enim hæc inſtitutio habet non planè diſſimilem pu-
pillari ſubſtitutioni. qua cautione & extranei vti poſſunt,
niſi malint per fideicõmiſſum huic caſui[m] prouidere. ho
die quoq; fortaſſis mater differre inſtitutionẽ nõ poterit
in puberratis annos: quidam tamen ob bonã matris men
tem & prudens conſiliũ ſuſtineri inſtitutionẽ poſſe[n] tra-
7 dunt. †De hoc etiã multum diſputatur, quando neceſſe ſit
pupillũ eſſe in poteſtate tẽporéne ſubſtitutionis, an mor-
tis teſtatoris? & cõmuniter aiunt ſufficere, vt cùm moritur
teſtator ſit in iure patris, ídq; argumẽto cuiuſdã reſponſi[o]
Vlpiani: quod tamẽ ſi quis rectè inſpiciat, minimè id pro
bat: atq; omittẽdo ea quæ alij latè circa hoc ſcribũt, verũ
eius ſenſum (ſecundum quod mihi videtur) enucleabo.
8 †Ait ergo Vlpianus poſſe & nepoti ſubſtitui, modò tamẽ
ſi pater eum præcedat ex legis Velleiæ cõſilio inſtituatur:
ne videlicet patre defuncto, ſucceſſione in illius locũ rũ-
pat teſtamẽtũ præteritus. addit deinde quòd adeò nepo-
ti facta ſubſtitutio valeat, vt & extraneo impuberi hære-
di ſcripto ſubſtitui poſſit, ſi patre præcedente iam ſit arro
gatus. videbatur enim dubium an hoc caſu valeret ſubſti
tutio, nõ ſolùm quia tẽpore ſubſtitutionis pater præcede-
bat, ſed multò magis quia de inſtitutione ambigi[p] pote-
rat. nam et ſi tunc cùm ſubſtitutio facta fuit, erat in pote-
ſtate, tamẽ extraneus erat inſtitutionis[q] tempore: quam-
obrem cùm non eſſet tanquam nepos inſtitutus reperire-
túrque præteritus, rumpere poſſe videbatur: quòd ſi verò
principale rumpitur teſtamentũ, pupillare quoque euane-
ſcere cõſtat. contrà tamen reſponſum eſt. Nam inſtitutio
valebit etiam mutata conditione, vt Papinianus expreſ-
ſius[r] reſpondit: cui conſequens eſt & ſubſtitutionem ſub-
ſiſtere cum patre, qui ante præcedebat decedente, nepos
ſuccedendo non rumpat, cùm inueniatur inſtitutus: ac in
eo nodus huiuſce rei conſiſtit. Quòd autem tempore ſub
ſtitutionis nepos eſſet in poteſtate, ipſa textus verba[ſ] ſatis
probant, ſi rectè intelligãtur. Subſtituere enim (inquit Vl-

k §. fœminæ inſt. de adop.
l l. ſi mater. ff. eod.
m l. cohæred. §. cùm filiæ. ff. eod.
n Pau. Caſtr. in d. l. ſi mater.
o l. ij. §. ſed et ſi extraneũ. ff. eod.
p vide glo. in d. §. ſup ver. heredem ſcripſerit.
q l. filio. quẽ. §. ſi. de liber. & poſthu.
r d. l. filio. §. fin.
ſ in d. §. ſed & ſi extraneum.

pinianus)poterũt,si modò arrogauerint: ego enim modò pro nunc accipi posse existimo,quę propria eius est significatio,neque ergo in futurum ea verba referentur,vt cæteri voluerunt:sed in præteritum,astipulante & in hoc Iasone,Polito,Zasio.& post[t] factũ principale testamentum ex interuallo pupillares tabulas posse confici, nulli dubium est:quod etiam aliqui veterum in præsenti quæstione[u] interpretati sunt.Nec obstat verbum potuit,cùm in[x] emẽdatis codicibus legatur poterit.Cætera porrò quæ ad pupillare testamentum pertinent,aliundè[y] vnũquenquem petere iubeo,cùm passim sint obuia.

t l. si quis eã. §. si si... ff. eo.
u vide Angelum hic.
x in Halo. ædi tione.
y vide Zasi. & Poli. & not. in l. ij. ff. eod.
z l. j. ff. eod.

Veluti si quis dicat hoc modo] † In hoc exemplo mixta est vulgaris substitutio cũ pupillari,vt Accursius,atque etiam Theophilus voluere,qui ob id Græca cõpositione βουλγαροπουπιλλαρίαν vocat, vt Modestinus[z]noster duplicem substitutionem. nescio tamen quas de eo tricas ex veterum commentarijs refricare Faber voluerit.†Sunt autẽ & aliæ multæ huiusce substitutionis formulæ : sed cùm non sint certa in hanc rem concepta verba, poterit vnusquisque verbis vti quibuslibet,modò sensum huiusce substitutionis[a]exprimat: optimum tamen est ad euitandam omnem disputationẽ clarissima & quàm minimum ambigua oratione voluntatem suam explicare. Veteres videntur [b] illa forma delectari,Et prius moriatur,quàm in suam tutelam venerit:id hic interpretatur Imperator,antequam pubes factus sit.Tutela enim potestatem & defensionem significat:pubertate autem,aliorum in pupillos ius expirat, & iam sui iuris fiunt,id est,in suam veniunt tutelam:ac propterea cùm plerunque tutelæ succedat cura,hæc verba de vigintiquinque annis,quia tũc ordinaria cura expirat, si mens testantis apparet,interdum intelliguntur. [c]sic & in filiofamiliàs cùm patria potestate liberatur. 9 10

a ar. §. i. J. de verb. oblig.
b sæpe est & apud Cic.
c l. cum filio. de legat. iij.

Ipsi filio si hæres substitutus] † Cùm ergo ipsi filio fiat hæres,perinde habetur ac si ipse filius hunc instituerit.atque hic magnus est huiusce substitutioniseffectus,cùm in omnia bona pupilli substitutus[d]succedat,siue ea à patre, siue à matre,& vndecunque tandẽ quæsita illi fuerint. † Hoc tamen Accurs. ait, non procedere in milite, si constabit eum voluisse,vt bona tantùm sua ad substitutum venirẽt. Verũ hęc mihi videtur nõ tam pupillaris fore tum substitutio quã militatis priuilegij †potest enim miles ad tem- 11 12 13

d l. sed si plures. § ad substitutos. ff. eo.

pus & ex

pus & ex tempore [e] inſtituere, atque ſubſtituere: ac pro-
pterea dubito, an in propriis bonis pupilli idẽ ei liceat, vt
ſcilicet ex paterno priuilegio videatur filius in ſuis bonis
14 pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere. † Supra-
dictus etiam ſubſtitutionis effectus ceſſat, in arrogati pu-
pilli bonis, cui per arrogatorem ſubſtitutio pupillaris [f] fa-
cta eſt: nã ea non in omnibus impuberis bonis, ſed tantùm
in iis quæ ab arrogatore quęſita ſunt, valet: alia enim ad le
gitimos hæredes, vel ad ſubſtitutum à naturali patre [g] re-
deunt. quid igitur ſi decedet, nec pro parte teſtatus & pro
parte [h] inteſtatus, vel cum duobus teſtamentis, [i] quod eſt
æquè abſurdum? mihi illa magis placet ſententia, vt legi-
timi vel ſubſtituti hæredes qui non interpoſita arrogatio-
ne impuberi ſucceſſiſſent, bona arrogati non iure ſucceſ-
ſionis, ſed ex cautione [k] accipiant: hoc enim & legibus &
rationi magis congruum [l] eſt. Vnicum ergo eius eſt teſta-
mẽtum, & vna hæreditas in rebus ab arrogatore relictis,
nec pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedet, cũ le
gitimi vel ſubſtituti bona iure ſucceſſionis non accipiãt.
& hoc caſu crediderim mortuo arrogatore non conuale
ſcere tabulas pupillares factas à patre naturali: ne iure q-
dem [m] prætorio, neceſſe enim eſſet interuenire nouam [n]
voluntatem, quæ in pupillo infirma eſt: & iure cautionis
ſecuritati ſubſtituti, ſatis certè eſt proſpectum. Quinimo
ego de hoc etiam dubito, an pater arrogator, inſtituendo
filium neceſſe habuerit olim, præter quartã omnia ipſius
bona reſtituere: [o] & cùm ipſe potuerit etiam (vt arbitror)
aliis ea relinquere [p] cohæredibus, neceſſe eſt eueniẽte cau
tionis conditione ad ipſam recurrere. nã vt etiam ſucceſ
ſio permittatur, ea tamen non plenè legitimis vel ſubſtitu
tis proſpicit, atq; ideo lex dicit hæredes arrogatoris obli
gari, vt [q] reſtituant: de ſucceſſione verò nulla vſquam eſt
15 (quod ſciam) mẽtio. † Iam autẽ ad alios pupillaris ſubſti-
tutionis effectus veniamus, quorũ ille proximo cohæret,
quòd hac expreſſã ſubſtitutiõe cũ pupillo hęres fiat ſubſti
tutus, mater atq; germani omnéſq; legitimi ſucceſſores [r]
excludãtur, qui nulla facta ſubſtitutiõe bona pupilli habi
turi erãt: qđ pleriq; durũ putãt, & ſuperſtitioſis hominibus
religionẽ [ſ] iniiciũt, quaſi id ius contra legẽ diuinã ſit. cùm
& pontifices approbarint, & multarum ciuitatũ inſtitutis
vel moribus excludi, & ab inteſtato matres videamus. Ex

e l. mil. ita. ff. de milit. teſt.
f l. ſed ſi plu-res. § arroga-tos. ff. eod.
g l. ſi arroga-tor. ff. de ado-ptio.
h l. ius noſtrũ de reg. iur.
i no. in l. ſan-cim⁹, C. de te.
k §. cũ autem impubes. ſup. de adopt.
l gl. & vete-res in d. l. ſi arrogator.
m §. non ta-mẽ. j. tit. i.
n l. qui ex li-beris §. ex te-ſtamẽto. ff. de bon. poſ. ſe-cun. tabul.
o qđ vult Bar. in repet. d. l. ſi arrogator.
p ar. d. l. ſi ar-rogator.
q d. l. ſi arro-gator.
r l. Papin. §. ſed nec im-puberis. ff. de inof. teſtam.
ſ Archi. c. ſi pater. de teſt. in ſexto Dec. in d. l. preci-bus. Polit.

hac porrò superstitione alia paulatim in scholas venit opinio, matrem & plerasque alias personas non excludi ab luctuosa impuberũ hæreditate ex tacita substitutione pupillari, quæ ex vulgaris expressione[t] colligitur. † quæ tamen 16 sententia vnius solùm constitutionis[u] authoritate sustinetur: ac cùm cõtra regulam inducatur, alij aliter eius constitutionis verba acceperunt: Fulgosius ideò omnino matrẽ admitti putat, quoniã substitutio pubertate expirarat. Salicetus quoniam tantùm in primum casum erat facta substitutio, expressa voluntate defuncti. Ego aliquando credidi primum illic casum esse pupillaris, secundum compendiosæ substitutionis, propter sequẽtia verba quę interpretationis clarioris causa adiecta videbãtur, An si intra decimumquartum annum ætatis suę an postea decesserit, substituit. sed hoc mihi nunc nõ satis placet, ac sic aliquo modo à communi opinione desciscere licet, Catonis &[x] quorundam aliorum, quanquam vulgò reprobatã opinionem amplecti malim: vt scilicet in Diocletiani & Maximiani[y] constitutione per tacitam pupillarem nõ excludatur mater, quoniam de militis agitur testamẽto, qui cùm filium hæredẽ instituerit, & si filius hæres nõ erit, Mæuium substituit, non videtur cogitasse de casu, quo intra pubertatẽ pupillus decederet. nam si contrarium substitutionis sensum inspiciemus, videtur potiùs vetuisse Mæuiũ[z] quicquã accipere si filius hæres fieret. & quòd vulgari substitutioni tacitè inest pupillaris, ex iuris interpretatione magis, quàm ex volũtate defunctorũ accidit. Militũ autẽ merã intuemur voluntatẽ, & quòd non cogitarũt, per nos legum subtilitatem à qua ipsi soluti sunt supplere non debemus.

Nec † me mouet quod Iason[a] obiicit etiam in testamento 17 militum coniecturis[b] locum esse: nam si de cõiecturis loquimur, quę ex facti circunstãtiis colligũtur, haud id negarim. verùm illas coniecturas nõ credo admitti, quæ magis ex iuris subtilitate, quam mẽte & cogitatione testatorum supplentur: quales sunt istæ, quæ tacitam inducunt pupillarẽ, quæ neq; ex voluntate sunt, neq; cõtra[c] voluntatem: atque ideo si in alteram partem aliquo modo inclinãt, mox euanescit illa tacitæ pupillaris interpretatio. In militibus verò, nihil admittimus de quo eos existimari potest nõ cogitasse: voluntatem verò cogitatio præcedit: & quãquam subtili interpretatione à quibusdam dicitur,

t l. iã hoc iure. ff. eod.
u l. precibus. C. eod.
x Ias. in l. §. ff. eo. Pol. in mate. vulg.
y d. l. precib.
z Pau. Cast. in l. iam hoc iure. ff. eod.
a in d. l. i.
b l. in testamẽto. C. de testa men. militar.
c fac. quod no. C. iur. in l. quãuis. C. eod.

Si id

Si id fortè ei in mentem venisset, consensum vtiq; accom
modaturum fuisse: mihi tamẽ in milite satis est hoc eum
non cogitasse. Proinde ego substitutum hîc non solùm à
matre pupilli, sed à quocũque ipsius legitimo hærede ex-
cludi crediderim: in paganorum verò testamẽtis secus ar-
bitror. cuius opinionis multa sunt argumenta, passim à di
sputantibus excogitata: in quibus illud etiã refertur, quod
Paulus[d] Iureconsultus in reciproca substitutione duobus *d l. Lucius.*
impuberibus inuicẽ facta dicat: successionem non ad ma *ff. eod.*
trem, sed ad substitutum deuolui. apertè etiã dixit Mode-
stinus,[e] ita in reciproca, vt in simplici vulgari tacitam pu- *e in dict. l. iã*
pillarem factam intelligi: & si intelligitur, ergo tacita est *hoc iure.*
non expressa: ídq; maximè apparet, cùm imparibus facta
est: nam si est expressa, cur nõ in altero saltem valet pupil-
18 laris? neque vnquam potui credere per illa verba, † Et vos
inuicem substituo: pupillarem[f] exprimi. neque enim vox *f Bart. in l. i.*
inuicem, quicquam facit, substituendi autem verbum nul *ff. eod.*
lo adiecto, de ea substitutione intelligitur quę cõmuniter
fit, id est, de vulgari: atq; ea potiùs ratione credo à Mode-
stino cõmune verbũ[g] vocari: quàm quòd vulgari & pupil- *g in d. l. iam*
lari, vel directo & obliquo sensui cõueniat, vt à plerisque *hoc iure.*
vulgò traditũ est. Sed & alia quædã Iustiniani constitutio
id optimè[h] probat, vbi filio & vxore institutis, & in vulga *h l. fi. C. de in*
rem casum facta substitutione filio, ideò mater substitutũ *stit. & subst.*
excludit: quoniam si suæ substãtiæ partẽ vxori dereliquit,
multò magis & luctuosam hæreditatem ad matrẽ venire
19 voluisse præsumitur. † Huic deinde alius notabilis effe-
ctus cohæret in multas quæstiões[i] diffusus. Quod quẽad- *i per do. in l.*
modũ vulgaris tacitã continet pupillarẽ, ita viceuersa ex- *i. ff. eod.*
pressa, pupillaris tacitã vulgarẽ:[k] quæ catholica omnium *k gl. l. pen. ff.*
est sententia, nisi quòd solus Politus[l] dissentit, qui diuo- *de vet. inspi.*
rum fratrum Marci[m] & Veri constitutionem intelligit, in *& in d. l. iam*
vulgari tãtùm quã ad pupillarem porrigi fatetur, de qua *hoc iure.*
& omnia passim exempla loquuntur. Nec vlla (inquit) est *l in mat. pup.*
lex, quæ viceuersa de pupillari apertè id probet: neque ea- *m d. l. iã hoc*
dem est in ea assumendæ voluntatis ratio, cùm imputari *iure.*
possit testatori, cur nõ expresserit vulgarẽ: pupillo verò ni
hil obiici potest, cuius fauor interpretationem voluntatis *n in Topi. li.*
20 adiuuare debet. † Ex huius autẽ effectus veritate iudiciũ *i. de orato. in*
illud Curianũ pendet, cuius crebra est apud Ciceronem[n] *Bruto & pro*
& Quintilianũ mentio, quòd viri consulares Q. Mutius *Cecinna.*

Scæuola, & L. Crassus, ambo eloquētissimi, ambo iuris peritissimi, in diuersas partes irent. Nam cùm Coponius quidam testamentū fecisset, posthumo hærede scripto, & si is moreretur prius quàm in suam tutelam veniret M. Curiū substituisset, nec natus posthumus vllus fuisset. Crassus cōtendebat voluntatem testatoris esse, vt is nō nato filio hęres esset, qui mortuo futurus erat, id est, vt pupillari inesset vulgaris. Contrà Scæuola noster, cùm ex verbis id colligi non possit. sed Crassi sententiā nostri interpretes cōmuni ferè calculo D. Marci moti constitutione sequi [o] maluerunt: tametsi Ancharani quoddam responsum Marius [p] Salomonius in cōtrariū allegat, quod ab Alciato atque alijs confutatum est. Ego autē hac de re sæpe dubitaui ob Scæuolæ [q] authoritatē, quæ semper apud omnes antiquos maxima fuit: neque ex vno scalmo captionis (vt Crassus [r] iocabatur) hanc ille mihi litē constituisse videtur. Et quanquam cōmuni hodie calculo secundum Crassum hæc quęstio decisa sit, cogitabā tamen quæ Scæuolam mouere potuisset, vt hanc sentētiam defenderet. Cicero in Bruto obscurè notat: ego verò illo tēpore iustā eius fuisse opinionē non dubito, videlicet cùm tātum vnusquisque velle crederetur, quantùm [s] expressisset. In vulgari certè eam interpretationē lōgè post diuus Marcus [t] introduxit. † Mouit fortassis Scęuolam, quòd absurdū videbatur in pupillari substitutione, quę testamentū filij censetur, inesse [u] vulgarem per quam patri succeditur, vel (vt triuialibus vtar verbis) in sequela & accessorio contineri principale, cùm pupillaris natura sit subsequi primas tabulas, nō verò illis ex se vim dare. scimus quoque nō adita hæreditate extingui pupillarem substitutionē: [x] quòd si autem est adita hęreditas, iam nec vulgari quidem locus esse potest. aut igitur nō aditur, & euanescit pupillaris: aut aditur, & nō est locus [y] vulgari: neque videtur pupillarem emortuam aliquid ex sese posse producere. Legimus [z] præterea omissa per calliditatē causa principalis testamēti, cùm reliqua ex æquo & bono seruentur, tum & pupillarem substitutionem manere: at cur nō illic substitutus præfertur in hęreditate testatoris, quasi ex tacita vulgari? cū causa testati causę ab intestato pręferenda sit, & cur hæres institutus adire cōpellitur ob fideicommissum in pupillaribus tabulis [a] relictū, si substitutus pupillariter ex tacita vulgari hæres testatori esse poterat? 21

Cur non

o in l. i. ff. eo.
p lib. iiij. comment. in l. omnes populi.
q l. iij. de ver. signifi.
r Cic. i Bru.
s l. qui hæredi. de cōdit. & demon. l. si cū dotē. solut. matr. ff.
t d. l. iam hoc iure.
u §. liberis. j. eod.
x l. ij. versic. adeò. ff. eodē.
y l. post aditā. C. eodem.
z d. l. ij. vers. planè.
a d. l. ij. § interdum.

Cur nõ ipſe potiùs cogitur, qui deinde vt ſubſtitut⁹, adire cogi[b] poteſt? & qui cohæres eſt à patre inſtitutus, nõ illicò intelligitur pupillo ſubſtitutus eſſe: at ſubſtitutus pupillo quaſi primo loco à pupillo hęres inſtitutus [c] habetur: cur ergo hũc magis inducimus ſubſtitutũ eſſe vulgariter, quã illum pupillariter, cũ cæteris paribus plus poſſit patris teſtamentũ quàm filij? illud enim principale, hoc acceſſoriũ eſt; & vt illud aliquid operetur, ad filij tendit prouiſionẽ: pater autẽ ſi quid voluiſſet, cautiùs, diſertiúſq; exprimere poterat, debebátque. Quãobrem niſi inſtitutus, vel expreſsè vulgari modò ſubſtitutus hæreditatem adiret, dici poſſet cõcidere pupillares tabulas, nec ſuitatis certê exiſtentia eas[d] cõfirmat, niſi ſe immiſcuerit[e] filius, quod cõtra cõmunem defendi forſitan poterit. Et quanquam legimus interdum ſubſtitutionem pupillarẽ valere, in filio abſtẽto id poterit accipi, quãdo[f] ſcilicet anteà ſe immiſcuit, & deinde per prætorem ſeparationem impetrauit. atque ita Iaboleni fortè intelligendum eſt reſponſum: ait quippe ſubſtitutũ, qui hęreditatem adiuit: poſtquam pupillus ſe paternæ immiſcuerat hęreditati, creditoribus omnibus teneri: quo tamen non adeunte[g] negat poſſe hæredes legitimos in pupilli bonis inquietari. quòd ſi hîc ſe poſt immixtionem non abſtinuiſſet, cur ad hæredes beneficium ſeparationis tranſmittetur? abſtentio certè illa ſubſtituto non prodeſt. Quod autẽ de voluntate adferebat Craſſus facile erat refellere: neque enim apertè de ea conſtabat, & captioſum eſt opinione quæri volũtates & interpretatione ſcripta ſimplicium hominum peruertere: cùm non ſufficiat teſtatoris voluntas, niſi diſpoſitio[h] ac verba accedãt: nec putauerit, inquit [i] Papinianus, quiſquam nuda voluntate conſtitui teſtamentum. Elegantérque Baldus [k] dicebat animi cogitationẽ voluntatémque, quæ in lucem non producitur, quaſi abortiuam cenſeri, eámque velut poſthumum in vtero exiſtentem, niſi naſcatur ac in lucem proferatur nihil eſſe: & cùm hæc voluntatis interpretatio ex legis magis diſpoſitione, quàm defunctorũ cogitatione proueniat, vt in præcedenti effectu demonſtraui, & multę ratiões iuris ciuilis huic interpretationi obſtẽt, minimè mirum hanc potiùs ſententiam Q. Scęuolam amplexũ fuiſſe quam etiã nõ infimæ claſſis doctores ſecuti ſunt. Sic enim Oldradus, Ioannes Andræas, Ancharanus, Socinus Cor

b l. apud Iulianum. §. idem Iulian⁹ ff. ad Trebel.
c dixi ſuprà in rubric.
d not. in l. filius. qui ſe patri. ff. de acqu. hæred.
e l. paterfam. ar. verſ. at cũ ſubſtitutus. ff de priuile. credito.
f d. l. paterf. arg. verſic. at cũ ſubſtitutus.
g proſequitur enim eundem caſum de quo & in prin. egit.
h l. quidam cum filium. ff. de hæred. inſtit.
i l. qui ex liberis. §. fi. ff. de bon. poſſe. ſecund. tab.
k in l. 1. C. qui admitti.

neus, item Paulus Castrensis, Signorolus, Romanus, ac alij partim consulti responderunt, partim in scholis docuerunt. Atque hæc qualiacunque sunt, efferri possunt pro Scæuolæ defensione, vel si quisquam Crasso consentire malit, certè hodie pro dubitãdi ratione, illum tamen non dubito longè melioribus solidioribúsq; rationibus suam confirmasse sententiam, & alij fortè magis acuti & subtiles, plura per se inuenire cogitabunt: & fortassis restitui sententia Scæuolę posset, si quis accuratiùs eã controuersiam examinaret: vel nõ iniquus arbiter exemplo[h] Tyberij in hoc voluntatis & ciuilium rationum conflicti hæreditatem inter legitimum & scriptum hæredem diuidet. Politus sanè audacter asserit falsum esse id, quo communis opinio maximè nititur: porrò in causa Curiana & alia concurrebant, cùm ei morienti substitutio facta fuerat, qui institutus erat si nasceretur. Sed de his nimis fortassis multa: verùm non potui tam celebre iudicium silentio transmittere.

h l. & hoc Tybertus. ff. de hæred. instit.

Moribus institutum est] † Vulgò[i] putant à Lacedemoniis hanc substituendi consuetudinem emanasse, quoniam moribus dicatur esse introducta: quod perquam absurdum est, cùm vbique mores aliqui iure scripto antiquiores fuerint. nec ideo tamen si quæ consuetudo viget, ilico Laconibus est accepta ferenda, quòd solis moribus Lacones, vt Athenienses solis legibus Rempublicam[k] gubernarint: cùm Romani partim scripto, partim non scripto iure vsi sint. & si quid fortè ab Lacedemoniorum moribus Romani acceperunt, id non stetit apud eos in morum appellatione: sed à decemuiris in duodecim tabulas translatum est. Iureconsulti autem cùm quid moribus inductum dicunt, significare velle arbitror id ius ante duodecim tabulas fuisse vnà cum vrbis primordiis obseruatum, vel postea vsu & consensu receptũ: cuius interpretationis testis est[l] Theophilus. nam cùm in Latinis Institutionibus, acquisitio per arrogationem eo iure quod consensu receptum est introducta dicatur, id ipse vberius sic exposuit: νομοθεσία δὲ (φησὶ) πολιτική, ἡ ἄγραφος συναίνεσις τῶν σοφῶν ἡνίκα τι εἰσενέχθη ἀγράφως εἶτα διὰ τῆς χρήσεως ἐπλατύνθη. καὶ τελευταῖον γνόντες οἱ σοφοὶ τοῦτο χρήσιμον ἐβεβαίωσαν οἰκία συναινέσει. Sic donatio inter virum & vxorem bonis ciuium moribus primum est[m] prohibita. Sic patria potestas instituta, 22

i doct. hìc & in l. ij. ff. eod.

k §. & non ineleganter. supra de iure nat. gen. & ciuil.

l ij. de acqui. per arrog. in princ.

m l. j. ff de donat. inter virũ & vxo.

in cu-

in cuius conſequentiam pupillaris ſubſtitutio admiſſa eſt, quod in ſimili re Vlpiani comprobatur[n] teſtimonio: Lege, inquit, duodecim tabularũ prodigo interdicitur bonorũ ſuorum adminiſtratio, quod moribus quidẽ ab initio in-
23 troductum[o] eſt. † Conſuetudo verò ea propriè appellanda eſt, quæ vſu populi ſeruatur, & mutari nõnunquam contrario vſu ſolet: quapropter ferè inſtabilis eſt & incerta. doctores addunt facti eã eſſe, & propterea probatiõe indigeret,[p] de qua nec aſſerenti doctori[q] creditur. debet enim ipſe de iure, non de facto[r] reſpondere, & ſæpe quod abolitum eſt Patauii, manet Bononiæ. Haud temerè igitur credendum eſt legum deſuetudinem ob contrarios mores allegari. Quòd ſi autem conſuetudo non ſolo populi tacito cõſenſu recepta, ſed principis cõſtitutione vel lege vel Senatuſconſulto, vel plebiſcito confirmata eſt, iã in ſcripti iuris vim & nomen tranſit: & ſtatutum vulgo appellatur: ſin nullius ei authoritas præter tacitum vtentium cõſenſum acceſſit, etſi à quibuſdam diligẽtibus hominibus literis ſit commendata, non ideò tamen non ſcripti iuris eſſe deſinet. & ſic ego accipio iuris ſcripti & non ſcripti differentiam.

n *l. i. ff. de cur. furioſ.*

o *fac. l. ij. §. exactis. ff. de ori. iur.*

p *ũ l. i. C. quæ ſit lon. conſ.*

q *Iaſ. in l. de quibus. ff. de legib.*

r *Cic. in Topicis.*

Qua ratione excitati, etiam conſtitutionem poſuimus in noſtro Codice, qua proſpectum eſt, vt ſi qui mente captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cuiuſcunque ſexus vel gradus: liceat eis, & ſi puberes ſint, ad exemplũ pupillaris ſubſtitutionis certas perſonas ſubſtituere: ſin autem reſipuerint, eandem ſubſtitutionem infirmari. & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ poſtquam pupillus adoleuerit, infirmatur.

1 *Exemplaris ſubſtitutio an Latinè dicatur.*
2 *Quomodo olim licitum fuerit ſubſtituere furioſo.*
3 *An hic mente captus à furioſo diſtinguatur.*
4 *Extenſio huiuſce conſtitutionis ad alias ſimiles perſonas.*
5 *Differentiæ inter exemplarem & pupillarem ſubſtitutionem.*
6 *An pupillo poſſit fieri exemplaris ſubſtitutio.*
7 *An in exemplari ſubſtitutione vno filio inſtituto cæteri liberi furioſi præteriri poſſint.*

8 *Explicatio glossæ magnæ.*
9 *De tacita substitutione.*
10 *Reprobatum vnum Accursij exemplum.*
11 *Declaratio communis opinionis, qua in reciproca aiunt, substitutiones generaliter esse expressas.*
12 *De compendiosa substitutione.*
13 *Explicatus alter nodus in l. precibus. C. eod.*
14 *Quid iuris sit cùm paganus compendiosis verbis substituit.*
15 *An verbum substituo, cõmune sit, contra communẽ opinionẽ.*
16 *Fideicommissariam substitutionem impropriè substitutionem esse.*
17 *Dubiæ decisiones Accursij.*
18 *Quando expiret pupillaris & exemplaris substitutio.*
19 *An extinguatur substitutio, si quis ad tempus resipiscat.*

VVlgò † hanc substitutionẽ quæ ad exemplum pupillaris introducta est, exemplarem vocant, haud vsitato quidẽ doctis epitheto, nec à veteribus (quantùm ipse memini) recepto: sed cõsuetudini cõmoditatíq; loquẽdi aliquid indulgendũ est. haud adeò tamen vt hîc litẽ moueamus, cur non potiùs [a] exemplata, id est magis barbaro nomine vocetur. † Olim verò prouideri mentecaptis non potuit, nisi per [b] fideicommissum, quod solùm in bonis prouenientibus à testatore locum habebat, vel si hoc beneficium à principe [c] impetrassent, vt furioso substituere liceret: desinebátque etiam tunc substitutio, cùm furiosus resipuisset. Nam si adhuc (inquit Paulus) valere dicamus, auferret testamenti factionem homini sane mentis. ex quibus verbis Politi [d] confutatur sententia, volentis tantummodo olim impetrari solitum, vt muto substituere liceret, furioso verò etiam sine impetratione tunc potuisse [e] substitui. Alibi autem dixi, magna difficultate ea expediri, quæ cum principibus [f] agenda sunt, atque ideò æquissimè sanxit Iustinianus, vt priuilegio deinceps ad eam rem impetrandam opus non esset. generali quippe lege posse parentes mentecaptis substituere [g] permisit. quæ ergo olim erat priuilegiata, vt & compendiosa in militibus, ea [h] nunc iure publico est concessa. † Quamobrem immerito tertia hæc habetur species separata à vulgari & pupillari. Est autem constitutio [i] concepta in mentecapto, quem veteres à furioso distinguebant: ac propterea dubitauit alibi Vlpianus [k] an constitutio loquens de menteca-

Margin numbers: 1 (at "VVlgò"), 2 (at "mine vocetur"), 3 (at "bus, ea nunc").

a Bar. in l. ex facto. ff. eod.
b gl. i. d. l. ex facto. in pri.
c casus in d. l. ex facto.
d Polit. in prin. exẽpla. sub. hîc circa fin. exemp.
e sup. de milita. test. §. quin imò.
f ar. l. apud. Iulianum. §. fi. de leg. j.
g l. humanitatis. C. eod.
h l. Centurio ff. eod.
i d. l. humanitatis.
k l. si furiosi. C. de nup.

pto ad

pto ad furioſum eſſet extendenda, quæ Iuſtiniani hîc e-
tiam dubitatio maneret, ne videretur pauli[l] reſpõſum cor-
rectũ eſſe, niſi expreſsè mentionem faceret alibi Iuſtinia-
nus[m] huiuſce ſubſtitutionis, quę furioſo fit: vnde nõ puto
Iuſtinianum, amiſſa propè iam tũ linguæ Latinæ proprie-
tate, quicquam inter furioſum & mentecaptum diſtinxiſſe
atque ideò Theophilus ſic interpretatur, ἐάν τις μεμωνότας
ἤγουν παραφρονοῦντας ἔχῃ υἱούς. Eadẽ autem extendẽdi ratio
etiam eſt in prodigis ſurdis & mutis quibuſdam duntaxat,
4 cùm alij ſibi teſtari poſſint. Ego † tamen non auderem ad
exemplum mentecapti ſecundam quaſi exemplarem in-
ducere, niſi id iam communi opinione receptum [n] eſſet.
hæc igitur ſubſtitutio generalis eſt, conuenítq; omnibus
propè perſonis, quæ ipſę ſibi teſtamentũ facere nequeunt.
neque à ſolo patre hæc fit ſubſtitutio, ſed ab omnibus pa-
rentibus, id eſt etiam à matre.[o] conſtitutio tamen parum
explicat, liceátne vtrique parenti ſimul ſubſtituere, an al-
teri tantùm, & cuius teſtamentum ſiue ſubſtitutio præua-
lere debeat, quanquam probabilius eſt patrem præferen-
dum eſſe: ſufficerétque ab vno factam ſubſtitutionem: ne
à pluribus factis ſubſtitutionibus, plura videantur eſſe te-
ſtamenta, quod iuris noſtri ratio non[p] patitur: cùm exem-
plaris ſubſtitutio quaſi quoddam mente capti[q] teſtamentũ
ſit. hæc tamen res in argumentis tota conſiſtit, vt pleræq;
5 aliæ quæſtiones in hac ſpecie ſubſtitutionis. † Quanuis e-
nim hæc ad exemplum pupillaris inuenta eſt: tamen mul-
tæ ſunt inter illam & hanc nõ obſcuræ differentiæ ob ſub-
ſtituentium, ſubſtitutorum & ipſarum perſonarum quibus
fit ſubſtitutio diuerſam naturam. hic enim vterque parens
ſubſtituit, illic tantùm is qui in poteſtate habet: hîc ſubſti-
6 tutio fit mentecapto, illic impuberi. † Accurſius [r] tamen
hîc ſenſiſſe videtur, vt poſſit etiam exemplaris ſubſtitutio
impuberi fieri, quod in matre vel filio emãcipato non ha-
bet dubium, cùm tunc, pupillaris fieri nequeat: [s] attamen
Bartolus contrà exiſtimat, patrem qui in poteſtate habet
impuberem eundémque furioſum, pupillariter debere
ſubſtituere, argumento legis duodecim tabularum, quæ
furioſis dando curatores, ad impuberes non pertinet:[t]
cùm enim illi habeant tutores, extraordinaria hac & ex
emplari ſubſtitutione nihil opus eſt, ſufficiẽte [u] ordinaria.
Ego tamen puto [x] non prohiberi patrem ſubſtituere pu-
pillo:

l l. ex facto. maximè cùm l. humanitatis, ante compila. ff. edita fuerit.
m l. fi. §. fin. C. de cur. fur.
n doc. omnes hîc & in d. l. ex facto. & d. l. humanitatis.
o d. l. humanitatis.
p l. quærebatur. ff. de mil. testa.
q arg. §. seq.
r in gl. mag. circa exemp.
s in d. l. ex facto.
t l. qui habet. ff. de tutel.
u l. in causæ. ff. de minor.
x vide de hoc etiam Polit.

pillo, velut furioso: id est vt sic tãtùm valeat substitutio, si furiosus moriatur: quę rursus si ante pubertaté resipuerit ac moriatur, extinguatur: quid enim hîc voluntatem eius impedit? non tamẽ ideò exemplaris dicetur, magis quàm pupillaris: cùm & sic olim valuisset substitutio quasi [y] pupillaris: neque videtur eam ob id exẽplarem esse voluisse quod furoris meminerit, ac viam elegisse qua iudiciũ suũ ac substitutio impugnetur, si fortè certas personas nõ substituit. †Illud autem hîc potissimum est, quo differt à pupillari præsens substitutio, quod certæ hîc personæ substitui debeant: id est filij mentecapti, vel fratres sororésque, dum modò tamẽ ex testatore & ipsi sint progenati: sufficit tamen ex his vnum substituere, quod in filijs mentecaptis iniquum videtur. nã cùm hos debuerit ipse mẽtecaptus, si testamentum facere posset, substituere: idẽ quoq; auum filij nomine testãtem, obseruare æquum [a] est, idque etiam pleriq; [b] hîc exigunt contra veterũ & ipsius constitutionis sententiam. Non dubito tamen quin de cæteris nepotibus cogitarit etiam Imperator, sed credidit forsitan patris cõsilium nõ damnosum fore [c] nepotibus. quid enim habent ipsi quod conquerãtur, si de suis bonis ipsis prospiciat, solámque legitimã mente capto relinquat, quæ illi sine dubio sufficit, maximè cùm ipse bona administrare nequeat. Sed quid si (inquis) nihil nec ipse auus cæteris nepotibus relinquat, an erit ergo hæc substitutio in illorũ perniciem introducta? mihi sanè nõ videtur hæc impietas in auo prę sumenda: & si de proprijs bonis nepotibus prospexit, nihil habent quod de substitutione ab auo facta conquerantur ab vtriusque vero hæreditate immeritò excludi, nec mihi placet. Multa hîc alia de exemplari substitutione dici possent. sed non est nobis propositum omnia vndique compilare: præsertim cùm Bartolus ac cæteri [d] hanc substitutionem copiosè explicarint. Accursius [e] compẽdio & aliàs hic substitutionum species perstringit: nos verò ex lõgiuscula ipsius glossa, ea tantùm repetemus, quæ insigniora sunt. Diuidit †itaque principiò vulgarem substitutionem in expressam & tacitam: illam ait fieri verbis negatiuis, hãc affirmatiuis. quod vt apertius percipi possit: sciendum est omni †substitutioni quandam inesse conditionem: ea in vulgari cùm exprimitur, per hæc ferè negatiua verba fit: Si hæres nõ erit is qui hæres institutus est: quæ cùm omittuntur,

7 (margin, at "†Illud autem")
8 (margin, at "Diuidit †itaque")
9 (margin, at "omni †substitutioni")

y l. si quis ita substituerit. ff eod.

z d. l. humanitatis. circa fin.

a glo. in d. l. humanitatis.

b recent. in d. l. ex facto.

c arg. l. pen. ff. de cu. fur.

d hîc in l. ex facto. & d. l. humanitatis.

e gloss mag.

tuntur, tacita substitutio inducitur. sola quippe tum affir-
matiua verba manent ad substitutum relata: quæ tamẽ &
tunc ponere necesse est, cùm expressa conditione substitu
tio cõcipitur: veluti, Caium instituo: & si Caius hæres nõ
erit, Sempronius hæres esto, vel Semproniũ substituo. Re-
ciproca ergo illa, Vos inuicẽ substituo, quia omissa in ea
est conditio, tacita ab[f] Accur. nominatur. Sic & in illa for
mula, Titius[g] & Seius vtérve eorũ viuet, hæres mihi esto.
Item si Plautium hæredem instituero, adieceróque, Sẽpro
nius Plautij hæres esto, vulgarem substitutionem Iustinia
nus[h] interpretatur, ac illa verba subaudit, si Plautius hæ-
res non erit: quod Azo [i] & Accur. in illis etiã verbis inter
10 pretati sunt, † Quisquis[k] mihi hæres erit, sit filio meo im-
puberi hæres: quasi voluerit si filius hæres nõ esset, cohæ
redẽ fortè iure substitutionis succedere: sed verisimiliꝰ est
vt hic substitutio potiùs pupillaris [l] intelligatur. quãquã
tamen[m] Baldus, cũ sic cõcepta sunt verba, Filio meo impu
beri substituo Titium, vulgarem esse vult, tanquam dictio
impuberi, demonstrationis[n] tantùm gratia adiecta sit, nõ
vt principaliter pupillarem substitutionẽ operetur. sed cõ
trà censuit Alexander,[o] cuius mihi magis placet sentẽtia
11 quã Zasius etiam[p] Curtiúsque probant. † Ex his autem
credo satis Accursij doctrinã intelligi circa distinctionẽ
expressæ & tacitæ: vocat [q] tamẽ aliquãdo reciprocam sub
stitutionem illis verbis, Vos inuicem substituo, conceptã
expressam non tacitam: sed non tam ratione conditionis
quæ intelligitur, quàm substitutionũ, quæ ex authoritate
leges supplentur: nam cùm duos impuberes inuicem sub
stituo, ac verbum substituo, generale sit: potest id ad vulga
rem atque pupillarem referri. vtraque ergo earũ in gene-
re expressa est: conditiones tamen vtriusque, id est siue hę
res nõ erit, siue hæres erit, & antè moriatur quàm in suã
tutelam venerit, tacẽtur. atque ita dissidẽtes inter se glos
sæ per Bar.[r] conciliantur. Ego tamen magis arbitror ver-
ba illa, Vos inuicem substituo, ad casum vulgarem ex na-
tura sui petinere: ad pupillarẽ nõ aliter, quàm si personæ
subiectæ patiantur ex legis authoritate eò porrigi: & si di
ligẽter Modestini[s] verba inspexerimus, intelligemus illa
verba, Vos inuicem substituo, vulgaris substitutionis pro
pria esse: veluti si Titio instituto, Seium ei substituã. sem-
perque arbitratus sum in reciproca substitutione per illa
verba,

f alle. l. cũ in testamẽto. §. i. ff. de hære. inst.
g l. Titius. ff. de hær. inst.
h l. fin. C. de hære. instit.
i in summa. C. eod.
k l. qui liberis. §. hæc verba. & ibi Bart. ff. eod.
l Bar. in l. i. ff. eodem.
m in d. l. præcibus.
n arg. l. si seruus cõmunis ff. de stip. ser.
o l. ij. ff. eod.
p in l. si testamento. C. eo.
q glos. super ver. non ad matrem in l. Lucius. ff. eodem.
r Bar. in l. i. ff. eod.
s in d. l. iam hoc iure.

verba, Vos inuicē ſubſtituo, haud perinde exprimi pupillarē ac vulgarē: nō magis quā cū Caio inſtituto, Titiū ſubſtituo: arbitror enim hîc intelligi, Si hæres Caius nō erit, & ad hanc interpretationem nulla lege opus erat, cùm tamē pupillarem tacitam neceſſe fuerit principum ſuppleri[t] cōſtitutione. Hodie autem cùm de vulgari expreſſa & tacita loquimur, illam tacitam appellamus, quæ vulgò creditur ineſſe pupillari: † Nūc verò ad cōpendioſam ſubſtitutionem tranſeamus, cuius tractatus latiſſimè patet: nos tamē 12
ea tantū hîc attingemus, quæ ab Accur.[u] dicta ſunt, eorūque veritatē pleniùs inquiremus. Pone ergo: Miles impuberē filiū inſtituens, hoc modo ei ſubſtituit, Si filius quādocunque deceſſerit, Caius mihi hæres eſto: decedit autē poſt pubertatem, an directò hîc hæreditatē ſubſtitutus accipere poſſit, quæritur. † Accur.[x] ita admittit, ſi non mater 13
fuerit in medio: tūc enim potius à manu matris accipiet, quaſi non directo, ſed per fideicommiſſum ſit ſubſtitutus: ídque ob authoritatem cōſtitutionis Imp. Diocletiani, [y] quæ ſuprà[z] quoque alia in quæſtione negotiū nobis fecit: quod & Politus & Zaſius ſequi videntur. ſed tamē vulgò hæc reiecta opinio eſt, neque enim conuenit aliquē inducere fauorem ob matrem, cū hîc de militis bonis agatur, non[a] pupilli. Bar. putat communi verbo factam in Diocletiani cōſtitutione ſubſtitutionem, ſed diuerſum multorum verborum argumento[b] probatur: & ego ſ. docebo, verbum Subſtituo, non rectè cenſeri commune eſſe. alij dicunt ideo induci fideicommiſſum, quòd ſubſtitutio nō fuerat ad certam ætatem[c] facta, quaſi miles nō poſſit & in incertam ætatem directò[d] ſubſtituere. Ego porrò cùm videam mulierē ob fideicōmiſſum ab milite factū haud ita multum emolumenti[e] percipere, non ſatis magnā eſſe mutādi iuris communis cauſam ob ipſius interceſſionē arbitror. & lubentiùs adhæſerim Caſtellionei, Fulgoſij, Iaſonis,[f] Curtiíque opinioni, ſcilicet non obſtante matre directò ſubſtitutū ſuccedere. ait [g] enim Imp. peti bona patris à matre quæ filij ſucceſſionē obtinebat, veluti ex cauſa fideicommiſſi: non fuit ergo illic verū fideicōmiſſum, ſed ſeparatio reſtitutióque bonorum quandam ſimilitudinē fideicōmiſſi habuit. nam patris bona non eſſe iure ſucceſſionis deuoluta ad matrē hoc in caſu, ex præcedenti ſpecie colligitur. omnimodo enim illic filij ſucceſſionē

ad ma-

[t] d. l. iā hoc iure.
[u] fin. §. glo. mag.
[x] in l. Centurio. ff. eodem
[y] d. l. precibus.
[z] §. præced.
[a] l. cū filius. ff. de teſtam. mi. Pau. Ca. col. 5. in d. l. precibus.
[b] vide Zaſ.
[c] Plumb. & Dec. in d. l. precibus.
[d] l. miles ita ff. de mili. teſtam.
[e] not. in d. l. Centurio.
[f] in l. Centurio. & d. l. precibus.
[g] d. l. precibus.

ad matrem pertinere dicitur, hic verò ſeparat bona patris. nec ergo omnia bona iure hæreditario ipſa occupat, quæ fuere filij, nec omnimodo hic ad eã filij pertinet ſucceſſio: quæ ſentẽtia militari priuilegio fauorabilior eſt. Fit autẽ ſimilis ſubſtitutio plerunque à paganis: ſed tamẽ illi nõ poſſunt vel filiis poſt pubertatem, vel extraneis poſt vllũ
14 omnino[h] tempus directò ſubſtituere. † Attamen ſi puberi vel extraneo fiat ſubſtitutio, nec vnquã vt directa valuit ex benigna interpretatione vertetur in [i] fideicõmiſſum. At cũ à principio directò valere potuit, vt puta, quia is cui ſubſtitutio facta eſt erat impubes, hic diſtinguit Accur. inter verba directa & cõmunia i. facta ne ſit, ſubſtitutio per hæc verba, Subſtituo illũ, quæ fideicõmiſſo etiã cõmunia ſunt: an per hæc, Illum facio hæredem, quæ merè directa ſunt: nec natura ſui flecti ad obliquũ ſenſum poſſunt: atq; ideò hic omnis poſt pubertatem ſubſtitutio[k] euaneſcit, illic cũ directò amplius valere nõ poteſt, fideicõmiſſi, atque obliquæ ſubſtitutionis vim [l] aſſumit. Ego tamen ſæpè dubitaui, veráne eſſet cõmunis hæc aſſertio, verbũ. ſ. Subſti
15 tuo, † cõmune eſſe, neque enim vllũ eius argumentũ idoneũ apud iuris authores reperio: proinde multa ſanè doctorũ cõmenta huic innixa opinioni vacillabunt, ſi oſtẽderimus hoc verbũ directũ omnino eſſe, nec cõmune fideicõmiſſis. ſcio Modeſtinũ[m] hoc verbũ ſubſtituo, cõmune vocare: ſed non reſpectu directæ vel obliquæ ſubſtitutionis, quarum nullam facit mentionẽ, ſed quia ad vulgarẽ & ad pupillarẽ referri[n] poteſt, vt multi ſentiunt. quãquã ego cõmune malim illic vocari, quia vulgare eſt: nã vulgarem ſubſtitutionẽ communem[o] interpretamur. & quęrit Modeſtinus, an reciproca ſubſtitutio vulgariter impuberibus facta ad pupillarẽ porrigatur. Eſt & aliud cõmunis opinionis[p] argumentum, quod fideicõmiſſum ſubſtitutionem alibi vocet Iuſtinianus: ſed illic dubio procul impropriè accipitur ſubſtitutio: vt & ĩ. oſtendemus. nec eſt abſurdũ verbũ directum ex aliorũ verborũ adiectione, vel ob rei naturam inflecti, veluti cùm ſubſtitutio aut etiam inſtitutio in codicillis facta eſt:[q] atque ibi dicitur apertè fuiſſe hæredẽ ſubſtitutione grauatum, onus verò propriè ad fideicõmiſſum pertinet, & directæ ſubſtitutioni nõ cõuenit.[r] Iam verò cũ his verbis, Inſtituo te hæredẽ, directa inducatur ĩſtitutio, cur nõ & ꝑ verbũ Subſtituo? cũ & ipſã

inſtitu-

h not. in §. hæres. ſuprà tit. ij.
i no. in l. verbis. in l. Centurio. ff. eod. Fab. hic.
k l. verbis: l. in pupillari. ff. eod.
l arg. l. Scæuola. ff. ad Treb.
m in d. l. id hoc iure.
n Bar. ibi.
o dixi ſuprà in rub. tit. præc.
p l. generaliter. §. ij. C. de inſt. & ſubſt.
q l. Scæuola. ff. ad trebel.
r l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. eod.

institutionem significet, non specie[s] quidē, sed gradu tantū differentem. neque differentiæ illa ratio[t] valet quòd generalior sit verbi Substituo, significatio: cū & ipsum verbū Instituo, ad alia sæpe[u] referatur: in testamētaria verò materia, propriè de directa intelligitur successione. adiuuāt nostram sententiam ipsa etiam etymologia. nam vt à statuēdo venit instituo, sic & substituo: ísque substitūtus dicitur, qui dominus secūdo gradu statutus est: atque ipsa hæredis appellatio, quę huic verbo vel additur, vel in ipso intelligitur, cū directò accipiatur, facit vt & substituo, directò intelligēdū sit: & cū substitutus in instituti locū surrogetur pari iure venire debet. sed & ipsi legum cōpositores in Rubricis, [x] restitutiones & fideicommissa à substitutionibus 16
distinxerunt. † Nouissimè cū vulgò [y] receptum sit, fideicōmissariam substitutionem impropriè substitutionem dici, directam verò substitutionem propriè, an nō inde manifestè constat, non esse hoc verbum commune ? neque enim cōmune vocari potest, quod in vno propriè, in alio impropriè accipitur: siquidem communio paria iura exigit. & si impropriè verbum Substituo, ad fideicōmissa torquetur, cur non idem in alijs verbis directis, quæ & ipsa nō alia ratione non flectuntur, quàm vt improprietas[z] vitetur ? Hac autem stante opinione consequens erit, substitutionē his verbis impuberi filio factam, † Quandocunque decesserit 17
Titium substituo, æquè post tēpora pupertatis euanescere, atque si aliis verbis directis facta fuisset: in vtroq; tamen adhuc articulo Accursij, dissentientes sunt aliorum opiniones:[a] nam & cùm per verba directa est, volunt flecti in fideicommissariam post pubertatem, vt quocunque tandem modo voluntas defuncti exitum habeat. sed & cùm per verba cōmunia, quidam volunt omni tempore esse fideicōmissariā: nonnulli quos Faber citat tantùm intra pubertatis tempora directò valere, neque postea flecti. Sed tamen Accursij distinctio communiter est recepta, multísque responsis doctorum adeò confirmata vt discedere inde impunè iudici nō licere existimem. Multa sunt & alia in hoc compendiosæ substitutionis tractau in tricata: sed aliquid adhuc in fine huiusce[b] tituli ttingemus: ista verò pro glossæ explicatione sufficiunt.

Pupillus adoleuerit] † Vulgaris substitutio adita hæredita 18
te expirat, [c] pupillaris regulariter pubertate: nam potest & citius

s dictū §. in rubr.
t quā ponit. Bar. in l. Cēturio. col. fi. ff. eod.
u ostendit Pol. in proœmio subst.
x C. de inst. & subst. & ibi Pau.
y Dec. in ru. C. de imp. & alijs substit.
z Bart. in l. Centurio. ff. eod.
a in l. preci- bus. in l. verbis & l. Centurio. latè per omnes.
b vide ibi & Aret. & Cano. in c. si pater. in 6. de testament.
c l. post aditam. C. eod.

citius infirmari, ſi in breuius tẽpus cõcepta [d] fuerit: exemplaris cùm reſipuerit mentecaptus. Sed id tamen ſcrupulo nõ caret, cũ quidã ad tẽpus nõ reſipiãt, dilucidáq; habeant interualla. Bart. tamẽ & ferè cæteri redeunte morbo vires
19 iterum recipere ſubſtitutionẽ [e] putãt. † Bald. & Zaſius diſtinguunt inter modicũ & magnũ interuallũ: quod & Aretinus hic probat. Sed ſanè cũ modicũ eſt, nec dilucidũ interuallũ nunquã cenſebitur extincta fuiſſe ſubſtitutio. Illi ergo reuera idẽ quod Politus ſentiunt, & à cõmuni diſſentiunt, cũ conualeſcere negẽt ſubſtitutionẽ, rurſus deſipiente illo qui reſipuerat. Ego verò nõ dubito quin ſubſtitutio non cõualeſcat, ſi tẽpore dilucidi interualli ipſe ſibi teſtamentũ fecerit: & habet etiã quod ſibi imputet, qui ipſe ſibi nõ fecit, vt fortaſſis hæc ſubſtitutio illius fauore introducta nõ ſit cõſeruãda. Pupillaris autẽ ſubſtitutio multis aliis modis expirat: aliquos notauit hic Accurſius, alij pleniùs eos ſunt cõplexi: [f] & propè idẽ eſt in exẽplari, quãdo ipſa appellatio oſtendit maximam inter ipſas eſſe affinitatem.

d l. ſi ita qs. ff. eod.
e not. in l. ex facto.
f in l. ij. ff. e.

Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecundum præfatum modum ordinata, duo quodammodo ſunt teſtamenta: alterum patris, alterum filij, tã quam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet: aut certè vnum teſtamentum eſt duarum cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum.

1 *Diuerſis reſpectibus teſtamentum patris & filij pro vno vel duobus haberi.*
2 *An duo in eadem charta teſtamentum facere poßint.*

1 D*Vo quodammodo videntur eſſe teſtamenta*] † Videlicet quia ſunt principales [a] tabulæ, item etiã tabulæ pupillares: ſed tamen cùm vtriuſque factio, ab ſolo patre procedat, & ad vtraſque tabulas eadẽ ſolennia ſufficiant, nõ poteſt omnino duplex cenſeri teſtamentum: nam in duobus teſtamentis quatuordecim teſtes vel ſeptem iterato rogatos interuenire neceſſe eſſet. duæ tamen ſunt hæreditates: nam primùm patri, deinde filio morienti [b] ſucceditur. atque idem etiã eſt in exẽplari ſubſtitutione, nec ea res habet difficultatem. † Illud autem de quo hic quærit Aretinus, an duo poſſint in eadem charta teſtamenta ſua con-
2

a l. penul ff. quemadmo. teſta. aper.
b l. patris. & filij. ff. eo.

c in d.§ pe. ſ. de teſta.
d facit. l. captatorias. ff. de hæred. inſtitu.
e l. iiii. de adimen. lega.
f no. in l. ſcire debemus. ff. de verb. obligat.
g in d. §. pe.

ſcribere, à me alibi diſputatum eſt. [c] Stultè autem plerunque nonnulli extrema ſua iudicia miſcent, nõ ſine captionis [d] ſuſpicione, cum ſæpè præmorientem à ſuperſtite decipi contingat. hîc enim non prohibetur voluntatem [e] ſuã mutare: quod tamen ſi cogitaſſet defunctus, aliter forſitan prouidiſſet. Quin tamen iure rectè coniungantur vna in charta plura ab notario teſtamenta, nihil [f] repugnat, neque enim ſcriptura nuncupatiuo teſtamento ſubſtantiã præbet, ſed in teſtamento ſcripto [g] non per omnia cæterorum ſententiam probo.

Sin autẽ quis ita formidoloſus ſit, vt timeat, ne filius ſuus pupillus adhuc ex eo, quod palàm ſubſtitutum acceperit, poſt obitum eius periculo inſidiarum ſubiaceat: vulgarẽ quidem ſubſtitutionem palàm facere, & in primis teſtamenti partibus ordinare debet. Illam autẽ ſubſtitutionem, per quam, ſi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur: ſeparatim in inferiorib. partibus ſcribere, eámq; partẽ proprio lino, propriáq; cera conſignare, & in priore parte teſtamenti cauere, ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere aperiantur. Illud palam eſt, non ideò minus valere ſubſtitutionem impuberis filij, quòd in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque hæredẽ inſtituiſſet quamuis pupillo hoc periculoſum ſit.

1 *De ſubſtitutorum inſidijs.*
2 *Vetus mos conſignandi teſtamenti.*
3 *Hodie in nũcupatiuo teſtamento non perinde inſidias probari poſſe.*
4 *An vulgaris ſubſtitutio celari poſſit.*

a l. i. ff. vbi pupil. educ.
b l. ii. C. vbi pupil. educ.
c l. i. ff. de min.

OCcurrit hîc Imperator obiectioni quorundam, 1 quibus ſubſtitutio pupillaris vel exẽplaris valdè periculoſa videtur. Solẽt enim [a] plerũq; ſubſtituti atq; ij qui ſpem ſuccedendi [b] proximã habent pupillorum vitæ inſidiari, qui propter ætatẽ adhuc incauti ſunt, & ad euitandas machinantiũ artes nõ [c] ſatis inſtructi: notum quippe eſt illud ex Perſij Satyra: Pupillúmue vtinam quem proximus hæres im-

res impello, Expugnā: sed Imperator eos qui insidias sub-
stitutorū timent iubet secreto pupillares tabulas cōficere:
easq; ne inspiciātur vel resignētur ante pupilli mortē, ve-
tare. & quidē si omnino eas separare voluerit, nouis solē-
nitatibus est[d] opus: sin in inferiore parte principaliū tabu
larū eam adscripserit, satis erit si ipse proprio lino religet
ac cōsignet. nā non puto opus esse, vt iterū septē testiū si-
2 gnacula adhibeantur. † Quis autē veterū in claudēdis te-
stamentis mos fuerit, iura nostra[e] nō satis declarant. Ego
puto funiculis lineis (quos linea & lineas Latini vocāt) re
ligasse primū, dein impressisse ceram atq; signū. Quod &
Iulius Paulus libro quinto Sententiarū indicat. Amplissi-
mus, inquit, ordo decreuit eas tabulas quæ publici vel pri-
uati cōtractus scripturā continēt adhibitis testibus ita si-
gnari, vt in summā marginis ad mediā partē perforatæ tri
plici lino cōstringātur, atque impositū supra linū ceræ si-
gna imprimantur. Nam quod quidā tradunt pependisse[f]
de lino sigilla, mihi nō fit verisimile. etsi in patētibus pōti
ficū Regúmq; literis ac diplomatis, eam hodie cōsuetudi-
nem cōspiciamus, lino enim circūducto ligari tabulas Iu-
reconsultus significat. & videmus idem adhuc in clauden
dis epistolis vulgò obseruari, vt vel filo vel ligamine ali-
quo papiraceo concludamus, eíq; cerā imprimamus. nā li-
no & cera cōsignātur tabulæ, id est clauduntur. vnde resi-
gnari dicūtur, cū aperiuntur: annulorúmque signatoriorū
primus fuit vsus ad claudēda ea, quæ secreta esse homines
3 voluêre. † Hodie tamen hæc cautio aduersus substituti
insidias haud æquè tuto in nuncupatiuo testamento fieri
potest, quum tabulis soli ferè docti ac sapiētes vtātur. Sed
cū in substitutiōe vulgari tacita pupillaris[g] insit, quid pro
dest hæc prouisio? certè neq; semper fit vulgaris: & vt etiā
fiat vulgaris, tū tamē pupillaris tacita cessabit, cū expres-
4 sè prouidisse se testator[h] significat. † At rursus, nonne & à
vulgariter substituto nonnunquā cauendū est? quid ni? cū
Cicero referat[i] mulierem Milesiam accepta à substitutis
pecunia partum abegisse: sed tamen vulgaris nō solis pu-
pillis fit, qui ob ætatis imbecillitatem magis insidiis expo
siti sunt: & pupillaris substitutio diu pendet, vulgaris ci-
tius vel extinguitur, vel locū accipit, & ad insidias maxi-
mè tēpore oportunitatéq; est opus. si quis tamen id quoq;
magnopere timet, licebit similiter & in inferiori parte

d l. si quis eū § si suo. ff. e.

e vide tamē Fab. in § post sunt. suprà de test.

f Accur. & docto. hic, & in l. j. ff. de sec. tab.

g l. iam hoc iure ff. eod.

h Faber hic, & Cur. in l. quāuis. C. eo.

i l. Cicero. ff. de pœn.

ſubſtitutionem collocare, hoc eſt in ima(vt veteres dicebant)cera. Et hæc quidem propter formidoloſos inducta ſunt,alioqui vbi fuerint omiſſa à teſtatore,nõ poterunt ex eo pupillares tabulæ impugnari.ſi quis tamẽ vitæ eius inſidiatus fuiſſe cõprobabitur , is nõ feret maliciæ ſuæ præmium,& hæreditate vt indignus[k] carebit.

k argu.l.indignũ. ff. de his quibus vt indig.

Non ſolùm autem hæredibus inſtitutis impuberibus liberis,ita ſubſtituere parentes poſſunt, vt ſi hæredes eis extiterint, & antè pubertatem mortui fuerint,ſit eis hæres is, quem ipſi voluerint,ſed etiam exhæredatis.Itaq; eo caſu ſi quid exhæredato pupillo ex hæreditatibus legatíſve, aut donationibus, propinquorum atque amicorum acquiſitum fuerit : id omne ad ſubſtitutum pertinebit. Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum,vel hæredum inſtitutorum, vel exhæredatorum : eadem etiam de poſthumis intelligimus.

1 *Non conuenire aliorum ſolutiones ad contrarium Triphonij reſponſum,quod nos nouo modo legimus & intelligimus.*
2 *Obſcuræ quarundam diſpoſitionum rationes.*
3 *Quare pater legata relinquere in filij exhæredati tabulis non poßit.*
4 *Cur ſubſtitutus filij exhæredati, qui tamen legatum accepit, grauati,non poßit reſtituere.*

ID omne] † Huic videtur aduerſari Triphonij[a] reſpõſum 1 qui filio exhæredato à milite ſubſtitutum ea tãtùm acci pere tradidit,quæ à teſtatore peruenerũt, Accurſius[b] & alij nonnulli[c] id ideò eſſe exiſtimant : quoniam idem fuit emancipatus,cui à milite in propriis bonis ſubſtitui aliter nõ potuit:alij & in ſuo idem exiſtimant, quòd miles ſcilicet poſſit pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus[d] decedere,atque id priuilegium ad filiũ extendere. verùm hoc admitti poteſt vbi de mẽte eius cõſtat,[e] ſed in dubio cenſetur velle vti iure[f] communi. Mihi ob id vtraque opinio diſplicet, quòd abſurdum ſit, cùm eum exhæredauerit reſtringere ſubſtitutionẽ ad ea quæ ab eo peruenerũt. Quid enim

a l.miles ita. §. exhæredato.ff.de milita. teſtam.
b gl.hic.
c Mod.hic.
d Ang. & Iaſon.hic.
e l.ſed ſi plures.§. ad ſubſtitutos.in fi. ff.eo.
f no. in l. in teſtamento. C.de mili.te.

enim peruenit, ſi exhæredauit? nec quiſquã[g] hîc de legatis vel fideicommiſſis diuinet, cùm intelligendum ſit de iis quæ inſtitutionis iure ad eum peruenerint: nam in legatis propriè non intelligitur ſubſtitutio, ſed ad ius vniuerſalis ſucceſſionis hoc verbum refertur, & quis illic credat militem in legatis ſubſtituiſſe? ſiue ergo exhęredatum ſuũ, ſiue emancipatũ fuiſſe intelligamus, ineptum erit intelligere ſubſtitutionem in iis quæ à patre ad eum peruenerũt, factam eſſe. Quid ergo? an non alterum neceſſario Triphonij reſponſum exigit? Ego nõ dubito quin aliquod in ipſo mendum ſubſit, & quanquam nullã veteris codicis authoritatem allegare poſſim, aſſerere tamen auſim eam dictionem, Exhæredato, ad præcedens thema[h] pertinere, in quo id alioqui ſubaudire neceſſe eſt: atque ibi exhæredato filio proponitur, an ſcilicet, ſi vel ampla legata relicta ipſi fuerint, à ſubſtituto legata dare pater poſſit: Sequens ergo paragraphus inde initium habebit. Miles & emancipato filio ſubſtituere poteſt. ac prout res exigit intelligo emancipatum fuiſſe inſtitutũ. nec quanquã moueat[i] Vlpiani reſponſum dicentis, ſubſtitutum pupillariter non modò teſtatoris bona accipere, verùm etiam quæ poſtea obuenerunt, cùm & exhæredato ſubſtituere quis poſſit. niſi mihi proponas militẽ fuiſſe, &c. hæc enim exceptio de milite, non ad exhæredati filij caſum referendã eſt, ſed ad præcedentia verba: quòd is ſcilicet poſſit ſubſtituere in iis ſolũ quæ ab ſe peruenerunt ad inſtitutum (vt inquit ipſe Vlpianus) quo verbo oſtenditur non poſſe hoc de exhæredato intelligi. exhæredato igitur filio emãcipato nec miles poterit ſubſtituere, cùm de propriis illius bonis diſponere non poſſit, nec illũ inſtituerit: vnde nec ſubſtituere poſſe debet. Ac iſta quidem ratione doctorum ſuper hac re altercationes manifeſtè tolluntur.

2 *Ad ſubſtitutum*] † Hic tamẽ ſubſtitutus legatis[k] grauari non poteſt, nec per[l] militẽ quidem in pupillaribus tabulis, vt ab Accurſio annotatum eſt. Sed ratio eius non ſatis conſtat, cùm alioqui & ipſe filius exhæredatus, ſi legatum accipit, in eo reſtituendo rogari[m] poſſit. nam legatũ à legatario veteri certè iure[n] non rectè relinquebatur. Faber hic & nonnulli alij in cauſa eſſe exiſtimãt exhęredationis odium. Sed tamen id non eſt probabile. cur enim ab ipſomet exhæredato filio fideicommiſſum relinqui poteſt, cui per exhæ-

g quod facit Dec. in l. in teſtamento. C. de mili. teſta.

h ad §. ſi miles. in fi. in d. l. miles ita.

i in d. §. ad ſubſtitutos. in fi.

k l. cũ quidam. C. de leg. l. ab exhæredati. de leg. i.

l l. miles. ff. de mili. teſt.

m l. cohæredi. § cũ filia. ff eod.

n ĩ. de ſingu. re. per fid. rel. in princ.

per exhæredationẽ fit iniuria? & cur quoque non eadẽ ratione pater ſubſtituere prohibetur qua legare? Angelus Sa licetũ citat qui ob exhæredationẽ filij pupillares tabulas quaſi alienum teſtamentũ cenſeri ait, abſurdúmq; eſſe vt quis in alieno teſtamẽto legata relinquat. Sed tamẽ eadẽ ratione magis abſurdũ erit, vt in alieno teſtamento hæredem aliquis ſcribat. nec vſquã lectum eſt, ob exhæredationem filij magis cẽſeri ſubſtitutionẽ alienum eſſe teſtamẽtum, quàm cũ eſt[q] inſtitutus. Attulit & Bartolus hûc ſuum ſymbolũ: ſed tamẽ vulgò ipſius quoque ſententia reprobata[r] eſt. Cæteri latere rationem dicunt, vel tales adferũt, quæ ne ſibi quidem ipſis ſatis placent. † Ego nihil noui in 3
eo eſſe video, quòd exhæredatus legato tamẽ honoratus per fideicommiſſum onerari[ſ] poſſit: ſed eius primum indagandam rationem arbitror, quare ſubſtituere exhæredato liceat, legata tamen in tabulis pupilli exhæredati relinquere non liceat: tum & illud cur ſaltẽ nõ liceat ſubſtitutũ in iis grauare, quæ exhæredato legata ſunt, cùm regulariter rogari legatarij hæres[t] poſſit. Prioris dubitationis rationem non obſcurè mihi videtur Papinianus[u] explicare, cũ dicat, legata in ſecundis tabulis data, quaſi in primis ſub cõditione relicta intelligi, ſcilicet vt hæres teſtatoris hoc eſt, in primis tabulis inſtitutus ea debeat, ſi intra pubertatem filius deceſſerit: at filius certè cùm nõ ſit hæres, legata debere in primis relicta tabulis nequit: ad hæredem[x] enim eorum obligatio pertinet: qui tamen hîc exceptione iuuandus eſt, cùm autẽ filius exhæres nullo pacto teneatur, minimè quoque ab illo ad ſubſtitutum tranſibit ea obligatio, quæ nulla fuit. Rationi enim (inquit[y] Vlpianus) congruens eſt, ne plus iuris circa perſonam ſubſtituti teſtator habeat, quã in eo qui eum ſubſtituebat, habuerat. oportet ergo vt valeant legata, hæreditatẽ vel partẽ eius per filiũ ad ſubſtitutum peruenire. † Attamen hoc adhuc 4
dubitationem non modicam habet, cur ſaltem veluti hæres legatarij nõ poſſit grauari ſubſtitutus, in eo quod filio exhæredato[z] relictum eſt: fortè hîc non abſurdum fuerit, vt Iuſtinianũ, in exhæredationis odium id conſtituiſſe dicamus: nã cũ ſtricto iure hæres legatarij grauari nõ poſſit: ſoláq; benignitate id admiſſũ[a] ſit, indigna fauore æquitatéque eius volũtas Iuſtiniano viſa eſt, qui ipſe ſeuero iudicio filiũ exhæredauit. Hodie tamẽ ea res rarius in quæſtionem

q in d. l. cũ quidam & reprobat Alex. in l. qui fundum. §. qui filius. ff. ad legem falcidiam.
r in l. qui fundum. §. qui filius. ff. ad legem falci.
ſ per Iaſ. & alios in d. l. cum quidam Mod. hic.
t infrà de ſing. reb. per fideicommiſſ.
u l. ſi fuerit. ff. de leg. iij.
x in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad leg. falcid.
y l. §. legatũ. ff. de legat. ij.
y in d. §. qui filius.
z d. l. cùm quidam.
a d. l. ſi fuerit ff. de leg. iij.

ſtionem venit [b] cùm impubes haud ita facilè cauſam ingratitudinis committere queat, ob quam dignus exhæredationis nota cenſeatur: ſi tamen propè pubertatem fuerit, & doli capax extiterit, nihil impedit, quominus ob impium facinus exhæredari poſſit, atque id etiam breuiter hîc notauit Accurſius. *b gl. hic in fi.*

Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi faciat. Nam pupillare teſtamentum, pars & ſequela eſt paterni teſtamenti: adeò vt ſi patris teſtamentum non valeat, nec filij quidem valebit.

1 *Declaratus locus Vlpiani, in quo hæſit Accurſ.*
2 *Subſtituere vnde dictum.*
3 *An ordinis confuſio ſubſtitutionem vitiet, & circa hoc confutatæ quorundam opiniones.*
4 *Vera reſolutio ex Iaſone.*
5 *Huius §. correctio ex nouiſsimo iure.*
6 *Quare per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, pupillaris ſubſtitutio non infirmetur.*
7 *An querela iure ciuili, an prætorio inuenta ſit.*

1 Pars & ſequela] † Meritò ergo conſtitutum eſt, vt à filij [a] teſtamento pater non incipiat, ſed prius ſibi hęredem ſcribat. tabulæ enim pupillares ſequi debent, vnde & ſecundæ dictę ſunt: ac ſic etiam intelligendum eſt quod ſcribit [b] Vlpianus: Quod igitur dictum (inquit) eſt, ſingulis liberorum ſubſtituere licere: ideò adiectum eſt vt declaretur, non eſſe à filij impuberis teſtamento incipiendum: in quorum verborum ſenſum multum tumultuatur Accurſius, cùm Iureconſultus argumentetur ex vi proprietatéque verbi ſubſtituere, patrem prius ſibi debere hęredem *a l. ij. §. prius. ff. eo.* *b in d. §. prius. in fine.*
2 ſcribere. † Eſt enim ſubſtituere dictum à ſubtus ſtatuere: pręcedere ergo teſtamentũ patris debet. atq; ideò ſi prius filio teſtamẽtũ fecerit, deinde ſibi, nõ poterit hæc ſubſtitutio, dici nec erit propriè hæres pupilli ſecũdus hæres. quãquàm enim ſubſtituere idem ſignificet quod ſubrogare, hîc tamen ſuperior etymologia ſolum conuenit: cùm hęres pupilli nemini ſubrogetur, ſed primo gradu hæres ei ſcribatur, & in ima quidem cera, vnde ſubſtitutionis pu-
3 pillaris appellatio ſumpta eſt. † Quæritur tamen an ordinis con-

 nis con-

nis cõfusio semper irritã faciat substitutionẽ,in quo obscũ rè Vlpian.[c] loquitur:sed tamen Accur.[d] & Bart.putant vitiari substitutionẽ,si ea institutionẽ filio exhæredato præcedat:secus verò si filius institutus fuerit, cùm tũc ordine intellectus præcessisse videatur institutio. attamẽ cur nõ idem intellectus accipitur,vt & extranei institutio præcedere[e] fingatur?hæc igitur sententia meritò passim reprobata est. Videtur tamẽ cùm sic scriptum est,Si filius meus hęres non erit,vel impubes decesserit,Seius hęres esto,filius meus hæres esto:ordine tacitæ volũtatis satis præcederet institutio.[f] cùm enim Seius non vocetur nisi sub cõditione,si filius non sit hæres:apparet id primò voluisse testatorem,vt filius sibi sit hæres,& sic primo sibi testamentum fecisse.Ego tamen puto & si nulla eiusmodi substitutionis vulgaris,cui tacita voluntas innitatur,cõditio prę-cesserit,adhuc sustineri substitutionẽ:veluti[g] si quis ita fuerit testatus, Si filius meus intra quartũ decimũ annũ decesserit,Seius hæres esto,& deinde filius hæres esto.Vnde apparet etiã cessante tacitæ voluntatis coniectura,adhuc tamen permanere substitutionem.plerique[h] in hac quæstione distinguunt,eodémne tempore an diuerso fiat substitutio:quod verbis legis nõ conuenit,& à Bartolo quoque confutatũ[i] est. † Ego verissimã credo Iasonis[k] ac Vltramontanorum sententiam,vt conuersa scriptura nõ noceat,si modò substitutioni omnino coniũctim adhęreat institutio:inter cõiuncta enim quasi paribus ingredientia passibus,quod ad intellectũ pertinet,neutrum vel præcedere vel sequi videtur: [l] atque huic declarationi exempla omnia congruunt. Talis ergo metathesis non obest,cùm constructione & intellectu in ordinem suum restituẽtur, quę scriptura fuere nonnihil conuersa & [m] turbata. siue ergo[n] ex interuallo temporis siue scripturę sequatur institutio,irrita fiet:sin mox cohęrebit substitutioni,etiã si nõ præcedat,valere tamen eam Vlpianus significat. 4

Nec filij quidem valebit]† Ea[o] in re vetus ius aliquantum correctum est. Nam etiã si testamentum patris nullũ sit ex causa pręteritionis,pupillaris tamen substitutio firma hodie[p] remanet,quemadmodum & legata cęteráque omnia pręter institutionem,quod ex Iustiniani nouella[q] introductum est:ex qua & illud colligitur,etiam si in totum per querelam inofficiosi testamentum expugnatum[r] fuerit,ad- 5

c in d.§.pri⁹. cũ seq.versi. d glo.hic & Bar.in d §. prius. e Ias.in d.§. prius.circa fi. f Alciat.in l. ij.super verb. si quis autẽ. ff.eod. g contra Alciat. facit §. prius in vers. sed si quis. h Vltramõt. Fa.& Ang. i in d.§.pri⁹. k in fine.d.§. prius. l ar.l.quidã. ff.de pec.leg. m dixi tit.§. sed instituto. §.eod. n summa §. prius. o gl.fin.hic. p Bar.in xi. col.C.de lib. præt.in auth. ex causa.& in l.i.in fin. ff eod. q d.authentica ex causa. r corre.§.sed nec impuberis.in l.pap. ff.de inof.tes.

rit, adhuc tamen hodie durare pupillaris substitutionis effectum: atque ita sunt accipiẽda quæ ex veteri iure Accursius notat. † [f] Mirum autem cur non eodem modo tabulæ secundæ infirmabãtur per bonorum possessionem contra [t] tabulas, vt per [u] quærelam. Accursius suprà [x] eam reddidit rationem: quoniam bonorum possessione de iure patris [y] non de iure testamenti quæritur: sed hoc non rectè intellectũ est: nam cùm pater iure manumissionis tanquam patronus partem sibi debitam per bonorum possessionem petit, verum est testamentum non rescindi, cùm adhuc detur bonorum possessio secundum [z] tabulas, atque ideo pars illa iure patronatus debita non respicit ius testamenti: sed si bonorum possessio contra tabulas omnino petitur, & totum testamentum rescinditur, non video quomodo ibi non quæratur de iure testamenti, † Accur. [a] hîc & aliam supradictæ differentiæ rationem adfert: quoniam scilicet querela iure ciuili testamentum infirmet, bonorum possessio iure prætorio: quod haud satis validum est ad tollenda ea quæ iure ciuili constituta [b] sunt. Sed tamen neque semper cùm rescinditur testamentum iure ciuili pupillaris substitutio corruit: cũ & legata [c] interdum conseruentur: vnde ad secundas tabulas inferre licet. nec satis cõstat querelâne magis iure ciuili an prætorio introducta sit. est enim extraordinarium & extremũ auxilium, quod magis ex iurisdictione, quàm iure ciuili originẽ habere videtur. Prætorum est quippe officium, parentum odia & impietatem aduersus liberos moderari. Et cùm sit querela actionis species, vel causa potius, an tamen ciuilis magis an prętorię non facilè quis dixerit. crediderim itaque per querelam omnino irritas olim tabulas secũdas factas fuisse: quòd ea colore furoris intẽtabatur, [d] qui omnia irrita videri [e] facit. Hodie autẽ cũ nõ prætendatur insania, sed querela eo nomine instituatur, quòd obiecta ingratitudinis causa nõ probetur: vel inde etiã correctionẽ veteris iuris colligere licet. Quod si verò ei opinioni adhærere maluerimus, quam ego infrà defendã, perdurare scilicet adhuc colorem insaniæ in quærelæ intentione, is tamen ad solam institutionem restringendus est. cætera nanque firma permanent, veluti à sano homine ordinata.

(Margin: 6 beside "sius notat."; 7 beside "quomodo ibi non quæratur")

t l. ex duobus §. fi. ff. eod.
u d. §. sed nec impuberis.
x s̃ §. qua ratione. in ver. adoleuerit. in fin.
y l. filio. §. i. ff. de inof. te.
z ar. l. sed cũ patro. ff. de bo no. pos. facit titul. si quis à paren. manu.
a in med. gl. fin.
b arg. §. quos autẽ. j. de bonor. pos.
c ar. l. cũ mater. ff. de ino. test. & l. fi. ff. de hær. inst.
d l. hoc colore. ff. de inof. testam.
e l. cùm mater. in fi. facit quod notat. Bart. in l. nã & his. §. i. & l. Titia. ff. de inof. test.

Vel singulis liberis, vel ei qui eorum nouissi-

mus impubes morietur, substitui potest. singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit: nouissimo, si ius legitimarũ hæreditatum integrum inter eos custodiri velit.

1 *Declaratio huius. §. & respõsi cuiusdam Pauliani, quod huic. §. repugnat in notabili specie.*

2 *Substitutionem indefinitam æquipollere vniuersali.*

3 *Resolutio huius difficultatis secundum Bartol. opinionem.*

a l. vel singulis. ff. eod.

A Florentino † [a] hoc responsum acceptum est: & si quis 1 diligẽtius inspiciat, nõ modò nõ difficilẽ, verùm etiã cum primis vtilem habet tractatum, cùm sæpissimè videamus pluribus institutis nouissimo moriẽtem rogari, vt restituat. nec modica est quæstio an is vicissim aliis antea morientibus tacitè sit substitutus. hîc certè ius legitimarũ hæreditatũ id est, successionẽ ab intestato manere expressè dicitur: sed diuersum alibi in nõ dissimili specie Paul. [b] respõdit, ea breuiter sic habet. Quidam pluribus fundum legauit: & interdicta alienatione nouissimo morientẽ rogauit, vt Titio eum restitueret. hîc voluit ille inuicẽ substitutos hæredes cẽseri: prima autem facie videbatur hæc controuersia ex testatorum volũtate resolui posse: nã certè non sine causa nouissimo substitutionem fieri credendum est. verisimileq; videtur ideò sic disposuisse testatorẽ vt per eum ad substitutũ cęterorum partes venirẽt: quod cùm per ius legitimarũ hæreditatũ fieri possit, vt in præsenti paragrapho, nihil fuit opus substitutionem tacitam interpretatione supplere: at cùm extranei sunt ex quibus ei qui vltimo moritur, substitutio facta est, tũ necesse est quo volũtati satisfiat testatoris, alterũ substitutionis gradum inducere, sed tamẽ secundum hanc distinctionẽ dicendum esset §. nostrũ hodie non procedere, cùm mater vnà cũ fratribus nouo iure succedens [c] impedimento sit, quominus ad nouissimum tota defuncti veniat hęreditas: quo casu supradictæ opinioni consequẽs esset, hodie hîc non ius legitimarũ hæreditatum custodiri, sed substitutionẽ quoq; tacitam ex voluntate testatoris inducendam esse. alij autem aliter diffidentia responsa conciliãt. [d] Accur. ideò credidit substitutionem in proposita specie Pau. interpretatum fuisse, quoniã nõ modò & vltimò morienti testator substituerat, verùm etiam alienationem prohibuerat

b l. Titia. §. Seia libertis. ff. de leg. ij.

c auth. defuncto. C. ad tertulli.

d in d. §. Seia & l. vel singulis.

buerat. poterat enim videri respectu portionis suę nouissimus esse rogatus, nisi præterea alienationis prohibitio de toto fundo actum ostendisset. cùm ergo totum debeat restituere, cōsequens fuit vt prius morientium partes per tacitam substitutionem acciperet. Sed hæc tamen ratio vulgò[e] reprobata est, nec mihi etiā placet: rogatus enim illic fuit nouissimus fundum restituere, non suam partē: & indefinitam vniuersali regulariter æquipollere notū[f] est. Pone quoque nō interuenisse illic prohibitionem, an in parte constituemus substitutionem? Certè ego non video cur sub incertitudine testator nouissimum grauare voluisset: nec quicquam temerè fecisse eum credendū est. Quamobrem probabilius erit, ideò nouissimo substitutionē factā quo per eum totus fundus acquireretur ei cui expressè facta substitutio fuit. & prohibitio sanè alienationis[g] super uacaneè adiecta est à sollicito testatore, cū res substitutioni subiacētes citra expressam interdictionē alienari non[h] possint: & prohibitio quidē ipsa expressam substitutionem respicit: ad cuius deinde plenioré executionē tacitā substitutionē Paul. Iurecōs. interpretatus est. † Porrò quod hîc di-
2 xi substitutionē indefinitè factā nouissimo morięti, de tota hęreditate intelligendā (veluti cū dictū est, ei qui nouissimus morietur, Guilielmū Leschiū substituo) hoc & Frāciscus[i] Curt. contra Iaso. fortiter asserit. Quid igitur tan-
3 dem in hac cōtrouersia tenendū est? † Tutiùs sanè fuerit in re dubia[k] Barto. authoritatē sequi cuius etiā solutio[l] receptior est. Is differētiā cōstituit, nouissimo facta substitutio sit in omnibúsne bonis, vel (vt alij quoq; ex eiusdē sententia adiiciūt) indefinitè, an verò simpliciter: veluti in pręsenti §. vbi vltimo morienti impuberi substituit testator: nō potest enim hic videri de tota sua hæreditate sensisse, sed tantùm de pupilli bonis, tametsi etiā venditionē interdixerat: nam cū substitutio expressa tantū loquatur de pupilli bonis nō debet ob eiusmodi interdictionē extēdi. quā quidē nō eodē tendere in pauliano responso, vel inde colligi potest, quòd nō quęritur an ob prohibitā alienationē ad totū fundum indefinita substitutionis verba trahātur, sed an ad expressæ substitutionis plenioré executionem secūdus substitutionis gradus subinducēdus sit. & de prohibita quoque alienatione cōsultor nullam vim faciebat: sed mouebatur ob id quòd vltimus rogatus esset fundum re-

e Alex. in l. potest. ff. eod.
f l. si plures. & ibi not. de legatis iij.
g in d. §. Seia.
h authenti. res quæ. C. de fideicom.
i in l. pe. iiij. & 5. col. C. eod.
k in d. §. Seia & l. vel singulis.
l Iason in l. potest. ff. eod.

dum restituere: quod Paulum quoque in responso suo secutum verisimile videtur.

Substituitur autem impuberi aut nominatim: veluti, Titius hæres esto: aut generaliter, vt Quisquis mihi hæres erit. quibus verbis vocantur ex substitutione, impubere mortuo filio, illi, qui & scripti sunt hæredes, & extiterunt, & pro qua parte hæredes facti sunt.

1 *Duplex substituendi forma.*
2 *Generalis substitutionis triplex effectus.*
3 *Secundus effectus.* 4 *Tertius.*

QVibus verbis testatores pupillis ferè substituere soleant, in principio huius tractatus expositũ est. Interdũ tamen ea aliter concipiũtur. †Itaq; hîc Imp. substitu 1
tionis duplicem formam proponit: aut enim nominatim
fit substitutio, expresso scilicet substituti nomine: aut gene
raliter, veluti pluribus institutis hęredibus subiũgit testa-
tor, Quisquis mihi hæres erit, &c. † Cuius quidem gene- 2
ralis substitutionis triplex hîc effectus breuissimis verbis
comprehenditur. Primus est, quòd hi soli [a] admittuntur qui sunt scripti: nam de illis tantùm substituendo testator sensit: & propterea si hæreditatem testatoris vel dominus per seruũ, vel pater per filiũ consecutus est, quoniam nec pater nec dominus scriptus est hæres, non poterunt emolumentũ pupillaris substitutionis adipisci. potestate enim iuris, nō [b] iudicio defuncti, hęreditas eis obuenit. acquiret ergo institutus seruus sibi pupillarē hæreditatem, si fortè fuerit manumissus, vel nouo domino in cuius est potestate, vel etiã antiquo si in eadē causa perdurauerit: hîc enim nihil vetat ipsum scriptũ adire. quòd verò dominũ excludi diximus, id intelligēdum est, cũ obtentu primę hæreditatis putat ad se pupilli quoq; bona spectare, scilicet nō nouo serui facto, sed quia apud ipsũ erat defuncti hęreditas: hoc enim reprobatum est, cùm non inspiciamus vbi sit defuncti hæreditas, sed solum scriptũ hæredem intueamur. & hoc est quod ait, [c] Modestinus, non posse dominum impuberis hæredē fieri, si seruus ab eius exiuerit potestate. Poterit tamen, inquit Accur. si remanserit: verùm si exiuerit, ex authoritate Bar. [d] & aliorũ, sibi hæreditatē accipiet. Eodē modo si hæres mortuus fuerit, nō admittetur ipsius hæres,

a l. iij. & l. qui liberis. §. hæc verba. ff. eod.
b d. l. hæc verba.
c d. l. iij. & ibi glos.
d Fab. hîc Bar. & doc. in l. cũ filiofam. de le. j.

hæres, cũ de illo teſtator non[e] ſenſerit: quanquam alioqui regula[f] iuris ciuilis, Hæredis hæredẽ, eſſe & teſtatoris hęredem. ſed ea illic obtinet, vbi non ſingularis erga primũ hæredẽ affectio[g] ſpectatur, qualis eſt in præſenti caſu. Hic ergo nullus admittitur niſi ſcriptus fuerit, quod vno hoc ce verbo ſatis Imp.[h] ſignificauit: tametſi hæc Acc. in gloſſa[i] ſupplet, haud animaduertens ſcripti hæredis vocatione, & dominum & patrem & hæredem hæredis excludi. De fideicommiſſario quoque quæritur, quẽ quidam[k] ſub moueri non putant, quoniam is etiam ex iudicio defuncti venit: ſed id non magni eſt momẽti. reſtituitur ei quippe hæreditas ex iudicio defuncti, non tamẽ continuò hæres eſt defuncti: per reſtitutionẽ enim ſemel factus hęres non deſinit eſſe[l] hæres. nec ipſe etiam deſtitutus eſt teſtatoris iudicio: neque enim de hac hæreditate reſtituẽda ſenſiſſe videtur teſtator, & cõtentus eſſe fideicommiſſarius debet paterna hæreditate: atq; ita mihi crebrius ſẽſiſſe interpretes videntur. quæ opinio etiam æquior eſt, ne nimiũ grauetur[m] hæres, & vt aliquod & ipſe emolumentũ percipiat.
3 Hîc ergo primus eſt ſubſtitutionis generalis effectus.† Alter eſt, quòd niſi hic ſubſtitutus patri hæres extiterit, filio ſuccedere non poſſit. atq; hoc eſt quod hic dicitur, eos impuberi ſuccedere qui patri hæredes extiterũt. ergo ſi quiſquam paternam repudiauerit hæreditatẽ ad pupillarẽ nõ[n]
4 admittetur. † Eſt & tertius effectus ille, quòd eaſdam partes ſubſtituti habeant in pupilli bonis, quas in patris conſecuti ſunt. quæ tamẽ penè omnia diuerſa ſunt innominatim facta ſubſtitutione. ibi enim non requiritur, quòd qui ſubſtitutus eſt, ſcriptus fuerit patri hęres: & quãquã fuerit ſcriptus, repudiata tamẽ eius hæreditate, adhuc ad pupillarẽ admittetur. niſi ſub ea cõditiõe fuerit ſubſtitutus filio, ſi patri hæres[o] exiſteret. itẽq; nominatim ſubſtitutus viriles æqualéſq;, partes[p] habebit nõ eas quas habuit in prĩcipali inſtitutiõe. magna ergo eſt differentia, nominatim, an generaliter quiſquã ſubſtituatur. Ex his autẽ arbitror huius §. conſtitutionẽ melius atque apertiùs, quàm ex cæterorũ cõmentariis, qui aliena multa hic inculcãt, percipi poſſe.

Maſculo igitur vſque ad quatuordecim annos ſubſtitui poteſt, fœminæ vſque ad xij. annos: & ſi hoc tempus exceſſerint, ſubſtitutio euaneſcit,

e d. .hæc verba.
f in l. fi. C. de hæred. inſt. l. hæredis appellatio. ff. de verb. ſign.
g ita reſp. doct. in dict. §. hæc verba.
h fac. d. l. iij. §. & hæc verba.
i gloſ. ſuper ver. extiterint.
k Areti. hîc.
l §. reſtituta. infrà de fidei com. hæred.
m l. vnũ. § ſi rem. ff. de legat. ij.
n l. qui liberis. ff. eod.
o d. l. qui liberis.
p ar. l. nõnunquã ad Treb. not. ſuprà tetu. j. §. & ſi ex diſparib.

1 *An excedere xiiij. annum pupillus debeat, vt substitutio expiret.*
2 *Declaratio glossæ quam alibi doctores miris modis extollunt.*
3 *De clausula codicillari.*
4 *Contra communem opinionem de prædictæ clausulæ potestate.*
5 *De obitu clarißimi doctoris Francisci Curtij.*
6 *Quæ semel ex testamento valere potuerunt, ea in codicillorum naturam non transire.*

ETsi hoc tempus excesserint] † Atqui vel pridiè vel ipso natali suo testamentum facere ipsimet [a] possunt, cur ergo prorogamus tempora pupillaris substitutionis, vt cum excesserint XIIII. annum, tunc demum illa expiret? cur non complesse satis est? Ego quidem non dubito, quin si pridiè vel natali die testamentum sibi scripserint, infirmetur pupillaris [b] substitutio: sed quoniam rarò contingit, vt extremo hoc ætatis puncto, & testamentum sibi pueri faciant, & mox decedant, arbitror Imperatorem id secutum esse, quod & frequentius [c] est, & pupillo etiam ipsi [d] fauorabilius: vt scilicet extendatur secundarum tabularum vigor, quo pupillus testatus decessisse videatur. 1

Substitutio euanescit] † Directa, inquit [e] Accursius: si tamen aliqua verba inueniantur fideicommissi in testamento, iure fideicommissi valere ait. & quanquam Institutionum interpretes hanc glossam non notent, eius tamen in latioribus substitutionum commentariis apud alios [f] frequens & celebris mentio est. Nam cùm directa substitutio in codicillis facta, vertatur in causam fideicōmissi, si testamento apposita clausula codicillaris fuerit, efficiet vt in vim fideicommissi substitutio compendiosa vltra pubertatis tempora extendatur. Ac sic illam communem conclusionem limitant, de qua suprà [g] diximus, scilicet si quis filio impuberi his verbis substituerit, Si filius meus quandocunque decesserit, Caius hæres esto, pubertate substitutionem euanescere: limitant, inquam, vt posteà valeat virtute fideicommissi, si clausula codicillaris subiecta fuerit. † Cùm autem hæc clausula in omnium ferè testamentis apponatur, rarò accidit vt aliqua substitutio penitùs inualidetur, ob id duntaxat quòd ciuilibus verbis facta sit. Quinimo aiunt [h] nonnulli, etiam si hæc clausula 2 3

[a] l. qua ætate. ff. de test.
[b] §. j. j. tit. j.
[c] l. nam ad ea. ff de legi.
[d] ar. §. 1. suprà eo. & no. Aret.
[e] glo. Accur. expl.
[f] Ale. & doc. in l. verbis. ff. eod. & in l. precibus. C. eod.
[g] in §. qua ratione.
[h] Cur. in l. precibus. 17. col.

clausula non fuerit adiecta, debere tamen eam haberi pro
adiecta: quia scilicet vulgò adiici consueuit, ne tabellio-
nis negligentia irrita faciat testatorum [i] iudicia: sed hoc
ego non admiserim. sic enim fiet, vt omnia testamēta mi-
nùs solennia, in vim codicillorum valeant. & dubitauit
etiam Bartolus [k] de huius clausulæ potestate, cū ex tabel-
lionum more, magis quàm testatorum voluntate apponi
soleant. Quamobrem nonnullis placuit, non aliter valere
hanc clausulam, quàm si potestas ipsius per tabellionem
testatori exposita [l] fuerit, ne apposita forsitan aliquid con
4 tra ipsius voluntatem operetur. † In præsenti autem quæ-
stione vix est vt admittam, tantā huiusce clausulæ effica-
ciam esse: de qua etiam multū dubitabat celeberrimus le-
gum professor & præceptor nobis in maioribus obseruan
5 dus Franciscus Curtius, † qui hisce diebus in fata conce-
dens academiam nostram orbam, atque in summo luctu
reliquit. erat enim primarius hîc professor, & ob summam
in docēdo perspicuitatē studiosæ iuuentuti apprimè gra-
tus: quanquam in commentariis inuolutum & congestum
quoddam scribendi genus habuit: subtiliáque inuenta &
lōgas opinionum tricas, dum breuitati plus satis studuit,
nimis certè properanti stilo perstinxit. obiit autē quinto
calendas Iulij, anno M.D.xxxiij. quo tempore nos ista de
substitutionibus in eadem academia prælegebamus. Vt
ad rem redeam, dubitat & [m] Curtius tantane vulgaris
huiusce clausulæ potestas esse debeat: nam Accursius sanè
de clausula hîc nihil dicit, sed tātùm de verbis fideicom-
missi in testamento appositis. nec cōmuni sententiæ con-
stitutio [n] suffragatur, quæ & ipsa de expressis fideicommis-
sis verbis sentit. vnde infirmum est argumentum, quod ex
hac glossa vulgò assumitur. neque debet plus operari clau
sula codicillaris in testamento apposita quàm si ipsa sub-
stitutio in codicillis facta esset. Scimus autē cū in codicil
lis directa fit substitutio, non ipso iure, sed ex benigna &
quadā interpretatiōe fideicōmissū [o] induci. Et vt dem' etiā
substitutionē cōpendiosā impuberi in codicillis factā fuis-
se, nō tamē admittā vt vltra tēpora pubertatis in vim fidei
cōmissi sustineatur. etenim tunc directa in codicillis fa-
cta, in fideicommissum transit, cùm in testamento di-
rectò valere potuit: veluti cùm pupillaris fuit, vt Scæ-
uola [p] loquitur. at si compendiosa fuerit, directis verbis

i l. fi. C. de fideius.
k in l. i. q. 6. de iure codi. ff.
l Abb. in c. cum contingat. de iureiur.
m in d. l. precibus.
n l. si frater. C. de fideicō. quæ de obliqua non obliquata resti. loquitur.
o l. Scæuola. ff. ad Trebel.
p d. l. Scæuola.

tempora

tempora pubertatis egrediens,nō posse defendi arbitror, vt & tunc ad fideicōmissum ob codicillos, verba trahantur:cū nec in testamento illa verba aliquid operari potuerint.tunc ergo propter codicillos admittetur benigna interpretatio,quando ideo actus valere non potuit:quia in codicillis non in testamento fuit celebratus. at hic etiam vltra tempora pubertatis aliundè vitiatur substitutio,cùm nec in testamēto scilicet valere potuerit:aliud ergo [q] impedimentum efficiet,vt fideicommissi nō suspiciatur interpretatio.nec his multum absimilia etiam suprà Faber [r] annotauit.Summa ergo argumenti nostri hæc est, cùm nec in eum modū facta in ipsis codicillis substitutione fideicommissum assumi queat,absurdū fore vt maiorem potestatē clausula codicillaris habeat.†Sed & alia ratione cōfutari hæc opinio potest:aiunt quippe hanc substitutionē ante pubertatem directò valiturā,posteà potestate huius clausulę fore fideicommissariam.iam si fuit aliquod tēpus quo directò valere potuit,nō video quo modo ex codicillari fiet obliqua.Si enim valere directò potuit,id est ex testamento: sequitur actum semel in vim testamēti approbatum,ampliùs ad [s] codicillos deflecti nō posse:electa est enim via testamenti.& clausula hoc efficit,vt si nō valeat vt testamentum, valeat vt codicilli.atqui electa est prior via,expirat ergo clausulæ potestas. Perabsurdum est autem,vt quædam valeant in vim testamenti,quædā in vim codicillorum:& iterum ad aliquod tempus actus tāquam ex testamento , ad aliquod rursus tanquam ex codicillis valeat:& consequenter eadem res diuerso iure [t] cēseatur, cùm perpetuò & per omnia in alterum modum ex Imperatoris sententia valere [u] debeat.& hoc argumento multæ doctorum limitationes ex hac clausula assumptæ (per quam totam propè testamentariam dispositionem confundunt) reprobari possunt. Sed tamen aliorum hæc iudicio subiicio , qui ipsi fortè meliora etiam adferre poterunt:ego autē latiùs hic attingere volui,quòd hac Accursij glossa limitationem hāc tanti in substitutionū materia momenti,si vera esset,Interpretes maximè suffulciant. 6

q ar.l si quis in grau. §. eleganter.ff. ad Syllesa.

r in §. qua ratione. ver. sed & illa gl.

s l.fin. C.de codicil.

t ar.l.eū qui ædes.ff.de vsucap.

u fac.quod not.Alex.in l certi.C. de milit. testam.

Extraneo verò vel filio puberi hæredi instituto,ita substituere nemo potest : vt si hæres extiterit,& intra aliquod tēpus decesserit,alius ei sit hæres

hæres: ſed hoc ſolùm permiſſum eſt, vt eum per fideicommiſſum teſtator obliget alij hæreditatem eius vel totã vel pro parte reſtituere. quod ius quale ſit, ſuo loco trademus.

1 *Quare extraneo & puberi in ſecundum caſum ſubſtitui non poßit.*
2 *Militum priuilegium in ſubſtituendo.*
3 *Compendioſa vnde dicta.*
4 *Quædam verba precaria.*
5 *Quædam media.*
6 *Quædam directa.*
7 *An ſubſtitutio directis verbis facta obliquari poßit.*

1 EXtraneo † & puberi poſt aditã hæreditatẽ, id eſt, vltra primum caſum directò ſubſtitui nequit: cuius manifeſta ratio eſt: quia ſcilicèt qui ſemel eſt hæres alicuius, iure ciuili deſinere hæres eſſe[a] nequit: neq; poteſt vnus ad tempus hæres inſtitui, atq; ex tẽpore deinde[b] alius: quod neq; in vlla ordinaria ſubſtitutione cõtingit: nam vulgaris adita hæreditate mox [c] expirat, & per pupillarem & exemplarẽ nõ patri ſed filio[d] ſucceditur: proinde qui patris fuit hæres, nõ amittit ſemel inſitũ ſibi nomẽ. Sic neq; in fideicõmiſſaria ſubſtitutione hęres rogatus nomẽ deponit, reſtituta[e] hæreditate. quamobrẽ admiſſæ ſunt eiuſmodi ſubſtitutiões omnes, in quibus iuris ciuilis regulæ nõ lędun-
2 tur. † Quoniam verò militum teſtamẽta iure gentiũ [f] cenſentur, vbi de voluntate ipſorũ cõſtat, ibi & hæredis inſtitutio ad tẽpus & ex tempore[g] toleratur. ipſi ergo extraneo & puberi [h] & emancipato ſubſtituere directò poſſunt, ad quamcũque ætatẽ, vel ſub quacũque cõditione: ſic vt prior hæres ius exuat, & ſecũdus aſſumat. eſt ergo magna inter militẽ & paganũ differẽtia. Fit autẽ huiuſmodi[i] ſubſtitutio vltra pubertatis tẽpora aliquãdo expreſſim ad certam ætatem, aliquãdo ſub mortis incertitudine per clauſulam,
3 † Quandocũq; deceſſerit hæres inſtitutus: eam verò quod plura in ſe tẽpora ſub verbi vnius cõpendio cõprehendat, ſiuę ſcilicèt inſtitutus non adierit, ſiue ante pubertatem, ſiue poſt mortuus fuerit. compendioſam vulgus doctorum appellauit, quę quidẽ ſemper directa eſſe poteſt in milite, ſecus in pagano [k] ex ſupradicta ratione: cùm hîc extra-

a *l. ei qui. ff. de hære. inſt.*
b *§. hæres. ſup. de hære. inſtit.*
c *l. poſt aditam. C. eod.*
d *§. in prin.*
e *§. reſtituta. infrà de fidei com. hæred.*
f *Bart. in l. neque. ff. de milit. teſta.*
g *l. miles ita. ff. de mil. teſt.*
h *l. Cẽturio. ff. eod.*
i *l. precibus. C. eod.*
k *probat §. noſter.*

neo vel emancipato vel puberi nõ nisi per fideicõmissum substituere possit. † Porrò quũ verbis merè precariis hæc 4
substitutio cõstituitur, veluti quum grauat hęredẽ testator, vt restituat hæreditatem Titio, res difficultatem non habet. † Nonnunquam autem verba ambigua incidunt, 5
quæ non directo tantùm sensui conueniant, verùm etiam ad fideicommissum accommodari possint, quæ alij communia, Faber æquiuoca vocat, ac exempla multa Aretinus[l] concumulat.† Sæpe quinque pagani per directa ver- 6
ba puberibus quandocunque morientibus substituunt. at in eis certum est, directò substitutionem subsistere nunquàm posse. si tamẽ communibus verbis vsus est testator, Accursius fideicommissi interpretationem [m] admitti: si directis, dissentit. atque ego quidem priorem eius decisionem in aliis verbis communibus non[n] impugno, tantùm suprà [o] admonui videri mihi hanc orationem, Vitalem hæredem substituo, non minùs directam esse, quàm si dixero, Si Seius quandocunque decesserit, Caius hæres esto. quamobrẽ hoc exemplum malim inter directas substitutiones ponere: de quibus tamen longa quoque est doctorum controuersia. † Sed vulgò eorum sententia obti 7
nuit, qui voluerunt substitutionem verbis directis compendiosè factam, cùm nullo tempore directò valere possit in fideicommissum[p] flecti. quod & Accursius[q] alibi sentit, generaliter tradés substitutionẽ directã trahi ad fideicõmissum, id quod ipsi dicũt obliquari. idque ferè accidit cùm ex personę conditione directò valere substitutio nequit: veluti si mater filio vsq; ad vigintiquinq; annos substituerit: itẽ si quis extraneo vel puberi secundum hæredẽ dederit quandocunq; morienti, vel cũ nauis ex Asia venerit. Quòd si tamen veritatem authoritatémque legum sequi malemus, quàm præiudicatas doctorũ opiniones, huiusce paragraphi nostri argumẽto diuersa sentẽtia magis asseri posset: quam plerique[r] etiam iure veriorem esse opinantur. Dicitur enim hîc puberi substitutionem directam fieri non posse: sed hoc solùm esse permissum, vt testator institutum per fideicõmissum obliget. Neque enim ait Imperator inflecti directam ad fideicommissum: sed permissum esse vt roget hæredem testator necessarium, ergo est expressum fideicommissum: ac infinita alia sunt, quæ pro huius opinionis confirmatione adferri possunt: quæ

l Phil. Frãc. in c. si pater. de test. in vj.
m ar. in l. in ambigua. ff. de legib.
n facit tex. in c. Raynutius. extra de testamen.
o §. qua ratione.
p not. doc. in l. verbis. ff. eo.
q in glo. d. l. verbis.
r Aret. hic Alex. in d. l. verbis.

quæ tamen cùm passim[f] obuia sint, non putaui operæpretium esse huc congerere. Videtur autem hic §. ex Caij Institutionibus transcriptus esse: ea tamen æditio quæ nuper emissa est, multis locis valdè trunca, mutila, corruptáque circunfertur.

f vide repetit. in d. c. si pater. & in d. l. verbis.

Quib. modis testaméta infirmétur.

1 *Quædam testamenta statim infirmari.*
2 *Iusti & iniusti duplex significatio.*

HActenus illa potissimùm tractata sunt, quæ in testa-
mentorum ordinatione vsuuenire solent. Quæ por-
rò secũdum suprascriptũ ritũ facta sunt, ea iura valere cer-
1 tum est. †Si quid autem eorũ prætermissum fuerit, ab ini-
tio nõ consistet testamentũ, dicetúrque vel iniustũ vel im-
perfectum vel nullum. Generaliter tamen iniustum, scili-
2 cet quia non iure ciuili factũ est. †Nam iustum iniustúm-
que duo apud nos significant: interdũ id quod rationi atq;
æquitati innixum est, ita iustum & iniustum possessorem
vocamus, & iustam ac iniustam petitionem & causam. In-
terdum verò quod secundum legis solẽnem[a] ritum ordi-
natum est: sic iustæ nuptiæ & vxores, item iusti filij, iusta
sententia, & iustum quoq; ac iniustum testamentũ. Nam
si non adfuerint septẽ testes, sed tãtùm sex, iniustum testa-
mentũ dicimus: cùm tamẽ iustum fortassis vocare ipsum
liceret, secundũ priorem significationem. Est autem iniu-
stum testamẽtum ab initio infirmum. Quod verò iustum
est ac legitimum, tantisper valet, donec vel rumpatur vel
irritum fiat, at de hisce duobus infirmandi testamenti mo-
dis, hoc potissimùm titulo agitur, qui compendiò com-
plectitur quicquid ferè in Pandectis de iniusto rupto irri-
tóque facto testamento: quod Græci dicunt περὶ παρανόμου
καὶ ῥηγνυμένης καὶ ἀκύρου διαθήκης, relatum est.

a l. si quis legatum. ad legem Corneliam de fals. l. j. ff. eod.

TEstamentum iure factum, vsque eo valet, donec rumpatur, irritúmque fiat. Rumpitur autem testamentum, quum in eodem statu manente testatore, ipsius testamenti ius vitiatur. Si quis enim post factum testamentum adoptauerit sibi filium per Impera-

torem, eum qui est sui iuris: aut per prætorem secundum nostram constitutionem: eum qui in potestate parentis fuerit: testamẽtum eius rumpitur, quasi agnatione sui hæredis.

1 *An nepos ex filio emancipato vel filia adoptatus, eo, eáve viuis rumpat testamentum.*

2 *Cur exhæredatio filij emancipati, arrogatione iterum eiusdem non tollatur.*

3 *De testamentis eorum qui posteà monasterium ingrediuntur.*

4 *De Leonis nouella constitutione.*

Secundum nostram constitutionem] †Si quis ergo nepotem ex emãcipato filio vel ex filia natum adoptauerit, is si fuerit prçteritus, testamentum rumpet. Sed de hoc tamen hodie ambigi potest: nam cùm receptum[a] sit nepotem ex emancipato filio in potestate retẽtum, posse inpunè præteriri dummodò ipse filius emancipatus instituatur, qui illum præcedit, an id & in adoptato posteà nepote procedere debeat nõ improbabiliter dubitatur. Ego & hodie rumpere posse arbitror: nec prædicto exemplo moueor, cùm adoptio diuersum ius constituat. Etenim cùm nepos ex filia per auum maternum adoptatur, non iam ampliùs tanquàm ex filia nepos habetur: cùm ex ea in potestate eum habere[b] nequeat, adoptióque naturam imitetur. fingitur itaque ex alio quopiam de mortuo filio natus, vel etiam ex viuo, si modò is huic actui consenserit: quãquàm tum aliud fortè respõderi potest. mater certè in supradicta specie, cùm adoptio interuenerit, filium nõ prçcedit. idémq; iuris est, cùm ex filio emãcipato nepotem paternus auus adoptauit: nam nõ tanquàm ex emancipato, sed tanquàm ex aliquo, qui in potestate est vel fuit, quíque citra capitis diminutionẽ esse desiit, adoptio interposita censetur. Ille igitur à patre præcedente non impeditur, cùm tanquàm ex alio adoptatus habeatur: idque dubium non est, cùm in locum filij nepos adoptatus est: hîc enim perinde nepos admittitur, ac si ab extraneo adoptatus[c] fuisset. 1

Rumpitur] †Hoc ius locum nõ habet, si fortè is qui arrogatus est, antè[d] institutus fuit, non tamen etiam si [e] exhæredatus. exhæredatio enim in eo, adhuc extraneo peni- 2

a Bartol. & doc. in l. Gal l°. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum.

b §. fin. suprà de pat. pot.

c ar. l. tum emãcipatus. § si pater. ff. de bo. poss. contra tab.

d l. filio. §. fi. de libe. & posth.

e l. non putauit. §. si qs emancipatũ. ff. de contra tab.

tùs nulla ac inepta [f] fuit. si tamen filius emãcipatus, idémque exhæredatus, rursus est arrogatus (quoniam & priùs in eo non leuis momẽti exhæredatio etiam antiquo iure erat ad impediendam bonorum [g] possessionem, & natura lia iura ciuili adoptionis actui præualent [h]) prior exhæredatio efficiet, vt sequenti arrogatione non rescindatur testamentũ. Sed cùm exhæredatio a patris indignatione ferè proficiscatur, quam procul dubiò remisisse præsumitur, ob sequẽtem arrogationem, benigniùs esse videbatur circunscripta priore exhæredatione rumpi testamentũ: verum iuris autoribus nõ placuit recõciliatione patris promeritam semel exhæredationis notã deleri, cùm testamẽti semel cõstituti vis haud facilè tolli soleat, & quanquàm legata per inimicitiam interuenientem [i] reuocẽtur, ac seuerum & inclemens iudicium testatoris posteriore gratia mitigari in seruorum [k] suppliciis legamus: quæ tamen ad caput testamẽti, id est, institutionem atque exhæredationem pertinent, nõ nisi solenni voluntate reuocãtur. [l] atq; id satiùs est: odia enim & offensas remittere paternæ pietatis, atque adeò Christiani animi est: at pœnam delicti manere, politicæ iustitiæ interest, præsertim in testamẽtis ne illa momẽtaneo arbitrio hûc & illûc ferri interpretemur. Additur hîc quotidiana quæstio de eorũ testamentis, qui posteà religionẽ & monasticam vitam [m] profitentur:
3 †Alij enim irrita eorũ fieri testamenta quasi capitis diminutione, cùm in potestatem abbatis venerint existimant: alij rumpi, quasi filij locũ subeat [n] monasteriũ, quorum opinio effectu non differt: alij credunt validum permanere, neque id tamen vno [o] modo: & longum esset omnium hîc referre sententias. Ego huiusmodi dissolutionẽ aliquando in Leonis nouellis animaduerti, quæ etsi fortè in ijs quæ de nouo cõstituuntur, authoritate carebũt: non video tamen cur in antiquarum legũ intellectu plus scholastico alicui interpreti, quàm Imperatoriæ constitutioni tribuere debeamus. Cùm itaque cõstituisset Iustinianus, [p] τὸν εἰς μοναστήριον εἰσιέναι βουλόμενον, πρὶν εἰς τὸ μοναστήριον εἰσελθεῖν ἄδειαν ἔχειν τοῖς ἑαυτοῦ χρήσασθαι καθ' ὃν βούλεται τρόπον: dubitauerunt nostri, [q] an de testamenti ordinatione sensisset Iustinianus: quoniam χρήσασθαι dixit, non διαθέσθαι: tandem tamen in hoc [r] consenserunt, vt ab eo qui de ingressu cogitat factum testamentum, non rumpatur. quod ve-

f l. quidam cum filium. ff. de ver. ob.
g §. emancipatus. s. de exhæred. lib.
h d. §. si quis emancipatũ. & d. l. filio. in princ.
i l. ex parte. ff. de adimẽ. lega.
k l. in ipsius. C. fam. erci.
l infrà eod. §. ex eo.
m in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccles.
n c. in præsentia. extra de proba. vbi vide Dec. & alios.
o Bar. & Ias. in d. authẽ. si qua mulier.
p §. illud quoque. in auth. de nupt.
q in d. auth. si qua. & in auth. nũc autem. de episc. & cler.
r Bar. & Legistæ communiter in d. authẽ. si qua mulier.

rò ante eam cogitationem factum est, omnimodo inutile sit. †Sed Leo manifestissimè ostendit ex veteri iure cuius author est Iustinia. quandocunque factum testamentum ante ingressum, firmum atque validum esse. Lubet ipsa constitutionis verba subiicere, cùm Leonis nouellæ nondum extent, Ἐκεῖνο δὲ πρῶτον εἰρήσθω ἡμῖν, ὅσα γε τοῖς πάλαι διώρισται, περὶ τῶν ἄρτι βουληθέντων, πρὸς τὴν μονήρη μεταταξάσθαι πολιτείαν, φημὶ δὴ περὶ τοῦ πρότερον αὐτοὺς τὰ οἰκεῖα πράγματα διατίθεσθαι, οὕτω τε πρὸς τὴν ἐπιθυμουμένην προσιέναι πολιτείαν, ἀλλὰ μὴ προλαμβάνειν τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου, τὴν περὶ τῶν πραγμάτων διάταξιν. ὡς εἴγε τοῦτο οὕτω συμβαῖνον ὀφθείη οὐκέτι ἀποκειραμένοις ἑαυτοῖς. ἐπιτραπήσεται ἡ διάταξις, ἀλλὰ χωρήσει πᾶσα ἡ ὕπαρξις, εἰς τὴν ἐν ᾗ ἀπεκείρατο ἐκκλησίαν. ταῦτα δὴ τὰ περὶ τῶν ἄρτι προσιόντων τῷ μοναδικῷ βίῳ διωρισμένα, εἰ μὴ παῖδες πάρεισι τὴν κληρονομίαν καλοῦντες, ἄριστά τε, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις φαίη ἄμεινον διατέτακται, καὶ οὔ τι προσθεῖναι τούτοις, οὔτ᾽ ὀφελεῖν ἀπ᾽ αὐτῶν ἔστι. καὶ γὰρ ὁ πρὸ τοῦ διαμεῖψαι τὴν πολιτείαν, ἐν τῇ ἐκείνου γνώμῃ κειμένην ἔχων, τὴν τῶν ὑπαρχόντων διοίκησιν τοῦτο μὴ βουληθεὶς διαπράξασθαι, εἰκότως μετὰ ταῦτα ἀπείργεται, τῆς ἐπιτροπῆς, αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς τοῦτο καταστήσας. δι᾽ ὧν γὰρ οὐκ ἐβουλήθη, ἐξὸν αὐτῷ, προδιῳκηκέναι τὰ πράγματα, τὴν μετὰ ταῦτα τῆς ἐξουσίας ἀφαίρεσιν, δι᾽ ἑαυτοῦ καταψηφισμένην εὐλόγως φέρει. ἄλλως τε δὲ, καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον τὸν ἀποταξάμενον ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν, ἔτι τὸ τῶν φροντίδων φέρειν φορτίον, καὶ τῷ ἐκεῖθεν βάρει πιέζεσθαι. ἄπαιδος μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην ὄντος τοῦ πρὸς μοναχοὺς μεταταξαμένου, αὕτη ἡ ψῆφος οὐκ ἂν ὑπεκσταίη ψήφῳ ἑτέρᾳ. εἰ δὲ πάρεισι παῖδες, τότε γὰρ οὐχ ὅσιον ζημιοῦν ἐκείνους διὰ τὴν τοῦ γονέως σιγὴν, οὐ κωλύσει παντελῶς τὴν διάταξιν τὸ μοναδικὸν σχῆμα. ἀλλὰ δῆλον ὡς διατάξεται μὲν περὶ τῶν μερῶν, ἃ τοῖς παισὶν ἴσῃ καὶ νομίμῳ διανομῇ ἀποκληρωθήσεται, τοῦ δὲ μέρους τοῦ πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶντος ἀποστήσεται ἡ διάταξις, ὡς ὁλοκλήρως αὐτοῦ τῷ μοναστηρίῳ ἀνήκοντος. ἀλλὰ καὶ εἰ θάνατος, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, συντόμως ἐπιστὰς, τὴν τῶν πραγμάτων μεσολαβήσει διανομὴν, οὐδ᾽ οὕτως παντελῶς ἀπαρρησίαστος ἡ τῶν πραγμάτων τοῖς παισὶ βοηθοῦσα διοίκησις, ἀλλὰ μετὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, τὰ τοῖς προσήκοντα νομίμῳ δικαίῳ ἀφορισθήσεται, τὸ δ᾽ ἐπίλοιπον τῆς ὑπάρξεως, οἰκειώσεται ἡ μονή.

Posteriore quoque testamẽto, quod iure perfectum est, superiùs rumpitur: nec interest, extiterit aliquis hæres ex eo, an non, hoc enim solũ

spectatur,

spectatur, an aliquo casu existere potuerit. Ideoque si quis aut voluerit hæres esse, aut viuo testatore, aut post mortem eius, antequàm hæreditatem adiret, decesserit, aut conditione, sub qua hæres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamiliàs intestatus moritur. Nam & prius testamentum non valet, ruptum à posteriore: & posterius æquè nullas habet vires, quum ex eo nemo hæres extiterit.

1 *Ex pluribus tabulis postremas solùm valere.*
2 *Clausulis derogatorijs præcedentis frequentísve testamenti.*
3 *Plures nonnunquam tabulas esse: at vnam voluntatem.*
4 *Has infirmandi testamenti modos Iuris Ciuilis esse.*
5 *Cur prius testamentum plenius persequens tollatur non æquè perfectum.*

SAepè euenit vt plura aliquis testamēta conficiat: est enim volūtas defuncti ambulatoria [a] ad extremū vitæ *a l.iiij.ff de*
1 spiritū † Ex his tamen vnum tantùm valere potest, ídque *adimen. leg.*
quod nouissimè factum est: nam testamentum vltimam debet continere voluntatem. Priores itaque tabulæ vim suam amittunt, etiam si nihil dixerit testator: rei enim ip-
2 sius natura id satis demonstrat. † Quamobrem superuacanea est notariorum cautio, qua prioris testamēti reuocationē, annullationémque in secundis tabulis [b] ingerūt. *b not. in l.*
nisi tamen eo valere dicamus, quo alia quædam clausula *sancimus. C.*
rescindatur, & ipsa apponi consueta, per quam secuturis *eodem.*
testamentis [c] derogatur. nam etiam si nullus impedire sibi *c l. si quis in*
posterioris testamenti factionē possit, hæc tamen clausu- *principio. ff.*
la efficit, vt nisi dixerit specialiter testator, se prioris volū *de leg iij. &*
3 tatis suæ pœnituisse, eadem rata maneat. † Quid autem [d] *ibi. Bar.*
si prius testamentum non dissentiat à secundo? & tūc qui *d glo. i. hic.*
dem vnum censebitur testamentum pluribus codicibus [e] *e §. penul. S.*
factum, si modò incontinenti & coram eisdē testib. vnū *de testa.*
alterum sequatur. [f] Ego & ex interuallo idem crediderim *f Faber hic.*
si modò secundum testamentum priori in omnibus consentiat, ac solenniter factū sit, consiliúmque & facti sui rationē testator indicauerit. alioqui enim & si volūtatē principalē nō mutarit, videtur tamē à priorib. tabulis recessisse, & ex secūdis tātū agi velle. Illud verò præcipuè in secundò te-

cundo teſtamento exigitur, vt iure[g] factum ſit: nam imperfectum, & per ſe inualidum nõ poteſt ſolennẽ voluntatẽ perimere. & trita eſt[h] regula, Non præſtat impedimẽtum, quod de iure non ſortitur effectum. † Cùm autẽ de rumpendo teſtamento diſputamus, de iure ciuili intelligimus: 4
nam rupti, irriti, iniuſtíue teſtamenti πάθη iuris ſunt[i] ciuilis: cùm prætor aliter, hoc eſt, per bonorũ poſſeſſiones tabulas reſcindere ſoleat. † Cæterùm hîc illud quoque [k] in 5
dubium vertitur, cur prius teſtamentũ puram continẽs inſtitutionem, per poſterius in quo ſub cõditione hæres inſtitutus eſt, reſoluatur: cùm tamẽ ſi id quod purè emi, ſub cõditione rurſus emã, nihil poſteriore emptione[l] agatur. Accurſius eam rationem tradidit: quoniam teſtamentum etiam ſi conditionalem inſtitutionem contineat, perfectũ nihilominus per omnia habetur: nam quod hîc notat, id quod plus valet, rumpi per id quod minus valet, verũ non eſt. cùm enim ſolennia in vtroque ſeruata ſint, dici nõ poteſt vnum plus valere quàm alterum. quãquam negari nequit prius teſtamentum pleniorem cõtinuiſſe voluntatẽ quàm ſecundum: ibi quippe pura erat inſtitutio, hîc conditionalis: & propterea in eodẽ teſtamento ſubiecta purę inſtitutioni conditio nihil operatur.[m] in legatis tamẽ nouiſſimam inſpicimus voluntatem & hæc differentia alibi[n] quoque à nobis[o] expoſita eſt. Hinc multum refert conditionalis inſtitutio purã ſequatur in eodémne teſtamento, an in diuerſis: cùm in diuerſis, magis à priore volũtate receſſiſſe teſtatorem interpretemur. [p] in eodem verò plures eum conditiones congeſſiſſe credimus, quo vnius alicuius euentu faciliùs ad hęreditatem inſtitutus[q] admittatur: atqui hac cautione nihil erat opus, cùm pura voluntas per ſe ſatis expedita[r] fuerit.

Sed ſi quis priore teſtamento iure perfecto poſterius æquè iure fecerit: etiam ſi ex certis rebus in eo hæredem inſtituerit: ſuperius tamẽ teſtamẽtũ ſublatũ eſſe, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: cuius conſtitutionis verba, & hîc inſeri iuſsimus, cũ aliud quoque præterea in ea conſtitutione expreſſum ſit. Imperatores Seuerus & Antonius Cocceio Campano. Teſtamentum ſe-

g tex. hic in prin.
h in reg. vi.
i Theoph. §. nõ tamen. j. eod.
k gl. magna circa finem.
l text. in l. ſi id quod purè. ff. de reſcin. ven.
m l. ſi te ſolum. ff. de hæredi. inſtit.
n l. quod traditum. ff. de condi. & demon.
o §. pe. ſ. de hæred. inſti.
p vt hic.
q arg. l. ſi plures. ff. de condit. inſtit.
r d. l. ſi te ſolum.

tum ſecundo loco factum, licet in eo certarum rerum hæres ſcriptus ſit: perinde iure valere, ac ſi rerum mentio facta non eſſet: ſed & teneri hæredem ſcriptum, vt contentis rebus ſibi datis, aut ſupplêta quarta ex lege Falcidia, hæreditatem reſtituat his, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter incerta fideicommiſsi verba, quibus vt valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt: dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo efficitur.

1 *Ratio dubitandi.*
2 *Militem poſſe decedere cum duobus teſtamentis.*
3 *Fideicommiſſum ex primo an ex ſecundo teſtamento petatur.*
4 *Ex re certa inſtitutus an legatarij loco ſemper habendus ſit.*
5 *Confutatus Angeli intellectus.*
6 *Legata non ſemper ex priore teſtamento deberi.*
7 *Interpretes leges veteres interdum nouis conſtitutionibus accommodaſſe.*
8 *Falcidiam ſemper ad quadrantem conſtitiſſe, & confutata quorundam opinio.*

1 Etiamſi ex certis rebus] †Ratio dubitandi hoc caſu procedit ex veriſimili coniectura voluntatis teſtatoris, quæ ea fuiſſe videtur, vt vtrunque teſtamentũ valeat, cùm in certis tantũ rebus priori diſpoſitioni derogauerit. Quã obrem etſi per inferius teſtamentum ſuperior etiam voluntas militis rumpatur: [a] id tamen non arbitror verum eſſe, cùm de certis tantũ rebus poſteà diſpoſuerit. quæ opinio, Antonini etiam conſtitutione. [b] comprobatur. Et fortaſſis idem dicendum eſt, vbi prius teſtamentum pio hæredis fauore [c] nititur. nam ſi æquitas concurrit cum voluntate teſtatoris, ſtrictum ius rationi cedere cõgruũ eſt. Quanquàm ergo paganus cum duobus teſtamentis decedere non poteſt, hæredis tamen gratia aliquid condonandum eſt, vt in multis aliis iuris articulis animad-
2 uertere licet. †Hinc conſequenter multò magis id erit concedendum, cùm in ſecundo teſtamento vt prius valeret, expreſſum eſt: [d] & valebit quidem in milite ipſo iure, niſi tamen verba aliud ſuadeant. nam cùm quidam miles, qui habebat iam factum teſtamentum, aliud feciſſet,

a l. quærebatur. ff. de milita. teſtam.
b. arg. l. i. C. de milit. teſt.
c c. relatum, extra de teſta.
d vt hic.

& in eo comprehendisset fidei se hæredis committere, vt priores tabulæ valerent Vlpianus [e] secundum proposita verba rectè fideicommissum interpretatus est. In pagano verò cùm duplex esse testamẽtum nequeat, verba directa ad fideicommissi causam necessariò trahuntur, vt præsens diuorum constitutio probat quæ eodem tenore à Martiano [f] in Pandectis relata est. † Petitur autem fideicommis- 3
sum non ex primo testamento, quod iam ruptum est, sed ex secundo: [g] quemadmodum per appellationem extincta priore [h] sententia, actio ex secunda oritur, quæ in rem iudicatam transierit nam & iudex appellationis etiam si priorem sententiam confirmet, eam tamen ipse [i] exequitur: de quo longè latéq;, sed extra materiæ nostræ propositum doctores [k] disputãt. † Hinc verò & illud licet colli 4
gere, ex re certa solùm institutum vniuersam hæreditatẽ accrescendi iure [l] accipere: cùm tamen si alii cohæredes extiterint, legatarij loco sit habendus: de quo & si multæ disputationes [m] sunt, Bartoli tamen distinctio certior atq; probabilior est: in quibusdam enim hæredis, in aliis legatarij locũ obtinet † Sed quod hîc Angelus nouum voluit 5
Nouellæ intellectum [n] enucleare, & distinguere an sit aliquis ex re certa hæres institutus, an verò post institutionẽ certis rebus contentus esse iussus, manifesta [o] lege cõfunditur, & in eundem recidit effectum, vt & Iason [p] alibi cõfutat. † Nouissimè illud hîc non est prætereundum ex cau 6
sa fideicommissi non solummodò institutionem in priore testamento factam confirmari, verùm etiam legata generaliter enim omnia comprobauit: nisi tamen [q] aliud testatorem scripsisse probetur. Quanquàm non rectè [r] ab Accur. traditum est, valere legata in priori testamento relicta, post quod aliud factũ est cum hac [s] testificatione: quia hæredes quos volui mihi habere non potui, Nonius hæres esto: nam si priores hæredes docuerint, falso rumore ad testatorem perlato se præteritos fuisse, restituentur quidem ipsi ad hæreditatem, legata autem ex secundis tabulis non ex primis debebuntur, atque in eo etiam notatur hîc ab nonnullis [t] Accur. & Iason Bartolũ [u] quoque in eodem fuisse errore citat, quod mihi tamẽ nõ satis apparet.

Aut suppleta quarta ex lege Falcidia] † Inserta hîc erant 7
in alterò Græcarum institutionum exemplari hęc verba: σήμερον δὲ ἀπὸ νεκρᾶς τὸ τρίτον ἐστὶν ὁ φαλκίδιος. quæ ego in textum

e in d.l. quæ rebatur.
f l. si qs prio re. ff. ad treb.
g gl. & Bar. in d.l. si quis.
h l.1. §. fi. ff. ad turpil.
i Bar. ĩ l. eos & l. præcipimus. §. officijs. C. de ap.
k Fab. & Aretin.
l l.1. §. si ex fundo. ff de hære. instit.
m ĩ l. quoties C. de hær. instit. d.l. si qs.
n §. caterũ. ĩ auth. vt cùm de appe. cog.
o d.l. quoties
p Iason in d. l. quoties.
q l. quærebatur. in fi. ff. de milit. test.
r gloss. super verb. expressum.
s l. fi. ff. de hæred. inst.
t Ias. hic & in l. eã quã. C. de fideic.
u in l. demõstratio. §. 1. de cond. & demonst.

textum ab aliquo interprete, qui vetera iura nouis constitutionibus accommodare vel potius miscere voluerit, addita, in mea æditione expungere non sum veritus: neque ea hîc satis conueniunt. Quartæ enim mutatio tãtùm inducta est in liberis[x] atque etiam parentibus:[y] vt ex iis quę mox citabimus, apparebit. Eiusdem est farinæ quod in prima nouella antiquus interpres, Quartam legit. Haloander, verò τρίτην, hoc est tertiam. Ego verò τετάρτην in antiquissimo τῶν νεαρῶν exemplari scriptum animaduerti. Et iterum vbi in eadem constitutione sic legit Haloander ὅσον αὐτοῖς ποιεῖ τὸ τρίτον ἢ τὸ ἥμισυ illic legitur ὅσον αὐτοῖς ποιεῖ τὸ τέταρτον. Iterùm tamen τρίτην ἐν τῷ βασιλικῷ verùm mutatæ lectionis rationem τὸ παρὰ τίτλον subiicit hisce verbis τὸ πλάτος κατὰ τὴν τετάρτην ἔχει, καὶ παρακρατεῖ τοῦτο χόλιον παλαιόν. τοῦτο δὲ τὸ νόμιμον μέτρον ηὔξησεν ἐπὶ τῶν ἀνιόντων
8 καὶ κατιόντων ἡ ιῆ νεαρὰ, ὁμοίως καὶ ἐπὶ ἀδελφῶν. †Hodie itaque in filiis concurrens cũ legitima portione Falcidia aucta est, in cæteris non arbitror mutatam esse. Quanquam me non latet quosdam[z] etiam tradere, & olim eum fuisse legis Falcidiæ sensum, vt si essent vltra quatuor hęredes, semis deduci debeat: quod ex verbis legis Falcidiæ apud Eusebium siue Hieronymũ relatis colligunt. verùm eam fidem quæ ex eiusmodi authoribus accersitur in legitimarum quæstionum definitione, interpretes nostri haud magni faciunt: nec immeritò, cùm & in legibus nostris extẽt legis[a] Falcidiæ verba, in quib. illud apertè deciditur. Dum ita detur legatũ, ne minus quã partẽ quartã hæreditatis ex eo testamẽto hæredes capiant. De semisse verò nulla mẽtio est. sed & in institutionibus[b] illa verba receptã sentẽtiam satis comprobant, siue vnus hæres institutus sit, siue plures, apud eum eósve pars quarta remaneat: vbi idem etiam notat Angelus Aretin. Nisi ergo alia illa verba legis Falcidiæ secundùm nouellam constitutionẽ, & de liberis intelligamus, fide ac veritate carere nemo dubitet.

Alio autem modo testamenta iure facta infirmantur: veluti cũ is qui fecit testamentũ capite diminutus sit. quod quibus modis accidat, primo libro retulimus. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur: cũ alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant, & ea quæ statim ab initio non iure,

x in authen de triente & semisse.

y vide doct. in auth. nouissima. C. de inof. te.

z Ale. in l. quidam. de decu. C. libr. 10.

a l. 1. ff. ad legem Falc.

b §. 1. in fi. if. d l. Falc.

iure fiũt, irrita ſint. ſed & ea quæ iure facta ſunt: & poſtea per capitis diminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſanè commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui, ideò quædam non iure facta dicuntur, quędam iure facta rumpi, vel irrita fieri.

1 *Maxima & media capitis diminutione ſine dubio teſtamentum rumpi.*
2 *An emancipatione irritum fiat filij teſtamentum.*
3 *An adoptione.* 4 *An arrogatione.*
5 *Alij modi infirmandi teſtamenti.*

HOc titulo duas infirmãdi teſtamẽti pręcipuas ſpecies Imperator exequitur: & de rupto quidẽ teſtamento ſatis dictum, nũc de irrito tractãdum eſt. illud ex iure[a] ipſius teſtamenti infirmato nomẽ ſumit: hoc autem cùm teſtatori aliquid[b] accidit, id eſt, cùm capite diminuitur. † Et 1
capitis quidem diminutio triplex[c] eſt nec eſt dubiũ, eum qui vel libertatẽ amittit, vnà cum omnibus fortunis, vel qui ciuitatis ius perdit hac conſtitutione cõtineri: ille caſus maximę eſt capitis diminutionis, hic mediæ: in vtroq; tamen vna ſpecies[d] excipitur. nam qui ab hoſtibus captus eſt, ſeruus quidem fit, teſtamẽtum tamẽ eius vel iure poſtliminij (quod Græci quidam ὑποστροφὴν interpretati ſunt) vel legis Corneliæ priuilegio conſeruatur. Item eius qui damnatus eſt, & ex principis indulgentia reſtituitur, teſtamentum quoque conualeſcit. quem caſum ſuperiori ſimilem Vlpianus[e] eſſe teſtatur. quamobrem ſic ipſum conualeſcit tanquam nunquam irritum fuiſſet, proinde noua voluntate nihil eſt[f] opus: ſimplex autem criminis indulgẽtia, vel ciuitatis recuperatio ſine pleniſſima reſtitutiõe non idem operatur. tunc ergo neceſſe eſt, vt ſe teſtamento olim facto mori velle[g] declaret: qui caſus ad ſequẽtem §. pertinet.[h] Circa minimã autem capitis diminutionẽ tres caſus cõſiderandi ſunt, in quibus ipſa locum habeat, emancipationis, adoptionis, arrogationis. † Et emancipatione 2
certè non fieri irritum filijfamiliâs teſtamentum expreſſè[i] conſtat: tametſi Faber diuerſum[k] tradit. nec id in milite ſpeciale eſſe, alio loco[l] à me oſtenſum eſt, cùm ad caſtrenſia

a §. i. ĩ. eod.
b l. ſi qs filio. §. irritum. ff. eod.
c ſup. ti. de capit. dimin.
d vide hoc ex ordine. nã in d. l. ſi quis filio poſt. §. irritũ. §. pe. & vlti. exceptio hæc ſubiungitur.
e in §. pe. in d. l. ſi quis filio.
f Bartol. & Paul. Caſtr. expreſſe in d. §. pe. & Iaſon ĩ ſequ. §.
g l. qui ex liberis. §. teſtamẽto. de bo. poſ. ſec. tab.
h vbi vide Angel.
i l. i. §. ſed ſi filius. ff. de bon. poſ. ſec. ta. & is caſus etiã excipitur in d. l. ſi quis filio. §. fin.
k ſeq. §.
l §. pen. ſup. de teſt. mili.

strensia emancipatio non pertineat, in quibus filius & an-
3 tea paterfam. habebatur. † Quod ius ad adoptionem quoque trahendum est quomodocunque ea hodie fiat. Nam si non exit potestatem, iniquum est testamentum de castrensi peculio factum infirmari: & quanquam in adoptantis fortè aui potestatem transeat, retinet tamen ius in ca-
4 strensi peculio, nec in eo desinit paterfam.[m] haberi. † Sola ergo quæ arrogatione contingit capitis diminutio, testamentum[n] rescindit, in quo fortè singulare aliquod ius in milite est: nam etiam si non iterum emancipetur, tamen noua volũtate testamentũ ipsius de castrensibus bonis fa-
5 ctum[o] conualescit. † Sunt autem multi alij modi infirmandi testamenti: interdum enim tabulæ inutiles fiunt, si in institutione erratum esse ostendatur, veluti quod qui suppositius erat, tanquã[p] filius institutus sit, vel quod quendam arrogatum testator credidit, cum non ritè actus sit[q] celebratus, arrogatióq; nulla esse declaretur. Item si conditio institutionis euanescat, si non facit hoc hæres quod testator[r] iussit. & his casibus Græci quoque ἄχρηστον καὶ ἀνίσχυρον εἶναι τὴν διαθήκην aiunt. annotauit & aliòs duos casus hîc Accur. Sed tamen potissimi modi sunt, iniusti, irriti & rupti testamẽti: qui quomodo distinguãtur, secundũ vniuscuiusq; proprietatẽ ex supradictis satis patet: confundi tamẽ interdũ nec Imp. negat, & exẽpla facilè licet[s] reperire. Sed tamẽ qui accuratius locuti sunt, maximè hãc proprietatẽ seruauere: cũ & antiqua Iurecõs. nostrorum[u] laus fuerit, quòd proprietatis essent obseruantissimi.

Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab intio iure facta, per capitis diminutionẽ irrita facta sunt. Nam si septem testium signis signata sunt, potest scriptus hæres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere: si modò defunctus & ciuis Romanus & suæ potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideò irritum factum sit testamentum, quia ciuitatem vel etiam libertatem testator amisit, aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptiui patris potestate sit: non potest scriptus

m vt in d. l. si quis filio. §. fin.
n d. l. qui ex liberis. §. testamento. & §. seq.
o d. § pen. & l. idẽ. ff de milit. testam.
p l. si pater. C. de hæred. instituend.
q l. nec apud C. de hæred. instit.
r de hære. & fal. in authẽ.
s gloss. super ver. diminutus.
t fac. l. inter cætera. ff. de lib. & posth.
u Fab. Quin. lib 5. cap. 13. Inst. orat.

ptus hæres secundum tabulas bonorum posses-
sionem petere.

1 *Hodie verò locum habere huius §. beneficium.*
2 *Testamentum Iure Ciuili irritum, iure tamẽ prætorio valere.*
3 *An pupillaris substitutio extincta conualescat.*
4 *Quot testibus noua voluntas probari debeat.*

TEstamentũ arrogatione irritũ vel dãnatione, si testa-
tor iterum suis iuris vel ciuis Romanus citra plenã re
stitutionis principalis [a] indulgentiam fiat ex prætorij iuris
æquitate vires recuperat. Quæ tamen tunc tantùm succur
rit, cùm testamentum iure prætorio factum est: id est cũ se
ptem testium signis tabulæ signatæ sunt. † Hodie ergo ra 1
rius huius paragraphi beneficium obtinet, cũ in frequen-
tiore vsu sint testamenta nuncupatiua ciuili iure [b] reperta.
Etsi enim prætor & secundum nuncupationem bonorum
possessionem [c] concedat: tamen hoc non aliter facit, quàm
cùm nuncupatio iure ciuili constat. at hîc siue scriptum si
ue nuncupatiuum fuit testamentum, iure quidem ciuili ir
ritũ est. Prætor autem hîc tunc tantũ ipsum sustinet, cùm
secundum formam à se præscriptam factum [d] est. nec tum
quidem adire scriptus hæres poterit, sed succedere volẽti
necessarium est bonorum possessionis auxilium. Quamob
rem si tempora præstituta [e] postulãdæ poss. ssioni non ob-
seruauerit, nullo amplius iure admittetur: quod hîc oẽs
præter Fabrum approbant, qui tamẽ nihil adfert quod vr-
geat † Huius autem opinionis ratio apertius intelligitur, 2
si viderimus an testamentum iure ciuili irritũ eodem mo
do iure prætorio infirmetur. Theophilus quidem hîc affir
mat irriti testamenti & rupti atque etiam iniusti πάθη ad
ius ciuile pertinere. Prætorio igitur firmum manet testa-
mentum, nec per capitis diminutionẽ, quę iuris est ciuilis
infirmatur, id quod iure prætorio valet. [f] hoc quidem non
ignoro ab Fabro reprobari. sed tamen quæ ab eo adferun
tur. nihil obstare facilè videbit, qui Papiniani respõsum di
ligenter expenderit. ait [g] enim, Titius testamẽto facto ad
arrogandum se præbuit, ac in eo statu mortuus est, scripto
hęredi bonorum possessionem petenti, exceptionem doli
mali obiici. ex quo colligere licet, effectu quidẽ rumpi se
cundum ius prætorium, non tamẽ irritum statim fieri: id
est nõ ipso iure pretorio (& si ita loqui licet) testamentum
infirma-

a secundum quod distinxi præced. §. & Ang. hîc.

b no. §. fin. s. de testa. ord.

c l. fin. C. de bon. pos. sec. tabu.

d §. i. vers. iure enim s. de testamẽ. ord.

e l. i. § largi⁹ ff. de suc. ædi.

f l. nihil. tã. de reg. iur.

g l. qui ex liberis. § testamento. ff. de bon poss sec. tab.

infirmari, sed tantũ per exceptionem. accedente autẽ noua volũtate exceptio ista rursus tollitur. Idémq; etiã meo iudicio [h] ad ruptum & iniustum testamentum transferre licet: exceptione enim si secundum prætoriam formulam testamentum factum est, irritum fit, non ipso iure: quanquã de iure ciuili nihil dubij est & iniustũ dicitur, quod non est factum iure ciuili: petentíque prętoriũ remedium exceptio obiicitur: si tamen causa excipiẽdi cessauerit, prętor voluntatem exequetur.[i] Ex hoc autem multa inferri possunt ad plerasque intricatas scholasticásq; opiniones, videlicet an testamentum in quo filius est præteritus, sit quoque iure prætorio[k] nullum. institutio enim & exhæredatio ex iuris ciuilis solẽnibus originẽ habent: & nisi exceptio obiiceretur, tabulas prætor exequeretur: quemadmodum in nonnullis casibus videmus, vbi exceptionis ius contraria æquitate[l] resoluitur & hæc quidẽ declaratio ex Theophili & Papiniani sententia notabilis est: & multa possem pro ea adstruenda accumulare, si locus hîc[m] pateretur.
3 † Alibi [n] etiam declaraui pupillarem substitutionem extinctam non conualescere, ex huius paragraphi iure: cũ pupillus non possit noua voluntate tabulas [o] confirmare,
4 & substituto abundè sit per cautionem [p] prospectũ. † Voluntatis porrò nouæ probatio per quinque testes constare debet, vt est frequentius [q] receptum. Papinianus [r] tamen hanc voluntatem à iure testamẽti separat, & videtur reliquis actibus magis æquiparare, qui duorũ testium numero contenti sunt, cùm tantùm ad probandam volũtatem fiat, quæ exceptionis ius elidat.

h de hoc videtur casus esse in d. §. testamento.
i vt hîc & in l. posthumus, & l. filio præterito. ff. eod.
k no. per do. in l. ij. C. de contra tab.
l in dic. l. filio præterito. & l. posthumus.
m vide do. in d. l. ij.
n s. de pupil. substi. in. §. i. super verbo ipsi filio.
o ar. l. i. in fi. C. de fal. mo.
p §. cùm autẽ s. de adop.
q Angel. & Por. hîc.
r in d. §. testamento. in fi.

Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quòd postea testator id noluerit valere: vsque adeò vt & si quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & aut mortalitate præuentus, aut quia cũ eius rei pœnituit, id non perfecerit, D. Pertinacis oratione cautum fit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ irritæ fiant, nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint. nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.

Prius

1 *Prius testamentum non aliter solui, quàm si secundum perfectum fuerit.*
2 *Interdum in testamento non solenni voluntatem deesse.*
3 *Mortalitas an Latinè dicatur.*
4 *Quomodo expeditè testamentum mutetur.*
5 *Quibusdã casibus & in imperfecto testamento scriptos admitti.*
6 *An filio prærerito in secundo testamento, in quo tamen alij ab intestato venientes instituti sunt, prius testamentum rumpatur, contra communem opinionem.*
7 *Explicatus § si prius.in l.si duobus.ff.de contra tabulas.*
8 *Declaratio l.Claudius ff.de acquir.hæredit.*
9 *De Pauli in Papinianum notis.*

PErtinacis Imperatoris oratiõe iustissimè cautũ ac prouisum est, quod & [a]Capitolinus testatur, ne temerè testamenta rescindantur: alioqui facilè legitimi hæredes subornabunt aliquos, qui dicant testatorem testamentum[b]
reuocasse. † Nisi ergo secundum testamentum ritè perfe 1
ctum sit, primum in suo vigore permanebit: & eleganter à Theophilo dictũ est, ἀδυνόμως γινόμενα δυνόμιος ἀναιρεῖσθαι δεῖ vnde receptum est, ne septem quidem testium contra testamentum assertioni credendum[c] esse, nisi addidisse testatorem liqueat, ideò se priorem volũtatem mutasse, quo intestato[d] decederet. & quanquam hoc ipsum est in[e] controuersia: quod tamen à nobis refertur, crebrius[f] receptum est. Animaduertendum autem id quod hîc dicitur, plerásque ideò secundum testamentum non perficere: quia eius
rei eos pœniteat: † quamobrem interdum in testamento 2
non solenni voluntas etiam deest, nec naturalis ergo obli 3
gatio illic[g] suberit. † Quidam verò mortaliter præueniuntur, id est morte. sic enim & Suetonius loquitur: [h]Accessit, inquit, ad finem mortalitatis. & Triphonius [i] subtra- 4
ctos mortalitate seruos dixit. † Expeditissimus[k] autem modus mutandæ voluntatis erit, tabulas ipsas priores delere, incidere, cãcellare, vel sigilla reuellere. maiorem enim facta quàm verba vim habent, nisi quod id non conuenit testamẽtis nuncupatiuis, quæ ex verbis & voce substãtiam capiũt, permanẽtq; nihilominus discerptis scripturis. Sed illic rursus lõga distinctio, consultòne sint tabulæ cancellatæ, an incõsultò, à testatore an ab alio. Sed cũ ea alij satis diligẽter prosecuti[l] sint, nos omittere hîc possumus. Item cũ posterius testamentum non perficitur, & volũtas prior muta-

a in vita Pertin. & j. § seq. bar. § plane. s.de mili te.
c Aret. hîc.
d l.i. § si hæres. ff. si ta. te. nu. exta.
e l. militis codicillis. § veteranus. ff. de milit. testam.
f no. Alex. in l. si ita scriptum. § si regul. ff. de lib. & posthum.
g fa. qd not. Alcia. lib. v. para. cap. 17
h in calce Claudij.
i l. pen. ff. de vi & vi ar. mat.
k l. nostram. C. de test. l. i. § si hæres. si tab. test. nul. exta.
l Fab. & Aret. hîc.

mutatur.non idem per omnia ius est : aliquando enim ob
non solennem posteriorem voluntatem (quia non vide-
tur à prima aliter recessisse, nisi secundum perfectum sit)
prius scripti admittuntur, aliquando ad eos qui ab intesta-
to veniunt lucrum hæreditatis recidit, sæpissimè cũ prius
scripti vel testatoris iudicio vel legis dispositiõe indigni
5 sunt, fiscus bona[m] vendicat.† Qui verò in imperfecto scri
pti sunt, regulariter non admittuntur : excipiuntur tamen
aliquot casus, ab Accur. hîc collecti, & ab aliis alibi decla
rati[n] latius. Ego ex iis duos persequar, qui mihi digni sin-
gulari nota visi sunt. Perfectum ergo testamẽtum aliquã-
do rumpitur, & si posterius non sit ritè factum, si modò
ij in eo scripti sunt qui ab[o] intestato venire possunt. ídque
sine controuersia ab omnibus conceditur, scilicet si ideo
imperfectum testamentum censetur, quod testium, signa-
6 tionũ, subscriptionúmve solẽnia prętermissa[p] sunt.† Nam
si filius est præteritus, atque ideò sequens testamentum
nullum est, tametsi qui ab intestato veniunt, in eo here-
des scripti[q] sunt, non rumpi prius vulgò existimatum est.
Et longa sanè hac de re disputatio est, nec scio an aliquis
nodus implicatior sit in hoc dũtaxat tractatu. Mihi tamẽ
aduersum communem sententiam magis placet non dif-
ferre in hoc casu, præteritione an alia ex causa testamen-
tum imperfectum sit, modò ij qui ab intestato veniunt,
instituti in ea fuerint : pro qua opinione in primis facit,
quod Vlpianus[r] secũdum testamentum imperfectum, quo
primum tollitur, ob legitimorum institutionem militari
æquiparat. cur ergo hîc distinguimus, cũ illic sciamus non
minus testiũ omissione, quàm filij præteritione testamen-
tum rumpi? Et inter cætera quæ testamentum absoluunt &
perficiunt, est etiam filiorum institutio, vel exhęredatio,[s]
vt & hac ratione imperfectũ dici posse nõ malè Raphael
existimauerit.[t] Et iure quidẽ ciuili testium solennitas nõ
minus requisita est, quàm filiorum institutio aut[u] exhære
datio: vt certè differentiæ rationem non facilè aliquis hîc
explicet, & si in quibusdã aliis differre non diffitear, ve-
rùm nihil adeò alteri simile est, cuius nõ aliqua interdum
existat dissimilitudo, sed similitudinis argumentũ proce-
dit, vbi duo plurá ve regulariter eodem iure cõnexa sunt:
quod cũ hîc esse appareat, nõ video cur diuersum ius no-
stri induxerint, præsertim cũ id nulla lex flagitet. Quin-

m l. hæredita s. C. de his quibus vt indig.
n Ias. & alij in l. hac consulti. §. fi. & l. sancimus. C. de testa.
o l. ij. ff. eod.
p no. in l. filij qui in potestate. ff. de li. & posthu.
q in d. l. si filius & in l. 2. C. cõtra tab.
r l. ij. ff. eod.
s l. inter cætera. ff. de libe. & posthu.
t Comens. in d. l. si filius. & ibi citat Ias. in vi. col.
u sup. de exhæred. lib. in prin.
x l. si duob[9]. §. si prius. ff. contra tabu.

y in dicto. §. si prius.
z in dict. l. si filius.
a pōdera verba eius in d. §. si prius.
b xij. sunt rationes ad illū §. in d. l. si filius. & l. ij. C. cōtra tab. relatæ.
c in Basilico.

imo & hæc opinio [x] manifestè Pauli responso repugnat, quod & [y] Bartolus testatur: & quanquam is antea aliorum sententiam [z] probauit, in hac tamen opinione nostra conquieuisse [a] videtur. † Quoniam verò de ipso textu longa 7
lis est, adscribā hîc Græcam translationem, ex qua vtriusque literaturæ periti faciliorem sensum, & huic opinioni nostræ suffragantē colligere poterunt: neque quanquam fastidio prolixitas afficere debebit, qui numerosos & intricatos aliorum intellectus expenderit. [b] est enim hîc articulus vnus ex iis qui quasi scopuli quidā in immēso iuris nostri pelago extāt. [c] Græcè Pauli responsum sic habet ἐὰν πρώτη διαθήκη σύννομος ὕπεστιν, ἐν ᾗ γέγονεν ὁ υἱὸς ἀποκλήρος, ἡ δευτέρα δὲ ἀτελὴς καθ' ἣν εἰσήχθη ἀμνημονεύτος, καλῶς κινεῖ κατὰ τῆς δευτέρας τὴν κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντίωσιν, εἴπερ μὴ ὑπόντος υἱοῦ, οἱ ἐν αὐτῇ γεγραμμένοι ἢ μᾶλλον ἐπικρατέστεροι εἶναι. καθόλου γὰρ ὁσάκις ἐκεῖνος καθ' οὗ αἰτεῖται ἡ κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντίωσις, ἠδύνατο, εἰ μὴ ὑπῆν ὁ υἱὸς ἀσφαλῶς ἔχειν τὴν κληρονομίαν, τότε καὶ ὁ υἱὸς δύναται καθ' αὐτοῦ τὴν κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντίωσιν αἰτεῖν, εἰ δὲ μὴ ἠδύνατο καὶ χωρὶς τοῦ υἱοῦ τὴν κληρονομίαν ἀσφαλῶς ἔχειν, ἀποκλείεται καὶ ὁ υἱὸς τῆς κατὰ τῆς διαθήκης ἐναντιώσεως

d d. §. si prius.
e l. ij. ff. eod.
f d. §. si prius.
g in d. l. si filius.
h quā & alij obiciunt in d. si filius. cō tra communem.

Ex quibus verbis suprà dicti difficilis responsi ratio [d] satis intelligi potest. Et quod remotum filium Paulus dixit, Græcè clarius est, non subexistente videlicet filio: vnóque contextu illa verba, Si remoto, præcedentibus iungenda sunt. Illa quoque verba, Ita ius habet, Græcè non paulò significantiora sunt, id est, regulariter enim quotiescunque is contra quem, &c. Et eadam certè ratio est in emancipato & suo: nam si nullus subesset filius in potestate, nihil dubij esset, quin in secundo scripti, extraneos in primo institutos [e] excluderent. quandocunque autem non existentibus filiis per legitimos extranei excludūtur, tunc semper si existunt filij & quidem præteriti, habent contra [f] tabulas. Quid hoc apertius dici potest? & tamen doctores falsis subiectis fundamentis labyrinthum quendam errorum [g] superædificarunt. Nam quid ad extraneos pertinet, sit in secundo filiusfam. præteritus an non, cùm eos alij ab intestato succedentes, iidemq; posterius instituti excludant? De præteritionis porrò effectu aget cum aliis in secūdo scriptis ipse filius. Nō est ergo hîc differentia vlla cōstituenda inter emancipatū & suum, cū nec ratio id patiatur, & manifestam præ se ferat [h] diuinationem.

Nec me mouet quod testamētū in quo filius suus est pręteritus sit ipso iure nullum, cùm idem etiam fateri debeamus, si quæ alia desit solennitas. Quanquam enim Bart.[i] voluerit hoc testamentum secundum iure ciuili valere, & ex eo adiri hæreditatem, id tamen mihi non probatur, Quomodo enim filij adibunt iure ciuili ex testamento non solenni? Et si enim hodie ex Theodosij constitutione[k] non omnino, sed quasi intestatus decedere dicitur, qui in imperfecto testamēto ab intestato venientes instituit: veteri tamen iure omnino ad intestati causam res recidebat: & in hoc secundum imperfectum testamentum tantùm proficiebat, quòd prius [l]rescindebat, non verò vt inde hæreditas adiretur. Nec etiam huic obstat[m] quòd testamentū ratione solennitatis imperfectum valet inter [n] liberos, non item ratione præteritionis: hoc enim tum verum est, cùm inde aliquis liberorum incommodum percipere potest, non item cùm emolumento esse potest, vt hîc: quod & ex Honofrij[o] Curtij ratione[p] colligitur. Ex his ergo concluditur, institutis in secundo imperfecto testamēto legitimis rumpi primum, quòd multò certè magis procedet, cùm secundum testamentum, in quo sunt instituti venientes ab intestato perfectum est, & sola filij præteritio vitiosas tabulas efficit: qui videtur Iasonis quoque fuisse[q] intellectus. Quòd si autem non essent instituti venientes ab intestato, tunc primum firmum manere fateor, & ita proculdubio aliud[r] Pauli responsum accipien-

8 dum est. †Tertium est Pauli responsum[f] in altero casu ab Accursio citatum, mirabilem præ se ferens decisionem: nam cùm quidam facto prius testamento, postea eundem hæredem in alio testamento inutiliter facto instituisset, ait Paulus pronunciatum fuisse intestatum decessisse testatorem: quod cùm rationi maximè refragaretur, Accursius intellexit hæredem illic decessisse, prius quàm hęreditatem

9 ex primo testamento adiisset.† Tu vide an non idem sit Papinianus, cuius opinionem Paulus reprobat, quid is illic pronuntiauit: nam fuit certè præfectus [t]prætorio, & notas in eum Paulus & Vlpianus scripsere. Et idem Paulus alio satis celebri [u] loco Papiniani sententiam retractare videtur: nam si quis bene expendat, eam fortè partem illic quoque obtinuisse liquebit, contra quam Paulus disputat.

i in dicto §. si prius.
k in l. hac cōsultissima. §. pen. C. de testamen.
l d. l. ij. ff. eo.
m arg. Ias. in d. l. si filius.
n l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.
o vide Alex. exponentem huius opi. in d. l. si filius.
p Frāc Curt. in d. l. ij. C. cōtra tabul.
q in d. l. si filius. in ij. col.
r d. l. si filius qui in potestate. ff. de liber. & posth.
f l. Claudius Clodsanus. ff de acq. hæ e.
t l. lecta ff. si certum peta.
u d. l. lecta.

Eadem oratione expreſsit non admiſſurum ſe hæreditatem eius, qui litis cauſa Principem reliquerit hæredē: neq; tabulas nō legitimè factas, in quibus ipſe ob eam cauſam hæres inſtitu tutus erat, probaturum: neque ex nuda voce hęredis nomen admiſſurum: neq; ex vlla ſcriptura, cui iuris authoritas deſit, aliquid adepturum: Secundū hoc diui Seuerus & Antoninus ſæpiſsime reſcripſerunt. Licet enim (inquiunt) legibus ſoluti ſimus, attamen legibus viuimus.

1 *Laus Pertinacis Imperatoris.*
2 *Quid in iure orationes vocemus.*
3 *Orationes interdum ſenatuſconſulta dici.*
4 *Capitolini verba ad hunc paragraphum pertinentia.*
5 *Digna principe vox.*

EAdē oratione expreſsit] † Ex his orationis capitibus ſan- 1
ctiſſimi Imperatoris pertinacis ingeniū cognoſcitur,
dignúſq; profectò erat, qui diutius præeſſet, quum trime-
ſtre vix tempus quo imperauit, plurimis honeſtiſſimis le-
gibus nobilitauerit. Eſt autē & hoc modeſtiæ eius adſcri-
bēdum, quòd cū iſta decernere cōſtitutione per ſe poſſet,
ad ſenatū tamen referre maluit. † Dicuntur enim in iure 2
noſtro orationes, quę ab ipſis principibus in ſenatu habē-
tur, cùm ipſi ſcilicet explicatis rei totius circūſtātiis, quid
iuſtū, vtile, ac honeſtū reipub. ſit oſtēdūt, ſenatúq; rogant,
an ſic cōſtituere placeat. talis extat oratio, vel pars potius
orationis Imp. [a]Seueri, de rebus eorū qui ſub tutela ſunt
non alienandis. Citantur item D. Marci orationes, de [b]ali
mētis, de fugitiuorum [c]requiſitione, de bonis maternis [d]
itē Antonini de donationibus [e]inter virū & vxorem: item
Hadriani de petitione [f] hæreditatis. ac quoniam conſuli-
tur à principe ſenatus, ipſę etiam orationes ſenatuſcōſul-
ta interdum vocātur. † Nam orationem de petitione hæ- 3
reditatis ſenatuſconſultū [g] etiam vocat Iureconſ. & hanc
quoq; Pertinacis orationē Capitolinus ſenatuſconſultum
nūcupat, cuiuslibet adſcribere verba, cùm ad hunc locum
non parū faciant. † Legem, inquit, tulit vt teſtamenta prio
ra non prius eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent, néve

a l.1.ff.de reb. eor.&c.
b l.cū hi. ff. de tranſact.
c l.diuus.ff. de ſer. fugit.
d l.pen.ff.ad Tertul.
e l.cū hic ſtat⁹.ff. de don. inter vir. & vxor.
f l.ſi & rē. §. illud. de petitio. hæred.
g l.itē veniūt § pridie ff. de pet. hær.

ob hoc

ob hoc fiscus aliquando succederet. Ipséque professus est, nullius se aditurũ hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes & necessarij priuarentur, addidítque senatusconsulto hæc verba: Sanctius est P. C. inopem rempub. obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per discriminum atque dedecorũ vestigia peruenire. Hactenus ille. Lõgè autem diuersa mẽte fuit Domitianus, de quo sic scribit Suetonius: Cõfiscabãtur alienissimę hæreditates, vel existẽte vno qui diceret audiuisse se ex defuncto cùm viueret, hæredem sibi Cæsarem esse. Sanctissimum itaque est nimiam licẽtiam quorundam improborum tyrannorum, impiorúmque & malitiosorum procuratorum, omnia fisco vendicantium refrenare. Laudandaq́ue tam nobilis Seueri & Antonini
5 constitutio. †Licet legibus, inquiunt, soluti simus: legibus tamẽ viuimus. nostrisq́; principibus inculcãda est potius, quàm illa adulatorum vox, quod Principi placuit, legis habet vigorem. Cætera quę ad ius pertinent ex aliis quisque repetere potest, sunt enim peruulgata.

De inofficioso testamento.

1 *Querelam dari contra testamentum iure validum.*
2 *Querela inofficiosi vnde exorta.*
3 *Querela vbi hodie locũ habeat secundũ cõmunem opinionem.*
4 *Querelam æquè latè hodie patere ac olim, contra communem opinionem.*
5 *Præterito sine causa competere bonorum poßeßionem etiam hodie, non querelam.*
6 *An querela actio sit, differátque à petitione hæreditatis.*
7 *Actio ex stipulatu super re certa quomodo intelligenda.*

HVius tituli vsus secundum receptã doctorũ interpretationem[a] hodie valdè est adstrictus: quo tamẽ apud *a glo. in §. fi. infrà eod.*
1 veteres nullus propè celebrior fuit. †continet autem querelam aduersus testamentũ quod contra patris officium[b] *b l. hoc colore. ff. eod.*
& naturæ ius factũ esse asseritur: tametsi inspecta legum solennitate, neq; nullum, neque iniustum, neque ruptum aut irritum dici potest. Siquidem iure ciuili exhæredari filij in potestate possunt, cæteri præteriri: destitutis tamen ipsis & ciuilis & prętorij iuris auxilio, populus olim subueniebat, ad quem suprema erat prouocatio. †Principes au-
2 tem dein-

tem deinde æquitate moti, constitutionibus suis extraor
dinarium hoc populi auxilium confirmarunt, & de inoffi-
ciosi querela sæpissime rescripserunt. itaque res tandem
in assiduam ac propè ordinariam iurisdictionẽ abiit. † Iu- 3
stinianus autem plenius etiam liberis subuenit. neque e-
nim temerè exhęredari aut præteriri eos[e] permisit: sed nisi
certa licitaque causa expressa fuerit, citra querelam testa
mentum iniustũ haberi voluit: at cũ causa adiicitur, tum
querelã quoque adhuc posse proponi. ita tamen vt obie-
ctæ causæ veritatem hæres probet: proinde secundũ com-
mune sententiam nunquam querela proponitur, nisi cùm
causa expressa est quæ effectũ consequetur, si fortè veram
eam esse probare hæres nequiuerit. † Mihi tamen hæc sen 4
tentia nõ satis placet, nec eiusmodi querelæ restrictio ex
mente Imperatoris[e] esse mihi videtur. atq; illud in primis
me mouet quod in Græcorum glossis ad hunc titulum ex
Pãdectis & Codice ἐν τῷ βασιλικῷ relatum, nullam huiusce
correctionis mentionem reperiam, per nouellã verò con
stitutionem diui Iust. centesimam[f] decimamquintam hoc
solùm mutatum notant, quòd cùm olim testamentum, in
quo filius in potestate erat præteritus nullum esset, hodie
quidem valeat, & in hæredis institutione tantùm rumpa-
tur: de querela autẽ correcta nihil omnino indicant, cùm
tamen ex eadem cõstitutione nostri hoc induxerint. Cę-
terũ cùm secundum hanc sententiam doctorum nostro-
rum, adeò multa ex veteri iure emendentur, quî fieri po-
tuit, vt non expressius hoc declararit Iustinianus? cuius
ἐν ταῖς νεαραῖς propè perpetua quędã apparet iactantia, dum
quid fortè in legibus renouat. Hûc etiam accedit, quòd
in constitutione illis verbis vsus Iustinianus fuerit[g] ἀκυ-
ροῦσθαι καὶ ἀνατρέπεσθαι τὴν διαθήκην, quæ ostendũt substitisse
aliquando testamentũ, cùm secundum communem sen-
tentiam tanquã omissa forma ipsius actus, ipso iure nullũ
sit. Nec me mouet quòd dicat Iustinian.[h] non licere patri
exhæredes filios facere, nisi certã & legitimã ingratitudi
nis causam subiecerit. Quid enim vetat hoc sic intelligere
vt nõ liceat patri exhęredare, quin per querelã, ius sit testa
mentũ[i] euertere? nullum verò esse testamentũ Iustinianus
non dicit: neq; nouum est, posteriores leges secundũ ve-
teres[k] intelligere pręsertim ne nimiũ ab antiquo iure re-
cedamus, & cũ probabili ratione euitari correctio potest.
Et hæc

e §. aliud quo que. in auth. vt cùm de appellatio.

e in d. §. aliud.

f auth. vt cũ de ap. coll. 8.

g § siue igitur. §. siue tales. in d. auth. vt cùm.

h in d. §. aliud.

i sic. l. cùm ratio. de bonis dam. ff.

k l. nõ est nouũ. ff. de leg.

Et hæc quidem[k] noua nostra interpretatio, inde etiã con-
firmatur, quod Paulus[l] scripsit, filium infantem non posse
à matre ingratũ vocari, neq; à matris suæ hæreditate re
pelli: intelligere enim ibi cogimur nõ posse eũ sic repelli,
quin querelã habeat. nam per illa verba, testamẽtum non
dicitur ipso iure nullum esse, alioquin obstarent multæ[m]
cõstitutiones, quibus & posthumum potuisse exhæredari
cõprobatur, quas hoc modo Philippus[n] Decius, & ante eũ
Raphael[o] conciliare est visus. Atq; id diligens rerum exa-
minator, vel eò magis in noua Iustiniani[p] constitutione
admittet, quod potissimum ei nouæ legis cõdendæ pro-
positum fuit, vt causæ ingratitudinis, de quibus in querelę
iudicio agitur, certo aliquo numero & fine circũscriberẽ-
tur, cùm anteà non satis declaratæ, & per veterũ Iurecon-
5 sultorũ volumina dispersæ essent. † Ex hac autẽ opinio-
ne illud sequetur, filiis quidẽ emãcipatis præteritis etiam
sine causa vetus cõpetere remedium bonorum possessio-
nem scilicet, contra tabulas: & nouellam constitutionem
causas tantùm declarasse, ex quibus repelli querela possit.
Libuit hæc in principio annotare, quo à fronte statim am-
6 plior huius tituli vsus appareret. † Cui & aliud adiiciemus
Ex Græcorũ commentariis, quòd cùm nostri interpretes[q]
dubitẽt, sítne querela actio, an accusatio, & eadémne cum
petitione hæreditatis: Græci[r] probare conãtur querelam
esse causam ipsius actionis, id est, petitionis hæreditatis,
vocántque petitionẽ hæreditatis, de inofficioso: quemad-
modum enim quòd quis in testamẽto scriptus est hæres,
causam illi petendæ hæreditatis præbet, ita & quòd inof
ficiosè exhæredatus vel pręteritus est: & quẽadmodũ non
ipsa hæredis scriptio vel institutio, sic nec officiosi quere
la actio est, sed actionis causa. Sic Orficianum Tertullia-
númque senatusconsultum causam petitioni præbent, a-
ctiones dici nequeunt: idq; & Scæuolæ[s] authoritate pro-
bant, & Vlpiani,[t] qui plura esse iudicia petitionis hæredi-
tatis significat. plura autem sunt ex causarum diuersitate.
Legitur tamen interdũ & inofficiosi testamẽti[u] actio. Sed
& creditæ pecuniæ actio inuenitur, cũ tamen nulla sit pro
priè creditæ pecuniæ actio: sed cõdictio significatur, quæ
ex creditæ pecuniæ, id est mutuo numeratæ causa, proce-
7 dit. Itẽ † actio ex stipulatu, vbi incertũ est propriè[x] datur:
nonnunquã tamen ex stipulatu[y] actio in re certa dicitur,

l l. si quis testamento. §. legis. C. eod.
m præsertim l. maximum vitium. C. de libe. præter.
n in l. ij. C. cõtra tab.
o secundum declarationẽ Pau. de cast. in d. §. legis.
p ĩ d. §. aliud
q in l. j. C. eo. in l. posthumus. §. pene & l. qui de inofficioso. ff. eod.
r in prin. eiusdem titu. in Basil.
s l. j. ij. iij. ff. de pet. hære. & d. l. qui de inofficioso facit etiam l. si quis filium. C. eod.
t l. diuus. §. fi. de peti. hære.
u l. quemadmodũ. ff. eo.
x infrà de verb. obliga. in princip.
y l. cùm mota. C. de transact. cum similib.

vt ex stipulationis scilicet, & interrogationis causa procedere condictio significetur: atque hoc modo & ipsa querela actio appellatur, pro petitione hæreditatis, quæ ex ea causa oritur. Scio nonnulla doctores obiecturos, quæ videbuntur non satis vbique petitioni hæreditatis & cæteris actionibus[z] conuenire. Sed quis non videt vnicuique speciei suas esse differentias? & satis est si vel in genere conueniant. Hæc quoniam videbantur ad naturam ipsius querelę inofficiosi explicandam pertinere, circa rubricam declarare non alienum putaui: nam de vulgaribus, id est de continuatione & tituli significatione, nihil opus fuit hîc quicquam afferre clarius.

z *per d. l. posthumus. §. fin.*

QVia plerunque parentes sine causa liberos suos exhæredant, vel omittunt, inductũ est, vt de inofficioso testamento agere posint liberi, qui quæruntur aut iniquè se exhæredatos, aut iniquæ præteritos, hoc colore, quasi non sanæ mentis fuerint, quum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, nõ quasi verè furiosus sit, sed rectè quidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis. Nam si verè furiosus sit, nullum testamentum est. Nõ autem liberis tantùm permissum est testamentum parentum inofficiosum accusare, verùm etiam liberorum parentibus. Soror autem & frater, turpibus personis scriptis hæredibus, ex sacris constitutionibus prælati sunt. Non ergo cõtra omnes hæredes agere possunt. Vltra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.

1 *Querelam tantùm adita hæreditate, bonorum possessionem etiam non adita competere.*
2 *An color proponendæ querelæ sit sublatus, contra communem opinionem.*
3 *Contra militis filijfamiliàs testamentũ non cõpetere querelam.*
4 *Pater quando habeat querelam, quando contra tabulas.*
5 *Declaratio noua l. pater filium. ff eod.*

6 *Titulus*

6 *Titulus, Si quis à parente manumissus fuerit, quomodò intelligatur.*
7 *Excessus §. Si emancipatus. in l. iij. ff. contra tabulas.*
8 *Qui fratres querelam habeant.*
9 *An qui non habent querelam, cùm ijs qui non expugnarunt testamentum, ab intestato succedant.*
10 *Declaratio l. fratres. C. eodem.*

1 A*Gere possint*]†Id est, vt suprà declaraui, hęreditatis petitionē de inofficioso proponere, adita tamen prius[a] hæreditate: anteà enim non est contra quem agant, quíve iudicium defuncti defendant. Bonorum tamen possessio statim & contra ipsum testamentū antequam hæres adiit dari regulariter[b] solet, differentiæque rationes cùm ab aliis tum à Fabro hîc non obscurè explicatæ sunt. Illa tamen ab[c] Iureconsulto sumpta, quia per bonorum possessionem de iure patris, per querelā de iure testamenti quęritur, huc nihil pertinet, cùm loquatur de speciali quadam bonorum possessione. quæ nec ipsa dari potest, nisi adita hæreditate ad exemplum[d] patroni: quod etiam su-
2 prà[e] in alio articulo attigi.† Color autem querelæ is est, quasi non sanæ mentis testator[f] fuerit, cùm testamentum ordinaret. hodie tamen[g] Bartolus eum colorem prætendi non putat, cùm non aliter querela competat, quā si legitima causa sit inserta: quod quidem cū sit obseruatū, demēs videri nō potest[h] testator, sed probè sapiēs, quippe qui secundum legum præscriptū voluntatem suā ordinauit. Sed vt demus veram esse communem opinionem, non aliter scilicet competere querelam, quàm cū causa legitima expressa est, mihi tamen videtur, adhuc colorē demētiæ prætexi aduersus parentē, qui falsam causam filio obiecit. nā si nō probatur causa falsa, sanè præsumitur: si falsa est, contra officium fecisse eum quis[i] neget? porrò non discernere quid sit officij paterni, propè furiosi esse videtur. nec me mouet, quod legata[k] cōseruentur, cùm noua constitutione ea furoris fictio ad institutionē restricta sit: cætera autē à sano facta lex[l] iudicet. Quinimo si communis opinio vera esset, quis non videt iniquè condemnatā Martini sententiam[m] qui querelā inofficiosi testamenti penitus hodie cessare dixit. nā si de probandi tantùm difficultate agitur, meritò dicemus inofficiosi querelam nō competere, cùm officium pietásque patris non accusetur. Idem

a l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. cont. tab.
b l. illud. ff. contra tab.
c l. filio. § j. ff. eodem.
d l. illud.
e in §. qua ratione. supr. de pupil. subst.
f in text. ibi quasi non. & cætera.
g in l. titia. ff. eodem.
h Bar. in l. j. num. xiij. ff. de iure codi.
i l. iij. & 5 ff. eod.
k authen. ex causa. C. de liber. præter.
l d. authē. ex causa.
m gl. in §. fi. infr. eod.

etiam censeo, cùm fratris testamentum impugnatur, non
tantùm ob institutarum personarum turpitudinem, sed e-
tiam ob pietatis officiíque obliuionem : [n] an enim illum
sanæ mẽtis dicas, qui aduersus naturalẽ instigationẽ gra-
to fratri turpes personas sine causa prætulit? ergo & ille
mihi demẽs videbitur. putaríq; olim legata per clausulã
codicillarẽ ab intestato [o] repetita, nec illic solui debuisse.
Liberorum parentibus] † Agunt & parentes de inofficio 3
so. nisi filius iure militari testamentum fecerit, veteri præ-
sertim [p] iure, quod hodie adhuc obtinere suprà à me defen
sum [q] est. Nec in paganis omnino ea res difficultate caret,
præsertim in patre, qui ordinarium habet remedium bo-
norum possessionis contra filij [r] testamentum. † Tandem 4
tamen in eam sententiam itum est, [s] vt parentes exhære-
dati querelam habeant, præteriti bonorum possessionem
contra tabulas, nisi patrẽ filius testatoris præcedat, qui an-
tea ad querelã admittitur, quo victo pater præteritus de-
mum [s] succedit. & ratio quidem hic est, cur præteritus pa-
ter de inofficioso agat: quoniam tum pro exhæredato ha-
betur, quemadmodum si nepotem præteritum pater præ-
cedat. eo enim submoto, nepos qui præteritus fuit non
contra tabulas bonorum possessionem habet, sed querelæ
beneficium, vtpotè & ipse tum pro exhæredato [t] habitus.
Verũ † hæc sententia mihi non placet, & arbitror patrem 5
præteritum semper posse querelam [u] proponere. Nec ob-
stat quòd ei bonorum possessio contra tabulas [u] detur, si
quidem bonorum possessio non simpliciter patri datur,
sed [x] manumissori, & hoc ius prætor etiam extraneo lar-
giebatur: tametsi alio capite [y] naturali æquitate motus de-
cem illi personas proponendas esse censuit. Quo autẽ pa-
ter naturalis manumissionis præmium retineret, & ab in-
testato ex capite vnde [z] legitimi, & cõtra testamentũ quo-
que bonorum possessionem ad exemplum patroni petere
posset, fiduciam olim contrahere cum emptore filiifami-
liàs solebat, secundum veterem emancipationis ritum, vi-
delicet vt is eundem patri remanciparet, hoc est, reuende-
ret, ac tunc demum ab illo manumitteretur. Quod [a] Ca-
ius in Institutionibus suis clarè exponit. Atque ex eo etiã
pendet intellectus tituli, Si quis à parẽte manumissus fue-
rit. † Quamobrem ego in hoc casu ius singulare esse arbi- 6
tror, & bonorũ possessionẽ cum querela cõcurrere. Nam
quòd

n vide doct. in l. si patrẽ. §. fi. ad treb.
o vt & ibi procedat l. Titia. ff. eod.
p l. Papin. §. Papin. ff. eo.
q in §. illis autem. sup. de testa. mil.
r titu. si quis à parent. ff.
s no. in l. pater filium. ff. eod.
s & ita intelligunt tex. in d. l. pater filium.
t per tex. in l. iij. §. si emancipatus. ff. cõtra tab.
u argu. d. l. si pater.
u l. Pantonius si quis à paren.
x l. filio. §. j. ff. eod.
y §. sunt autem. versi. iij. j. de bon. pos.
z §. fi. j. de leg. agn. suc.
a lib. j. Institu. 6.

quòd pater bonorum possessionem contra tabulas habet, hoccine haud satis quidem plenum illi est beneficiũ, cùm tantùm ad constitutam [b] manumissionis partem competat. Quæ autem in fauorem eius introducta sunt, non debent in odium retorqueri.[c] & alia est regula iuris antiqui. Quoties[d] duplici iure defertur alicui successio, repudiato nouo iure quod antè defertur, vetus superesse. & in proposito dicit[e] Vlpianus Patrem accepta cõtra tabulas bonorum possessione, & ius antiquum, quod sine manumissione tanquam pater habebat posse sibi defendere. Quid autem hîc aliud ius antiquum interpreter, quàm querelam: ea enim & matri datur, & patri qui nõ manumisit: vel vt etiam manumiserit: nõ tamen prohibetur hoc iure vti, quod plenius est quã bonorũ [f] possessio, quæ certam tantùm partẽ scriptis hæredibus auocat. proinde ego patrem in Papiniani respõso quereiã habiturum arbitror, etiam si
7 filiorum causa non præcessisset. † Quòd verò nepotẽ præteritum pro exhæredato aiunt haberi in medio existente patre[g] exhæredato, id quoq; semper absurdũ mihi est visum, nec Vlpiani [h] quicquam obstat responsum, si quis sanè intelligat. Nam cùm de inofficioso cogniturũ merita magis nepotis, quàm patris delicta debere perpendere dicat, nepotẽ significat fuisse exhæredatũ, nã præcedit, Cùm possit auus suo iure vti, eúmq; exhæredare. quæ certè verba de nepote debent intelligi, etiam si Accursius interpretatione sua in errorem cæteros attraxerit, quod & ab Alexandro animaduersum comperio.[i] Neutro itaque casu filium aui patrem præteritum pro exhęredato haberi puto: ac idem ius illi competere existimo, quod cõmuni more præteritis datur: patri scilicet querelam & pręterea bonorum possessionem cõtra tabulas si manumiserit: filio contra tabulas non querelam, quę extremo [k] tantùm loco conceditur iis quibus plene alio auxilio prouisum non est.

8 *Vltra fratres igitur & sorores.*] † Neque tamen omnes fratres aut sorores conqueri possunt, sed ij soli qui eodem patre prognati [l] sunt, quos Gręci ὁμοπάτριες vocant, nos verò germanos & cõsanguineos: sed consanguineos: tamen quousque iura agnationis[m] durant. hîc tamẽ nihil refert, quòd emancipatione consanguinitas fuerit soluta. Est autem nobis cum his fratribus ferè arctior consuetudo necessitudóque, cum quibus nobis per patrem communia

b d. l. Pamponius.
c l. quod fauore. C. de legib.
d l. quoties. de reg. iur.
e l. 1. §. liberos. si quis à paren.
f d. l. pater.
g arg. d. §. si emãcipatus.
h d. §. si emãcipatus.
i l. si quis posthumos. §. 1. Iaso. in l. in suis. 9. col. de lib. & posth. ff.
k §. seq. ĩ. eo.
l l. fratres. C. eodem.
m §. 1. de leg. agnat. succe.

munia, nominis, familiæ, originísq; iura sũt. τοὺς ὁμομητρίους Latini vterinos vocant, qui querelæ beneficium non [n] habent. Hic autẽ animaduertendum est, ab intestato hodie fratres cum parentibus [o] succedere, atque etiam fratrũ filios cum [p] patruis: cùm tamen in querela parentes fratribus præferantur, & vltra fratres nulli admittantur, ne ipsi quidem ἀδελφόπαιδες, id est, fratrum [q] filij. † Sed tamen cùm 9
parentes fratrésque proponendo querelam intestatum patremfam. [r] faciant, putat Faber & Angelus rescisso testamento nihilominus & fratres cum parentibus, & fratrum filios cum patruis admittendos esse: de quo tamen verisimiliter dubitari potest: cùm (vt suprà dixi) hæc actio, sit quædam petitio hæreditatis de inofficioso: etiam si non aliis prodest, quàm qui ab intestato venire [s] poterant & cùm semel testamentum valuerit, non potest omnino intestatus videri defunctus. illi verò tunc simul admittuntur, cùm simpliciter causa intestati [s] obtinet. Fratres porrò & sorores nec aliter quidem conqueri possunt, quàm cùm turpis persona instituta [t] est. † De turpibus autẽ per- 10
sonis exactè hîc Faber disserit. In liberto autẽ aliud requiritur etiã, scilicet vt de patrono bene sit meritus. nec simplex beneficium erga patronum sufficit, sed maximũ Constantinus exigit: subiungitúrque in eius constitutione, [u] Excepto seruo necessario hærede instituto. quod tamen in Theodosij codice [x] aliter habetur. nam ibi a seruo necessario hærede auocare hæreditatem fratribus permittitur, salua illi libertate: quomodo igitur seruus excipitur? Græcus [y] interpres videtur hoc dissidium conciliare, vt cùm hæreditas est opulenta, tum ius fratrum saluum sit: cur enim potiùs ius sit serui, quàm liberti? & quòd ipse seruus excipitur, hoc procedet in suspecta hæreditate. Sed tamen quid illic opus est prohibere ne fratres conquerãtur, cùm sua sponte sint se abstenturi? Cætera autem quæ ad fratrum quærelam pertinent, copiosè ab nostris interpretibus ad Constantini constitutionem annotata [z] sunt.

Tam autem naturales liberi, quàm secũdum nostræ cõstitutionis diuisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si nullo alio iure ad defuncti bona venire possint: nam qui ad hæreditatẽ totã, vel partem alio

iure ve-

n d. l. fratres.
o auth. defuncto. C. ad Tertul.
p auth. cessante. C. de legit. hæred.
q gl. hîc in fin.
r l. posthumus. § si quis ex his. ff. eo.
s d. § si quis ex his.
s sic fortè posset responderi prædictæ authenticæ.
t d. l. fratres.
u d. l. fratres
x l. seruus. e. tit. C. Theo.
y in Bas. in d. l. fratres.
z in d. l. fratres.

iure veniunt, de inofficioso agere non possunt. Posthumi quoque, qui nullo alio iure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

1 *Bon. poss. gratia ordinandæ litis aliter declarata.*
2 *Græcorum interpretum authoritas.*
3 *Omnem actionem aliquo iure niti debere.*
4 *An sit hodie necessaria bon. poss. gratia ord. litis.*
5 *An hæc bon. poss. intra consueta tempora expiret.*
6 *Querelam extraordinarij iuris esse.*

S*I nullo alio iure*] vel ciuili, vel prætorio: nam hoc extraordinarium est remediũ, populi miseratione ab initio introductum, quod cùm ordinario auxilio non[a] concurrit: nisi fortè ipsum nouo iure introductum [b] esset, nec satis plenè prouideret: vti nos suprà de ea bonorum possess. diximus, quæ patri manumissori contra filij tabulas datur.
1 † Est & alia quædam bonorum possessio, quæ cũ querela[c] concurrit, quã gratia ordinandæ litis veteres vocauere. in qua vulgò grauiter[d] hallucinantur, cùm putant hanc quasi symbolũ seu signum fuisse, quod à prætore iis dabatur, qui iure ciuili erant incogniti, veluti emãcipatis quo ad querelam (quæ secundum ipsos ciuile est auxilium) faciliùs admitterentur. Sed hoc merum est cõmentũ, quale & aliorum qui[e] arbitrantur hac bonorum possessione obligari accusatorem, ne expugnato testamento possit hære-
2 ditatem repudiare. † Mihi verò Græcorum interpretatio multò probabilior videtur, qui in Constantinopolitana schola eruditi, veros legum sensus per manus à maioribus acceptos, scriptis quoque nõ indiligenter tradidere. Reperio autem apud illos in hanc sententiam notatum [f] esse.
3 Quẽadmodũ † ad ordinand i iudiciũ petitionis hæreditatis aditio, & bonorũ possessio ad bonorũ possessoriã actionẽ præcedere debet: ita & ad querelã inofficiosi ordinãdã inuentã esse hanc bonorum possessionẽ, quæ ob id gratia ordinandæ litis impetrari dicitur: cùm enim exhæredato iure ciuili adire non liceat obstante testamento, nec etiã vera bonorũ possessio contra tabulas à prætore dari ei [g] possit, atque ita nullũ ius subsit, cui innitatur petitio hæreditatis ex inofficioso, tandem ad similitudinẽ aditionis, vel efficacis bonorũ possessionis hoc extraordinariũ genus possessionis excogitatũ est, super quo deinde lis inofficio-

a l. in cassæ. ij. de mino. ff.
b l. quoties. de reg. iur. ff.
c l. Papi. §. i. ff. eodem.
d in l. ij. C. e. l. Papi. §. i. ff. eo.
e no. in d. l. ij
f no. in Basilico in l. posthumus. §. fi. & l. seq. ff. eo.
g l. non putauit. ff. contra ta.

ficiosi testamenti ordinari possit.†Omnis quippè actio ali 3
quo subniti iure debet. In suis autem quemadmodum superuacua est vera bonorum possessio, atque etiã aditio [h]
hæreditatis (nam ij sine aliquo precedẽte actu petitionem
hæreditatis intentare possunt, ob continuationem quæ ex
suitate[i] venit) ita nihil opus habent ad litem & querelam
præparandam eiusmodi possessionis cõmẽto. manet enim
in suo tametsi exhæredato signum adhuc aliquod suitatis
indelebile, ídque ad querelã sufficit. Hęc tamẽ bonorũ nec
possessionẽ nec ius tribuit, sed tantũ iter subsequenti iudicio quasi præstruit: nec verè bonorum possessionis vim habet. sed tantùm imaginẽ. & colorem, super quo sequẽs lis
inofficiosi testamenti fundetur: atque ita etiam Theodorus & Thalelæus Seueri & Antonini rescriptum, quod secundum est in Codice, sub eodem titulo †interpretantur. 4
Vnde intelligitur & hodie, si rectè atq; ordine litigare volumus necessariam [k] esse hanc bonorum possessionem ad
litem & querelam præparandam. Quanquam si vera est
Alexandri sentẽtia, intentata possessoria actione tacitè videri agnitam bonorum possessionem, [l]poterit quoque in
querela dubitari, an ea censeatur tacitè agnita esse.†Mihi 5
tamen hęc aliorum bonorum possessionum naturam imitari non videtur. nec credo eam intra tẽpora aliis præscripta finiri: quod & Faber [m]putauit, cùm probile [n] sit, eam
secundum querelam regi, quæ quinquennio durat. nã cum
cęteris possessionibus nihil propè commune habet. Ex his
porrò concluditur vnum esse quod vulgo aiunt, hãc bonorum possessionẽ pro illis esse introductam, qui iure ciuili
sunt incogniti. nã omnes omninò, qui vel adire vel bonorum possessionem petere opus habent, siue alias iure ciuili ab intestato succedere possint, siue non possint, hac præparatoria bonorũ possessione indigẽ. Et miror vnde hoc
commentum inuenerit Accur. de iis qui iure ciuili sunt incogniti: nam ad Papiniani[o] responsum omnino ariolari ipsum ac cæteros manifestum est.†Nec querela magis est iu 6
ris ciuilis, quàm prætorij, sed extra ordinem conceditur
vtroque iure destitutis. Nouissimè sciendum quod de posthumo in textu dicitur ex communi sententia sublatum[p]
esse: nam cùm causam ingratitudinis committere non possit, frustra exhæredatur. Ex nostra tamẽ opinione colligitur, & exhæredato eo, valere nihilominus testamentum,
quod &

h l. quẽmadmodum. ff. e.
i not. in l. suis. ff. de liber. & posth.
k not. docto. in l. fi. C. vnde legit.
l in Rubr. C. qui admi.
m Fab. in §. fi. J. de bono. posses.
n Bald. & Alexan. in d. l. fi. Iason. in l. si quis filium. C. eod.
o in d. l. Papin. §. i.
p not. suprà in §. posthumus. de exhæred. libe.

quod & Alciatus.[q] aliquando voluit. *q cap.16.li. 4.paradox.*

Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à testatoribus testamento relictum est: quod nostra constitutio ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò quantacunque pars hæreditatis, vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescente, idquod eis deest, vsque ad quartam legitimæ partis repleatur: licet non fuerit adiectum, boni viri arbitratu debere eam compleri.

1 *Filios verecundè parentum iudicia subuertere debere.*
2 *De actione ad supplementum.*

OLim ad impediendã querelam sufficiebat relinquere testamento quartã[a] partem eius, quam quisque ab intestato erat habiturus, quæ legitima dicitur: & hodie pro
1 numero liberorũ, vel tertia est, vel dimidia.[b] †Si quid autem minus relinquebatur, iam querela dabatur, quod propter naturæ verecundiã immutauit Iustinianus. Et si enim parentes impiè filios prætereunt, filij tamen non possunt non impudenter videri parentum conuellere iudicia. Et plerique liberi à parentibus iniquè prçteriti, hoc ipso indigniores ea se iniuria ostendunt, quo æquiore eam animo sustinent: vt de Aphronia Val. Maximus[c] scribit, quæ præterita testamentum matris patientia honorare, quàm iudi
2 cio conuellere sanctius esse putauit. †Induxit porrò Iustinianus[d] remedium, quo satis liberis succurritur, eóque hodie nihil est vsitatius. ferè enim parẽtes, liberos, & præsertim filias in certis aliquibus rebus instituunt, quæ tamen subinde legitimam non efficiunt: tum ergo non querela dabitur, vt olim, sed condictio ex Iustiniani cõstitutione[e] vt legitima repleatur: vulgò vocant actionem ad supplementum legitimæ, quç non quinquennio quidem, vt querela, extinguitur, (tametsi id credidit Bartolus[f]) sed ex communi doctorum sentẽtia[g] triginta annos durat atque ad hæredem non præparata transmittitur: neque hanc repletionem prohibere[h] testator potest. & quãquam aliquis quod sibi relictum est, agnouerit, non tamen ideo hoc auxilium[i] amittit.

a l. Papi. §. quoniam. ff. eod.
b aut. nouissima. C. eod.
c lib. 8. cap. 7.
d l. omnimodo. cum l. seq. C. de inoffic.
e d. l. omnimodo.
f in l. si quis filium. C. eo.
g Ph. Deci. consi 303.
h l. si quando. §. fi. C. eo.
i d. l. si quãdo. §. generaliter.

Si tutor nomine pupilli, cuius tutelã gerebat, ex testamẽto patris sui legatum acceperit, cùm nihil

nihil erat ipſi tutori relictũ à patre ſuo : nihilominus poterit nomine ſuo de inofficioſo patris teſtamento agere. Sed ſi è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt ipſe tutor, quod ſibi in teſtamento eodem legatũ relictũ eſt, nõ amittit.

1 *Diuerſum ius inter aduocatum & tutorem.*

RAtio dubitandi hic ea erat, quòd qui ſemel teſtamẽtum approbauerit, non poſſit deinceps idẽ impugnare: verũ cùm tutela munus ſit, quo quis neceſſitate adſtringitur, [a] & officium tutoris ſit, nihil prætermittũre, vnde pupillo cõmodũ acquiratur, [b] meritò querelæ ius ſaluum permanet. [c] †Quapropter regulariter aliud eſt in aduocato, & procuratore [d] qui ſponte officium præſtant etiam ſi enim alte, ius cauſam agant, à querela nihilominus excluduntur. Nec huic quicquam [e] obſtat, quod propter aduocationẽ accuſatori liberti præſtitam, ius in bonis liberti filius patroni nõ admittat: alius enim omninò is eſt caſus, & diuerſa planè in eo ratio. hic enim approbatione volũtaria ius querelæ amittitur: atqui ſpõte cauſam defendit, certè approbat: ibi verò non aliter filius ius in bonis liberti rmittit quàm ſi accuſet: at aduocatus non [f] accuſat. Porrò hoc aduocatum in propoſito non excuſat, quòd nõ ex ſua, ſed clientis perſona approbet, cũ [g] tacitus eius conſenſus ex voluntario officio colligatur. Quamobrem ſanè ſi iuſſu magiſtratus aduocationem præſtiterit, parendi neceſſitas vel conteſtatio eum excuſabit.

a §. i. ſ. de excu. tut.
b ff. per tot. titu. de tut. & rat diſtr.
c concordat tex. in l. aduerſus. §. 1. ff. eod.
d l. fin. ff eo.
e l. qui cùm maior. § ſi patroni. de bo. lib. 1. ff.
f d. §. ſi patroni.
g gl. hîc in fi. videtur contra.

Igitur quartam quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſsit : ſiue iure hæreditario, ſiue iure legati, vel fideicommiſsi, vel ſi mortis cauſa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos : in iis tantummodo caſibus, quorũ mentionem facit noſtra conſtitutio, vel aliis modis qui in noſtris conſtitutionibus cõtinentur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum eſt: vt ſiue vnus fuerit ſiue plures, quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur: vna quarta eis dari poſsit, vt ea pro rata eis diſtribuatur.

1 *Hodie aliquid debere relinqui iure institutionis.*
2 *Iure veteri semper suffecisse tit. legati ad excludendū querelam.*
3 *Tit. institutionis iure etiam canonico requiri.*
4 *Quorsum vtiles sint repetitiones doctorum.*
5 *An incapaces partem faciant.*
6 *An ex similibus causis exhæredatio fieri poßit.*

VEteri iure quarta debebat relinqui ex iudicio[a] testatoris, hodie dūmodò aliquid sit relictum remota querela ad supplementū agitur: ea enim nunc nō aliter obti-
1 net, quàm cùm nihil omnino relictum fuit. † Quartā igitur habere quis debet, vel ex defuncti iudicio, vel legis repletione, vt de inofficioso agere non possit: & si sic præsentē §. intellexerimus, nihil aduersabitur supradictæ Iustiniani[b] cōstitutiōi. Illud autē quod hîc ex veteri iure refertur, sufficere ad excludēdā querelā, vt vel iure hęreditario, vel legati, vel fideicōmissi quarta relicta sit: hodie p posteriorē Iust. nouellā correctū[c] est. Etenim necesse est, vt institutionis titulo aliquid sit relictum, quod & veterum Iureconsul. tempore quorum in Pandectis relata respōsa sunt, obtinuisse vulgo[d] aiunt, tametsi diuersum aliquādo Iust.[e] disposuerit: ex cuius sententia & hîc adiectū putant legati titulū sufficere, Ego errasse huius opinionis authores crediderim, dum nullum posuerūt discrimen inter ordinaria remedia rescindendi testamenti, & hoc extraordinarium.
2 † Nam filius suus vel emācipatus etiam si ex legatis quartam consequi possit, nihil tamen prohibetur, vel testamentum ipso iure subuertere, vel per bonorū posses. hoc stare non[f] pati. nec de querela hîc quærimus: sin erant exhæredati, sufficiebat certè olim omni iure titulus legati: nā tūc nullū ordinariū auxiliū supererat. & differentiæ ratio per se clara est, cùm difficiliùs impediatur legitimum ordinariúmque auxilium quàm extraordinaria actio. Hodiè per Iust. idem & extraordinariæ actioni communicatum.[g] est, vt pro præterito & hîc censendus sit, qui non aliquid institutionis titulo consequitur. Quod autem in veteribus aliquibus responsis[h] legimus valuisse testamenta ipso iure in quibus filiis nihil præter legata relictū fuit. hoc ego sanè intelligendum arbitror, vt saltem exhæredatio interuenerit, neque enim id illic negatur & cùm testamentū valeat ipso iure maximè in suo, necesse est vt intelligamus omnia testamēti solēnia interuenisse. Hac igitur distinctione tol-

a *l. Pap. §. quoniam. ff. eod.*
b *vide gl. in hic quæ opponit de præced §.*
c *§. aliud. & ibi gl. in authen. vt cùm de appellatio.*
d *Alexā. in l. inter cætera. de liberis & posthu.*
e *in l. omnimodo. C. eo.*
f *l. ita tamē. §. qui rogatus. ad Treb.*
d *l. inter cætera.*
g *in d. §. aliud.*
h *l. ex asse. ad legē Falcid. l. qui filiū. vbi pupil. edu. ff.*

letur difficultas, quæ plerosq; interpretes [i]malè torsit. Nihil ergo in Codice circa hanc rem noui iuris Iustinianus introduxit: & quod in nouellis disposuit, Pandectarũ etiã leges abrogat. †nunc enim titulus institutionis vbiq; requiritur: ídq; iure etiã pontificio [k]obtinere Faber subindicat, & nouissimè cõtra Alexandrum [l]communiter esse receptum Iason[m]attestatur. non ideo tamen minus, si id in quo institutio facta est legitimã non explebit, repletio ex legatis facienda erit. Titulus autẽ institutionis nõ tantùm in filiis, sed vicissim etiam in parẽtibus requiritur, quamquam nõnulli casus annotati sunt, in quibus institutionis titulus omitti[n]possit. Hoc quoq; prolixè tractatur ab doctoribus, quæ sunt in legitimam imputanda, vel in supplementum legitimæ. Ego ista ex plenioribus doctorũ commentariis[o]petenda arbitror: cùm enim quotidie in cõtrouersiam veniant, & paucis exactè comprehẽdi nequeãt, satius propemodum fuerit non irritare, quàm nõ explere studiosorũ auiditatẽ: & cũ sese vsus obtulerit, nihil (vt puto) quisquam grauabitur ex interpretationum & consiliorum voluminibus plenã eius rei scientiam perscrutari. † Nam 3 in hoc vtiles sunt doctorũ repetitę cõmẽtationes, quòd allegationum copia, cõsiliorũ recitatione, multísque limitationibus, & ampliationib. eos qui causis patrocinãtur egregiè instruere possint. Eos autẽ qui docẽdi prouinciam sustinent, diligenter cauere decet, ne rerum singularium nimis minuta explicatione fastidium studiosis generẽt. multum enim interest inter auditorẽ & causidicum: hîc nihil grauatur quiduis euoluere quo causæ sibi cõcreditæ præsidium aliquod inueniat: ille verò nulla præsenti occasione motus multa tanquam superuacua fastidit.

Pro virili] Accursius diligenter hîc notat quæ hodie in hac re correcta sint: quorum illud est primum, quòd legitima (Græci vocant τὸ νόμιμον ποσιμόριον) aucta sit secundum liberorum [p] numerum. Interdum autem quosdam ex liberis vel iustè exhęredari, vel alia ex causa incapaces fieri contingit, †veluti quòd aliquis liberorũ in diui Francisci 5 aut Dominici sodalitium se deuouit. hic nempe quęritur, an in subducẽda ratione legitimæ, ij quoque sint annumerandi: ferè [q]tamen obtinuit annumerari, nisi aliquid loco legitimæ alio titulo tributum fortè ipsis esset. sæpè enim parentes nõ minùs in dotem filiarũ erogant, quàm si hæredes ip-

i Alexand & alios in d.l. inter cætera.
k c. si pater. libro vi.
l in d.l. inter cætera.
m in authen. nouissima, nume. 13. C. eod.
n not. in d. authen. nouiss. & quidam hic.
o Mod. repetunt in l. in quartam. ff. ad leg. Fal.
p d. auth. nouissima.
q no. in l. Papi. §. quoniã. ff. eod.

redes ipsas instituerent, cùm tamen lege municipali instituendi eas sublata esset necessitas. Quatenus autem querela hodie obtineat, tẽpestiuius à me in fronte huiusce tituli tractatum est. † De causis quoque ingratitudinis alibi[r] dixi, & hic iterum admoneo communem opinionem nequaquam mihi probari, qua similes etiam causæ recipiuntur: & in nostra sententia Curtium[s] esse comperio. Nã si communi opinioni adhæremus, cur non idem etiam tradimus in iis causis, ob quas frater à querela excluditur? an minus graue est, cum fratris coniuge rem habere, quàm ipsius facultates diminuere? quæ autem res coniugis amori, quem iste auertit: æquiparari debet? & tamen ibi tres tã tùm causas posuit Imperator, liberorúmque & fratrum ingratitudinem causarum numero[t] distinxit.

r in §. fin. de exhære. lib.

s in auth. nõ licet. C. de lib. præterit.

t §. ingratitudinis. in authẽ. de nupt. col. iii.

De hæredum qualitate & differentia.

1 *Diuisiones cum primis esse vtiles & multipliciter sumi.*
2 *De tituli continuatione.*

1 HAeredis generale nomen est, cuius species sub hoc titulo tripliciter distributæ explicãtur. † Ad naturã autem rei cuiusque demonstrandam cum primis diuisio conducit. Cùm tamen quælibet propè res diuersis inspectionibus variè diuidi possit, hic ea solùm ponitur, quæ vsitatissima est, quæq; plenissimũ habet effectũ: diuiditúrque hîc hæredis nomẽ, prout propriè accipitur: nã latiore certè significatione bonorũ possessorem[a] & fideicommissarium & legatarium comprehendit. hic consequenter quosdam hæredes legitimos[b] vocamus quosdam testamentarios, quosdam honorarios: qui tamen apud vulgum hodie à superioribus duobus non distinguuntur. Ex hæredum autem qualitate, adeundi, immiscendi, abstinendi, repu- 2 diandi, & multa alia iure cognoscuntur. † Vnde & hîc de acquirenda hæreditate paucis agitur, in Pandectis latissimè. Pręsens autẽ hæredũ differẽtia, ad testamentum maximè pertinet: nam eorum qui instituuntur, quidã sunt necessarij, quidam sui & necessarij, alij extranei. Bene igitur atque ordine cæteris titulis ad testamenti ordinationem ac

a not. in l. hæredis appellatione. ff. de verbo. signi.

b l. qui autem. §. 1. ff. de his quæ in fraudem credit.

vigorem pertinentibus, præsens tractatus subiunctus est.

HAEredes autem, aut necessarij dicũtur, aut sui & necessarij, aut extranei. Necessarius hæres est, seruus hæres institutus: ideóque sic appellatur, quia siue velit, siue nolit, omnino post mortem testatoris protinus liber & necessarius hæres fit. Vnde qui facultates suas suspectas habent, solent seruum suum primo, aut secundo, aut etiam vlteriore gradu hæredẽ instituere: vt si creditoribus satis non fiat, potius eius hæredis bona, quàm ipsius testatoris à creditoribus põssideantur, vel distrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo, illud ei commodum præstatur: vt quæ post mortem patroni sui sibi adquisierit, ipsi reseruentur. Et quamuis bona defuncti non sufficiant creditoribus: iterum tamen ex ea causa res eius, quas sibi adquisierit, non veneunt.

1 *Vnde necessitas hæc seruo incumbat.*
2 *Ignominiosum esse bona alicuius possideri, & vendi à creditoribus, ex Cicerone.*
3 *Creditores interdũ necessariorũ seruorũ institutione fraudari.*
4 *De lege Aelia Sentia.*
5 *Explicatus locus Ciceronis.*
6 *Lege Aelia & defuncto & seruo prospici.*

OLim hęredes fuerunt vel necessarij, vel sui & necessarij, vel extranei. hodie cùm prima species desuetudine propè abolita sit, & seruos in raro vsu habeamus, nihil est opus de ipsorũ qualitate multa hîc referre. †In necessi- 1 tatis autẽ causa est dominica[a] potestas: cur enim nõ liceat domino hæredẽ eum vel inuitũ instituere, quẽ & occidere olim poterat? ac hic quidem cùm repudiare nõ possit, meritò protinùs fit hæres: quid enim inutili dilatione & mora opus est? Erat autẽ interdũ pauperibus dominis magno solatio, quòd serui necessarij institutione, famæ suæ succurrere poterant: cùm plerunque accidat, vt nemo hæreditatem suspectã adire velit, ne creditoribus fiat obnoxius in maio-

[a] *l. in suis. ff. de lib. & posthu.*

in maiore summa quàm ex hereditate[b] acceperit. vnde ne cessitas imminet, vt bona publicè proscribantur, &[c] vendãtur: quod quàm ignominiosum veteres duxerint elegã-
2 ter Cicero pro P. Quintio demonstrat: † Herclè, inquit, cuius bona ex edicto possidẽtur, huius omnis fama & existimatio cũ bonis simul possidetur. de quo libelli in celeberrimis locis proponũtur, huic ne perire quidẽ certè tacitè obscuréque cõceditur, cui magistri fiunt & domini cõstituuntur, qui qua lege & qua conditione pereat pronunciẽt, de quo homine præconis vox prædicat & preciũ conficit: huic acerbissimũ viuo videnti funus dicitur, si funus id habendum sit, quò non amici conueniunt ad exequias cohonestãdas, sed bonorum emptores vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & distribuendas. Huiusce quoque rei infamiam Caius[d] vberius in Institutionibus suis expli-
3 cat. † Nam qui creditoribus, inquit, tenentur obnoxij, & putant se non tantum in substantia quantum in debitis relinquere, ipsi seruos suos manumittunt, & hæredes necessarios faciunt: quo magis hæres quàm dominus infamiam incurrat, cùm res eius, id est hæreditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. Hinc etiam defunctorum interesse Vlpianus[e] ait, vt successores habeant. Fit autẽ subinde necessarij serui institutione, vt creditores fraudentur, qui ex huius diuenditi pretio, suum cõsequi potuissent. Seruorum enim nõ mediocre erat olim pretium: sed tamen pro artificij ingeniíque excellentia[f] diuersum. nec hîc distinguebatur vilem testator manumisisset, an pretio-
4 sum. † Et hoc quidem beneficium lege Aelia Sentia introductum[g] fuit. cuius citra manumissionem & alia etiam-
5 num capita extant: † quale est & illud à Cicerone[h] & Au lo Gellio relatum, Assiduo vindex assiduus esto, proletario quiuis volet vindex esto: quo significatur assertorẽ & liberalis causæ procuratorem debere locupletem esse, si is de cuius statu quæritur amplũ quoq; possideat peculiũ. Hodie[i] vetus assertio penitus per Iustinianũ sublata est, cessátque omnino eius capitis constitutio. Fuit autẽ hæc ab aliquo ex priscis illis Aeliis lata, quos & dignitate cõsulari, & iurisprudentia celebres fuisse multorum authorũ testimonio[k] constat. Videtur tamen existimasse Gregorius[l] Haloander legem hanc sub Augusto latã, consulibus Sex. Aelio Catulo, & C. Sẽtio Saturnino: cui & ipse accederẽ, ni

b fac. §. extraneis. infrà eod.
c fac. tit. de bo. auctor. iudic. poss. ff.
d tit. iij. lib. poster.
e l. & quia. ff. de interroga. in iure fact.
f l. i. C. de com. seruo manumisso.
g § lib. & §. quib. ex cau. ma. nõ licet.
h in Topic. alter. ca. x. lib. 16.
i fac. titu. C. de assertione tollenda.
k fac. l. ij. ff. de orig. iuris
l in Catalog. Coss.

ſi me Ciceronis moueret authoritas. †In hac autem lege 6 & defuncto & ſeruo probè cōſulebatur, illi quia memoria infamiæ labe carebat, huic quia ſeparationē petebat[m] nihil enim opus erat metuere, ne poſtea à creditoribus inquietaretur. Quod ſi verò ſeruus ſine ſeparationis beneficio vel hodie certè ſine inuentario[n] hæreditatem adierit, prædicto commodo ſua culpa carebit.

m glo. ſuper verbo reſeruentur.

n l. fi. C. de iure delib.

Sui autē & neceſſarij hæredes ſunt, veluti filius, filia, nepos, neptíſve ex filio, & deinceps cæteri liberi, q in poteſtate moriētis modò fuerint

Sed vt nepos neptíſve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum eámve in poteſtate aui mortis tempore fuiſſe: ſed opus eſt, vt pater eius viuo patre ſuo deſierit ſuus hæres eſſe, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus à patris poteſtate: tunc enim nepos neptíſve, in locū patris ſui ſuccedit. Sed ſui quidē hæredes ideò appellantur: quia domeſtici hæredes ſunt: & viuo quoque patre quodammodo domini exiſtimantur. vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur, prima cauſa eſt in ſucceſsione liberorū. Neceſſarij verò ideò dicūtur: quia omnino ſiue velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, ex lege duodecim tabularum hæredes fiūt. Sed his prætor permittit volentibus, abſtinere hæreditate: vt potiùs parentis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſsideantur.

1 *Suus hæres quis, & vnde dicatur.*
2 *Suitas an Latinè dici poßit.*
3 *Suitas ſit ne iuris Ciuilis an Naturalis.*
4 *An ſui hæredes vſucapere pro hærede poßint.*
5 *Filium viuo patre non quaſi poßidere cont. Accur.*
6 *De multiplici ſuitatis effectu.*
7 *In filiis iure Ciuili neceßitatem ſuitati cohærere.*
8 *Quare neceßitatem prætor in filiis ſoluerit.*

SVi] Refert Alciatus[a] Socino rogatum Politianum, quis ſuus hæres diceretur, obmutuiſſe. de cui⁹ vocis vſu mul

a in fi. l. iiii. de verb. ſig.

ta eleganter Budæus annotauit iu Græcæ in linguæ commentariis, sed hîc clarissimè ea dictio exponitur. †Ideo enim suos dici Tribonianus ait, qa domestici hęredes sunt. hoc tamẽ Gręcè significãtius est: οἰκεῖον enim illi & à domo deducunt: significat autẽ propriũ. Et verisimile est eadem ratione apud Latinos domini significationẽ à domo deriuari. Est ergo [b] suus, hęres quasi proprius & domi natus, nõ aliundè accitus, quasiq; sui ipsius hæres: quod quidem non attendenti ad iuris subtilitatẽ subabsurdũ videbitur, quo modo enim aliquis sibi ipsi hæres esse potest? verũ iure ciuili filius quasi dominus esse bonorum paternorum fingitur, ideóque non illi iam acquiritur, sed in illum moriẽte patre cõtinuatur [c] dominiũ. suus ergo hîc ad dominium refertur, vt & pro meo [d] tuo, suo possidere dicimus. hanc autem sui hæredis qualitatem Græci τὸ σοῦον, vulgus suitatem vocat, & in ea definienda valdè quidam [e] laborant etsi ex coniugato vocabulo, hoc est sui, satis eius significa-
2 tio liqueat. †Quin nec suitatem vsquã apud veteres reperias, sed tamẽ in his quæ vsu paulatim recepta, & ad docẽdum apta sunt, non nimis superstitiosè grãmaticorum canonib⁹ obstricti esse debemus: qua de re lubet Rodolphi nostri [f] Agricolæ viri multò eruditissimi verba adscribere: De analogia, inquit, deriuãdorum cõponendorúmque nominũ vix mihi permiserim quicquã fingere, quod non apud authores inuenerim: varia multiplέxque res est: de qua nihil præcipi perpetuũ possit, & in qua nihil audeam, nisi sit fortassè (vt inquit Horatius) necesse indiciis monstrare recẽtibus abdita rerũ: tamẽ ego, etiam Socratitas & Platonitas & entitas fortè dixerim, quãuis repugnet Vallẽsis noster: quod ni tam liberè cùm necesse sit, quàm Cicero nulla necessitate Appietatem & Lẽtulitatem, & Pollio Patauinitatem quãdam dixit sonare Titium Liuium?
3 Suorum †porrò hæredum nomen à naturali ratione sumptum videtur, authore [g] Paulo, cùm ea quasi tacita quædam lex liberis parentum hæreditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando. Sed hîc tamen subtiliter inspicienda est iuris naturalis & ciuilis differentia. nam primùm illud latiùs patet, nec solùm in patre obtinet, sed in omnibus ascendentibus cuiuscunque sexus. Ius verò ciuile tantummodò in iis liberis qui in potestate sunt, cõsistit: neque in iis adhuc aliter, quàm si primum

b vide Curt. in l. qui se patris. C. vnde liberi.

c l. in suis. ff. de liber. & posthum.

d l. j. ff. pro suo.

e in l. qui se patris. C. vnde liberi.

f in epistola ad Alex. Hegium.

g l. cum ratio. ff. de bo. damnatorũ.

mum locum obtineāt:at ius naturale ad defunctorum successionem,quasi debitā vocat:in vita verò, ascendentium nullā dominij participationē tribuit, cùm nec sui quidem legitimā viuo patre [h] petere possint. Ius igitur suitatis ex iuris ciuilis subtilitate ac fictione originē habet. nā si natura domini quasi cum parentibus filij essent,nō mutaretur id ius in emācipatis,& filij matribus æquè hęredes sui existerent.Natura igitur filij rerū paternarum nō sunt domini:natura obligatio inter eos [i] cōsistit:natura filij bonorum paternorum pos.non habent,& iure tantùm ciuili dominium quoddā cōmune fingitur.† Sed & possessio [k] ar- 4
gumento responsi [l] cuiusdam Iuliani Iurecōs. ex quo adeò filiū cum patre possidere aiunt, vt nec vsucapere pro hęrede [m] possit, quasi continuata nō nouo titulo acquisita possessione.quod equidē semper falsum credidi, cùm illud responsum,tantùm de rebus à patre donatis [n] loquatur,quæ cùm ad donationē filius naturaliter semel possidere cœperit,pro hęrede eadem deinde possidere nequit,ob regulā [o] iuris quæ dixit,neminem sibi causam possessionis mutare posse:pro hærede tamē cæteras res vsucapere eos nihil ꝓhibet.nā & si sui appellātur,nihilominus hęredes sunt: & Diocletiani constitutio [p] alium sensum habet, quàm qui vulgò traditur.cùm enim dicat nihil pro hęrede posse vsucapi suis hæredibus existentibus , ego intelligo eū qui se ait pro hærede possidere , à quo suus repetere hæreditatē potest,titulū non habere,nec vsucapere posse.Nā & idē [q] Imp.rescripsit,ex testamēto , vel ab intestato existēte filio vel nepote suo hærede,neminem posse ab intestato hæredem existere:vnde pręcedēs cōstitutio apertè declaratur, & communis opinionis error detegitur.† Fictio ergo ista 5
iuris ciuilis,circa dominiū tantùm est, nō etiam possessionem.hæredem enim dominū veteres dixerūt.atque inde suus hæres dicitur.nusquā verò legitur possessionis ius filio communicatum fingi,cùm possessio non tam iuris sit [r] quàm facti,& subtilitates cōmentitiasque istas iuris ciuilis fictiones [s] respuat. quapropter non rectè existimo Accurs.tradere,viuo patre filium quasi possessorē [t] esse.† Sui- 6
tatis autem multi sunt effectus.nam neque adire suus necesse [u] habet,& non aditam hæreditatem [x] transmittit,& quāquam se abstinuerit,legatū tamē libertatis solo sui hæredis nudo nomine [y] confirmatur, quod & de pupillaribus

b Bar.in l.fi. ff.de libe.ag.
g l. frater à fratre.ff. de cōdi.indebit.
h gl.in fin.super verbo existimantur.
i Bart. in l.ij. §.filiū.ff.pro emptore.
l l.ij.§.sui.ff.pro hæred.
m nihil.C.de vsuc.pro hær.
n Ias.in l.in suis.in 4.col. ff.de libe.& posthum.
o d.l.ij.§.i.
p d.l.nihil.
q l.ex testamento. C.vn de liberi.
r arg.l.i.§.i. ff.de acq.pos.
s ar.l.in bello.ff.de captiuis & postli. reuers.
t not.Ias. in d.l.in suis.
u d.l.in suis.
x l.si fratris. C.de iure deliberan.
y l.cùm quasi.§.& si qs. ff.de fideicō. libert.

bus[z] tabulis, testamentaria tutela vulgò traditum est: & alios etiam effectus Porcius notat. Sæpe tamen iidē rursus aliūde impediti effectū suum amittūt. Nā & prætor ius abstinendi dedit, suitatemque [a] resoluit. Et ipse pater vel expressa voluntate vel institutione in arbitriū filij collata, vel exhæredatione vel substitutione, vel cohæredis datione, suorum hæredū iura tollere potest: quanquā ista sanè valde controuersa[b] sunt, & doctorum intricata altercationibus: ac nos interdum per occasionem alibi quædā attigimus, quæ si singula ad amussim discutere vellemus, in immensum pręsens opus cresceret. Olim quoque nepotes iura suorum hæredum habebant, patre eorum emancipato: [c] quod correctum est, vt alio loco latius [d] declaraui.

7 † Cohærebat autem olim suitati necessitas, vnde sui & necessarij hæredes filij dicūtur: atque ea ob ius patriæ potestatis introducta est. nam cui licet occidere, cur nō & hæ-

8 redem sibi facere [e] liceat? † Sed tamen paulatim humanius cōstitutum fuit, & præsertim à prætoribus, qui cùm viderent sæpe hac necessitate compulsos filios, ob debita patrum à creditoribus ignominiosè tractari, satius esse statuerint partē quàm [f] filium, mortuum quàm viuum, non sentientē quàm sentientem iniuria affici: hoc est quod hîc dicitur, prætorem permittere volētibus se abstinere hæreditate, vt potius parētis quàm ipsorū bona similiter à creditoribus possideātur. Facit igitur prętor ex necessario voluntariū, si tamen sese abstineat. In dubio verò secundum receptiorē sententiā creditores adhuc coguntur immixtionem filij probare, priusquam aduersus filiū de paternis bonis experiantur: quapropter interea dum filius tacet, in suspenso sunt suitatis iura.

Z no. in l. si filius qui patri. ff. de vulgari & pup. a vt hic.

b not. in d. l. si filius.

c facit tit. de coniungēdis cum emācip. lib. ff.

d in §. sed hæc quidem. suprà de exhær. lib.

e arg. d. l. in suis.

f vide Theoph. hic.

Cæteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei hæredes appellātur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, hæredes à nobis instituti, extranei hæredes nobis videntur. Qua de causa, & qui hæredes à matre instituuntur, eodem numero sunt: quia fœminæ in potestate liberos non habent. Seruus quoque hæres à domino institutus, & post testamentum factū ab eo manumissus, eodē numero habetur.

1 *Extraneos dici ad differentiam suorum.*
2 *Caium non rectè definiuisse extraneos.*
3 *Extraneos multipliciter dici.*

TErtia deinde hæredũ species est, † quòd quidam sunt 1
extranei, atque ij certè ad suorũ differentiã dicuntur:
scilicet quia nõ domestici sunt, sed ex alia familia ad fami
liã, id est hæreditatẽ accersuntur: qui nihilominus veteri
Quiritũ more testatorũ nõnunquã nomẽ assumebãt, per-
indéque habebãtur, ac si in defuncti familiã & potestatẽ,
quasi viuo adhuc eo adoptati[a] fuissent. † Melius autẽ hic 2
extraneos definiuit Tribunianus quàm posteriore Insti-
tutionũ libro Caius eos[b] esse dicens extraneos. qui nul-
lo propinquitatis gradu testatori iungũtur. sic enim posse
extraneos aliquãdo accipi nõ negauerim: sed dũ suis op-
ponũtur, ij omnes significantur, quibus sui hæredis diffi-
nitio non cõpetit. Quãobrem si quis vel defuncti volun-
tate, vel lege municipali prohibitus fuerit aliquid in ex-
traneũ[c] alienare, ex verisimili mẽtis coniectura credide-
rim, de eo intelligẽdum, qui nõ est in eadẽ familia, & si a-
lioqui sit cognatiõe iũctus. Etenim cùm ambigua aliqua
vox incidit, ad volũtatis cõiecturas recurrẽdum est, quæ
ex subiecta in primis materia assumẽdę sunt. † variè[d] quip 3
pè extraneus dicitur, interdũ respectu eius qui in potesta
te est, interdum filij, interdum vel agnati vel propinqui.

In extraneis hæredibus. illud obseruatur, vt sit cum eis testamẽti factio: siue hæredes ipsi instituãtur: siue hi, qui in potestate eorum sunt. & id duobus tẽporibus inspicitur, testamenti quidem facti tempore, vt constiterit institutio: mortis verò testatoris, vt effectum habeat. hoc ampliùs, & cùm adit hæreditatem, esse debet cũ eo testamenti factio: siue purè, siue sub conditione hæres institutus sit. Nam ius hęredis eo maxime tempore inspiciendum est, quo acquirit hęreditatẽ. Medio autem tẽpore inter factũ testamentũ, & mortẽ testatoris, vel cõditionem institutionis existentem, mutatio iuris non nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora inspici debent.

An dispe-

a *Alc.ca.j. lib.iiij.dispũ.*
b *tit.ij.in fi.*
c *Fab. hic. & Aretin.*
d *Bald.in l. si emancipati. C. de collationibus.*

1 *An dispositio huius §. sui etiam conueniat.*
2 *Nouus intellectus huius §.*
3 *Difficilis antinomia ex Tertulliani responso.*

1 IN *extraneis hæredibus illud obseruatur*] † Videtur diuersum ius in aliis hæredum speciebus esse. nam cur separatim de extraneis ista dicerentur? Sed tamen ostendit hîc Aretinus suos quoque si quo tempore incapaces fuerint, frustrà institui. Sed an non frustra irritum quoque testamentum cẽsetur, cùm ab intestato hæreditatem occupare possint, qui tempore mortis sui sunt? pone quoque filium deportatum cùm fratre, qui in ciuitate remansit, hæredem fuisse institutum, qui tamen cùm pater moritur ciuitatem recuperauit, an dicemus pro prætorio hunc haberi, testamentúmque ob id infirmari? certè hoc casu nõ suitati tan-
2 tùm, sed & testamento[a] restitutio opitulari videtur. † Ego porrò Florentinum,[b] à quo hoc responsum sumptum est, aliud sensisse arbitror. Differentia quippè inter suos necessariósque hæredes & extraneos ea est, quòd non potest non esse cum suis & necessariis, quatenus ipsis suitas necessitásque cohæret, testamenti factio: cum extraneis autem aliquando est testamenti factio, aliquãdo non est: quapropter in ipsis necesse fuit tempora diuersa inspicere. Quod si cum suis vel necessariis aliquo tempore nõ fuit testamenti factio: sanè neque suos, neque necessarios eos tunc existimauerim. Cæterùm quod triplici tempore domini capacitas exigitur, vt seruus possit institui, cum
3 Tertulliani[c] responso multum dissidet. † Accursius [d] alibi vulgari imperitorum in dissoluẽdis antinomiis more, hoc quod hîc statuitur, secundum strictum ius esse ait, æquius tamen quod Tertullianus respondit: videlicet vt domini conditio non obsit seruo, vel manumisso, vel alienato. hoc verò loco existimat, apud Tertullianum dominum fuisse principaliter incapacem non seruum, sed neque hoc conuenit, cùm regula [e] sit iuris nostri, seruos caput non habere, & ex domini persona eorum institutionem[f] censeri: nec Bartoli solutiones mihi placere, suprà[g] ostendi. Quapropter in eadem adhuc maneo sententia, quam illic tradidi, videri mihi apud Tertullianũ, fuisse qui dẽ cũ domino testamẽti factionẽ: alioqui enim institutio nõ cõstitisset, sed tãtũ illius hęreditatis vel portiõis (quod in fine innuitur) capacẽ non extitisse. & satis est, vt cũ domino

a *argu. l. fi. C. de senten. passis.*
b *l. si alienũ. §. si in extraneis. ff. de hæred. instit.*
c *l si seruus eius. ff. de acquir. hære.*
d *in d. §. in extraneis.*
e *l. si mihi & tibi. § . regul. de leg. j.*
f *l. non minus. ff. de hæred. instit.*
g *§. seruus. s. de hæred.*

mino si testamenti factio, quo consistat institutio: tametsi
h l.debitor. §.fi.de leg.ij. quorũdã bonorũ dominus capax nõ fuerit.[h] quæ tñ deinde seruus ipse capere, vel nouo domino acquirere poterit.

Testamenti autẽ factionẽ nõ solum is habere videtur, qui testamẽtum facere potest: sed etiam qui ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alij adquirere, licet non possit facere testamentum. Et ideò furiosus & mutus, & posthumus & infans, & filiusfamiliàs, & seruus alienus testamenti factionẽ habere dicũtur. Licet enim testamentum facere non possint: attamen ex testamento vel sibi, vel alij adquirere possunt.

1 *Factionem testamẽti dici, aliísque verbis non æquè coniungi.*
2 *Qui hæredes institui nequeunt, eos quoque liberos in potestate non habere.*

T*Estamenti autem factionem*] † Aliud aliquando significat factio, vnde scilicet factiosi dicũť in hac significatione, nisi cũ testamẽti adiectione apud bonos authores non temerè reperias. Qui autẽ testamentum facere nõ possint, integro titulo pertractatũ est, & eorũ quidẽ serui hæredes nihilominùs institui possunt, cũ & ipsimet possint. † Peregrini verò, deportati, hostes, atq; alij qui hæredes scribi nequeũt, ne per seruos quidem acquirere possunt: de filiis non est dubiũ, cùm ipsi liberos, in potestate nõ habeant. Quod autem de furioso textus dicit, id Theophilus vberius declarat, ἐπὶ δὲ τοῦ μεμηνότος (ῥητῇ) δεῖ θεματίζειν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς γεγραμμένον κληρονόμον. ὑφ᾽ ἑτέρου γὰρ γραφεὶς μέχρις οὗ ἀνανήψῃ, οὐδὲ ἑαυτῷ, οὐδὲ ἑτέρῳ δυνήσεται προσπορίζειν κληρονομίαν.

(margin numbers: 1 beside "Aliud aliquando significat"; 2 beside "cũ & ipsimet possint. † Pe-")

Extraneis autẽ hæredibus deliberãdi potestas est de adeũda hæreditate vel nõ adeũda. Sed siue is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hæreditatis: siue extraneus, cui de adeũda hæreditate deliberare licet, adierit: postea relinquẽdæ hæreditatis facultatẽ non habet, nisi minor sit vigintiquinq; annis. Nã huius ætatis hominib, sicut in cæteris omnib. causis, deceptis, ita & si temerè dãnosam hæreditatem susceperint,

præ-

prætor succurrit. Sciendũ est tamẽ diuũ Hadrianũ etiã maiori vigintiquinque annis veniã dedisse, cùm post aditã hæreditatẽ grande æs alienũ, quod aditæ hæreditatis tẽpore latebat, emersisset. Sed hoc quidẽ diuus Hadrianus cuidã speciali beneficio præstitit. Diuus autem Gordianus postea militibus tantummodo hoc concessit. Sed nostra beneuolẽtia cõmune omnib. subiectis imperio nostro hoc beneficiũ præstitit: & cõstitutionẽ tã æquissimã, quã nobilissimã scripsit, cuius tenorẽ si obseruauerint homines, licet eis adire hæreditatẽ, & in tãtum teneri, quãtum valere bona hæreditatis contingit: vt ex hac causa, neq; deliberationis auxiliũ sit eis necessariũ, nisi omissa obseruatione nostræ cõstitutionis, & deliberandum existimauerint, & sese veteri grauamini aditionis supponere maluerint.

1 *Differentia inter suos & extraneos.*
2 *Quibus casibus acquisita hæreditas dimitti poßit.*
3 *Olim semper insolidum creditoribus hæredes fuisse obnoxios.*
4 *De inuentarij compendio.*
5 *An in foro conscientiæ hæres vltra acceptum grauẽtur.*
6 *An legitima amittatur omisso inuentario.*
7 *Multis rationibus defendi, Trebellianicam non amitti.*
8 *An ob rei alicuius surreptionem cesset inuentarij beneficium.*

1 INter † suos & extraneos non obscuræ sunt differentiæ, quas & ex hoc paragrapho notare licet: Illi enim necessarij, hi voluntarij: Illi se immiscẽt, hi adeũt: Illi abstinẽt, hi repudiant: & qui abstinent, characterem tamen suitatis semel impressum secũdum Theophilum retinent: qui repudiant perinde habentur ac si nunquam essent vocati. in eo tamen æqualis est vtriusque cõditio, quod acquisita semel hæreditas, siue extraneo, siue suo, dimitti rursus nõ po2 test † nisi vel militiæ priuilegio: vel ob grãde æs alienum quod postea emersit: vel fauore ætatis, cui lapsæ regulariter subueniri solet: nisi tamen & hoc restitutionis auxiliũ sacramẽto abiuratum fuerit, de cuius potestate multa hîc

in tem-

intempestiuè Porcius inculcat. Proinde deliberatione olim opus fuit in adeunda hæreditate, cuius prætor pro arbitratu suo tempus præfiniebat. [a] quod tamen hodie limitatum est,[b] si quis veteri iure vti maluerit. Intereà autem ij quibus delata hæreditas erat inspectis instrumentis [c] & expensis defuncti facultatibus quid factu opus esset, consultabant. † Veteres enim vsque ad Iustinianum 3
eo iure vsi sunt, vt hæredes creditoribus solidum persoluerent: [d] nonnunquam autem contingit, vt plura defunctus debeat quàm relinquat: vnde hæredes damno afficiebantur. [e] In legatis verò ad dodrantem vsque grauari tantummodo poterant, Falcidiámque detrahebant. [f]
Iustinianus † deinde totum hoc deliberandi ius, quæque 4
illi occasionem præbuere immutauit, [g] inducto inuentarij compendio, quo nihil hodie neque consultius, neque vsitatius est. ad cuius quidem ordinationem quæ obseruari conueniat, ab Aretino hîc congesta sunt, formáque eius a Speculatore & pragmaticis tabellionibúsque peti potest. Præstat autem eam hęredi vtilitatem, vt tantummodo in eo creditoribus conueniri possit, quod ipse in bonis defuncti inuenit. Qui verò tam salubre consilium spernit non modò creditoribus vltra vires hæreditarias. vt olim obnoxius erit, verùm nec Falcidiam legatis detrahet. [h] posteà & acerbius hunc grauauit Iustinianus in nouella constitutione, vt & integra ab eo legata exigi possint
vltra patrimonij hæreditarij vires: [i] Lex [i] enim præsumit 5
eum qui inuentarium omisit, bona substraxisse: quod tamen subdurum est, atque ideo communiter traditum Alexander [k] ait, in foro conscientiæ (sic enim nunc loquimur) neminem vltra accepta grauari, cùm vbique præsumptioni veritas sacramento declarata [l] præferenda sit. Sed tamen mihi nūquam illorum superstitiosa religio placuit qui huiuscemodi commentis & conscientias illaqueāt, & leges bene constitutas conuellunt. Ex supradicta autem Iustiniani constitutione apparet legem Falcidiam mirè restrictam esse, quæ tum solùm hodie competit, cùm repertorium factum est. † Quæritur quoque de legitima 6
liberorum parte an ea ob omissum inuentarium denegari possit? & vulgò responsum [m] est non denegari: de quo tamen probabiliter dubitari potest. Nam si hæres de proprio legatarij expendere cogitur, cùm hæreditas non

est sol-

a l.1.§ 1.ff.de iure delib.
b l.fin.§ sed quia quidā. C.de iur.delib.
c l.Aristo.ff. de iure delib.
d Ioā.And. ad Spec.§.fi. de instr. edi.
e l.quæ dotis. ff.solu.matr.
f infr.ad legem Falcid.
g in l.fin.
h d.l.fi.§.fin verò postquā
i d.§. hinc nobis per totū. in authē. de hæred. & falcid.
k in rub. & ibi alij quoque ff de acquir.hær.
l fac.c.significasti.& ibi glo. extra de homicid.
m Bar.in authen.sed cùm testator. C. ad leg.falci.

est soluendo, magis etiam videtur legitima, id est debita sibi portione priuari eum posse: & si inuentarium fecisset, apparuisset forsitan non legatis tantùm soluendis, sed
7 etiam legitimæ hæreditatem suffecisse. † Consequenter & illud in maxima semper controuersia fuit, an vt Falcidiæ sic & Trebellianicæ lucro, inuentarij omissi culpa hæredem priuet. vtranque partem multi & graues authores defendunt: vt nonnulli discernere ° nequiuerint, quænam esset crebriùs recepta, quam & iudices in litium disceptatione sequi possent. Recentiores tamen videntur velle (id quod & Bart. asseruit) non amitti Trebellianicam: quam & nos aliquot rationibus confirmabimus: hoc enim satius est quàm in authorum citatione diffundi. Nõ fuisset certè hoc silẽtio præteriturus Iustinianus, qui verbosis vbique procemiis industriam & studium suum in nouarum legum constitutione commemorare solet: nec temerè nobis licet quod in Falcidia statutum est ad Trebellianicam ᵖ extendere, cùm differentiæ euidens sit ratio. Siquidem inuentarium in longioris deliberationis locum ᑫ successit Igitur vbi olim nulla opus fuit deliberatione, ibi nec nunc debet habere locum inuentarium: veluti in opulenta hæreditate, in qua specie tota hæc controuersia procedit: nam si soluendo non est, quarta deduci nequit, nec ista tunc disputatione est opus. Sed & hæres qui æs alienum & legata vniuersa persoluit, sæpissimè lucrum consequitur: apud hæredem verò fiduciarium, id est rogatum restituere, nihil vnquam si diuersam sententiã sequeremur remaneret, nisi fortè quid malitiosè subtraxit, & iniquum est contra quoscunque graues & honestos viros peruersam suspicionem inducere: quam si admiserimus, consequens etiam erit, vt aduersus eum de bonis restituendis in litem quoque ʳ iuretur. quomodo enim solam quartam quam iure sibi retinere potuisset, subtraxisse eum suspicabimur: quod tamen vt inauditum, sic &
8 iniustum esse arbitror. † Quin & incerta sæpe fideicommissi conditio dubiúsque exitus est. Veluti si quis sine liberis decedat restituere est rogatus, nónne iniquum erit quartam illic impediri eo prætextu, quia non factum est inuentarium, cùm hæreditas locuples & fideicommissum sub incerto euentu pendeat? Redit autem ferè ex inuentarij confectione quędam ad defunctum iniuria, qui vulgò

o vide l. tè Iason. in l. Marcell⁹. ad sen. cõs. treb.

p l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr.

q vt hic in §. sed nostra.

r arg. l. tutor qui repertoriũ. ff. de administ. tut.

vulgò creditur non soluendo fuisse, quòd nemo bona eius sine inuentarij cautione suscipere voluerit: quæ fortassis ratio etiam est, quare apud Francos vsu moribúsque receptum sit, vt pro hærede se gerere, cum inuẽtarij beneficio nemo possit, nisi id à principe impetrarit. itẽ vt proximiorem hoc beneficium impetrãtem sequens excludat. Interdum tamen & cùm inuentarium falsum est, cessare adhuc falcidiam Bartolus [f] cæterique aduersus ius antiquum induxerunt: scilicet si hęres facto inuẽtario nihilominus aliqua surripuerit vel cęlauarit. & Iustiniani vtuntur authoritate, [t] qui competere ait falcidiam, si nihil malitiosè hæredes interuerterint. ergo si quid erit surreptũ, priuilegium merebitur amittere, qui cõcessa sibi potestate abusus [u] est. Quę opinio magis etiam adstrueretur, si negatiua particula ex textu tollatur, veluti notauit quoque [x] Accursius. Sed tamen Cyni opinio [y] meo iudicio verissima est: vt qui rem surripuit, nõ omnino beneficium legis Falcidiæ amittat, sed in ea duntaxat re: quod & veteri iure [z] obtinebat, nec immutatum expressè comperitur. [a] & ea inductio qua superiùs vsi sumus, ex subintellecto sensũ & contrario tantùm id probat: & negatio etiam in Græco est exemplari, nec sine ea consistere rectè constructio potest. Quamobrem temerarium fuerit à iure veteri discedere. Certè si inuentarium nullum esset factum, tum ob legitimam fraudis præsumptionem, inficiari nemo posset, amitti falcidiæ beneficium: at inuentarium prodesse sanè debet: & illa verba Iustiniani ex quibus id illi colligunt, loquuntur ante inuentarium factum. Et vt etiam significarent amitti falcidiæ beneficium, non esset tamen nouum posteriores leges per priores [b] declarari: videlicet vt id in re tantùm surrepta intelligeremus. neque enim facilè correctio inducenda est: & iniquum est aliquem grauiùs puniri, quàm deliquerit, ac ob leuis fortè rei substractionem toto lucro priuari. Iam verò si quis benè Iustiniani verba inspexerit, videbit ea minimè ad hanc quęstionem facere. Vult enim plerosque ad falcidiæ legis auxilium decurrisse, qui rerum surreptione ipsi falcidiæ occasionem præbuerunt. quod ne ampliùs fiat, & vt incontaminata legis maneat authoritas, nullúsque dolus ab hęrede committatur, inuenit Iustin. inuẽtarij cautionem, qua obuiam eatur hæredum fraudibus. nihil itaque illic induci-

f in §. hinc nobis. in auth. de hæred. & falcid.
t d. §. hinc nobis.
u 10. quæst. iij. c. priuilegiũ.
x in d. § hĩc nobis.
y Cy. in aut. sed cùm testator. C. ad leg. falcid.
z l. Paulus. ff. ad leg. fal.
a f. c. l. præcipimus. C. de appella.
b l. nõ est nouum. ff. de legib.

inducitur de falcidiæ, si quid fuerit surreptum, amissione.

Item extraneus hęres testamento institutus, aut ab intestato ad legitimam hæreditatem vocatus, potest aut pro hærede gerendo, aut etiam nuda voluntate suscipiendæ hæreditatis hæres fieri. Pro hærede autem gerere quis videtur, si rebus hæreditariis tanquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditarias, vel prædia colendo locandóve, & quoquo modo voluntatem suã declaret, vel re, vel verbo de adeunda hæreditate: dũmodo sciat eũ, in cuius bonis ꝓ hærede gerit, testatũ intestatúmve obiisse, & se ei hæredẽ esse. Pro hęrede enim gerere, est pro domino gerere: veteres enim hęredes ꝓ dominis appellabãt. Sicut autẽ nuda volũtate extraneus hęres fit, ita cõtraria destinatiõe statĩ ab hæreditate repellitur.

Eũ, qui surdus vel mut⁹ natus, vel postea factus est, nihil prohibet pro hærede gerere, & adquirere sibi hæreditatẽ: si tamẽ intelligit quod agit.

1 *Aditionẽ intelligi de testamentaria vel legitima hæreditate.*
2 *An tacita voluntas aliquem obliget.*
3 *Filium qui domum pro legitima sua accepit, obstringi toti hæreditati.*
4 *Hæres vnde dictus sit.*
5 *De cretione hæreditatis.*
6 *De corrupto apud Varronem loco.*

QVoniam dictum est, hæreditatem semel aditam non posse relinqui, propter quod & ius deliberandi à veteribus, & beneficium inuentarij à Iustiniano introductũ est, pergit porrò ostendere Imperator, quando tandẽ adita hæreditas censeatur, vel deinde cõueniri à creditorib. & legatariis hæres possit. & cùm triplici iure hæreditas [a] deferatur, testamẽto, lege, & iure honorario, de duabus tãtùm primis speciebus hic agitur. nã honoraria hæreditas propriè bonorum possessio dicitur: & ea non nuda volũtate vel facto acquiritur, sed olim solenniter agnosci debebat; hodie sublatis solẽnitatibus, necesse tamẽ adhuc est, vt

a l. qui autẽ §. 1. quæ in fraudẽ cred. ff.

est, vt voluntas agnoscendæ eius iudicio aliquo iudici[b] innotescat. †Hæreditas autem iure ciuili delata vel ex te- 1
stamento, vel per legem ab intestato, nullam omnino iudicis aditionem requirit: totum quippe negotium in hæredis voluntate situm est, qui se hæredem dixerit, vel pro hærede gesserit, tenebitur. †Quæritur tamen an sola ad- 2
eundæ hæreditatis voluntas nullo indicio expressa, sed animo tantùm concepta obliget: & Bartolus[c] pluresque alij putant non obligare, contrà Faber atque Angelus. Porcius distinguit inter obligationem ciuilem & naturalem, & hanc quidem putat ex tali voluntate tacita nasci, quæ ad conscientiæ obligationem sufficiat: illam minimè. Ego tamen Bartolum sequi indistinctè malim, cùm velle non videamur, quod non aliquo modo declarauerimus: etenim variæ sunt humanæ mentis inclinationes, vt nunc ad adeundum, nunc ad repudiandũ propendeat: & tunc demùm velle aliquid videmur, cùm animum nostrum exteriore aliquo signo confirmauimus.[d] Alioqui quid est humanis cogitationibus vel incõstantius vel mutabilius? nec Deum velle arbitror vt huiusmodi indiscreta voluntate illaqueemur. Quibus autem signis & præsumptionibus colligatur aliquem hæredem esse, apud doctores sepè[e] tractatum est: & hûc etiam aliquid Rhetores conferunt. †Certè quod ex Baldi sententia putat Angelus, filium qui 3
se domum paternam pro legitima portione retinuisse dixit, non obstringi hæreditati toti, communi opinione reprobatum est. neque enim potest partem hæreditatis accipere, partem repudiare: legitima autem hîc hæreditatis pars habenda est, non bonorum: qua de re latè Socinus,[f] Decius[g] atque alij tractant. Hoc hîc quoque notandum, eodem modo repudiari hæreditatem quo acquiritur, hoc est, solo animo. Contraria enim (inquit Imperator) destinatione ab hæreditate hæres repellitur, idq; cõmuni cuidã[h] opinioni aduersatur, qua receptũ est, si quis se nolle hæreditatẽ dicat, repudiasse tamẽ nõ censeri: sed diuersa opinio[i] fortioribus (vt mihi videtur) argumentis nititur.

Veteres enim hæredes.] Idẽ Festus attestatur: †vnde & herum adhuc dominũ vocamus. Sed tamen vix videtur hoc ab eodẽ fonte deriuari, cùm illic prima corripiatur, hîc diphthõgus sit. Probabilius igitur est ab hærẽdo dictũ hæredẽ, quia proximus testatori vel defuncto in bonorũ dominio 4

b l.fi.C. qui admit.
c in l.geri.ff. de acq.hær.
d l.potuit C. de iure delib.
e in l.pro hærede.ff. de acquir.hær. & hîc Ang.
f in repet.l.i. ff.de vulg.
g in l.heres. C. de impu. & alijs subst.
h de qua latè per scribẽ.in l. qui se patris.C. vnde lib.
i quæ & hîc probatur.

minio hæreat succedátq;: vel ab ære. nã & lex xij. tabularũ hæreditatẽ nonnunquam pecuniã vocat. † Commodũ
5 fuerit hoc loco & aliud verbum antiquũ explicare, quod est Cretio. Erat quippè olim certa in adeunda[k] hæreditate, vti & in agnoscenda bonorum possessione tradita solennitas. vnde & illa frequens est apud Ciceronem loquutio, qua recens imitatorum secta iam quoque vti cepit. Creui hæreditatem, id est (vt idem Festus interpretatur) adij. nec tamen scio an eius ratio vulgò sàtis intelligatur. Nam quod Isidorus[l] de certo dierum numero tradit, intra quos super adeunda hæreditate deliberari decernique debebat, de suo (vti arbitror) capite cõfinxit: quemadmodum & illud, Institutioni hęc verba, cernitóque intra dies tot, adiici solere. Et quanquam apud Ciceronem[m] legam cognouisse se liberam cretionem testibus præsentibus, diebus sexaginta: mihi tamen placet à cernendo, id est videndo, potius quàm à decernendi significatione dictam
6 cretionem. † Quod Varronem quoque libro quinto De lingua Latina, voluisse coniicio, & quanquam apud eum corrupta lectio est, fortè tamen tale aliquid sensit: In cretione necessarium fuisse adhibitis testibus ad ipsas res hęreditarias inspiciendas ire, faceréque vt testes eam hæreditatem amplecti viderent. nam testium in prędicto quoque Ciceronis exemplo mentio fit. Hodie verò cretionis solennitas ita sublata[n] est, vt nec qualis illa fuerit, præterea quicquam inuenire potuerim.

FINIS.

k Alc. cap. 7 lib. iij. disp.

l lib. 5. etym. cap. 24.

m Ad Atticum. epist. 23 lib. 13.

n l. cretionũ. C. de iure delib.

INDEX LEGVM QVARVNDAM QVAE IN HISCE COMMENTARIIS SINGVLARITER EXPLICANTVR.

Ex j.parte ff.Vet.

De iurisd. omnium iudicũ.

l.imperium.nu.7.pag. 124

De postulando.

l.j.§.secundo loco.nu.9.pag. 90

De min. 25. an. in int. rest.

l.iij.§.sed vtrum.nu.23.pag. 121

Rubrica de iudiciis. nu.12. pag. 16

De inofficioso testamẽto.

l.Papinianus.§.j.nu.1.pag. 285

l.pater filium.nu.5.pag. 282

De petitione hæreditatis.

l.diuus.§.fin.nu.6.pag. 279

Si pars hæreditatis petatur

l.antiqui.nu.18.pag. 82

Ex ij.parte ff.Vet.

Rubrica de rebus creditis. nu.16.pag. 12

l.lecta.nu.9.pag. 275

Ex j.parte.ff.Inf.

Rubrica de testamẽtis. nu. 12.pag. 16

l.j.nu.24.& seq.pag. 24

De liberis & posthumis.

l.Gallus.nu.1.pag.151.& per totũ

De hæredibus instituẽdis.

l.itẽ vt Sabinus.§.fi.nu.3.pag.193

l.cùm in testamento.§.j.num.4. pag. 208

l.si paterfamiliàs.nu.5.pag. 218

l.& hoc Tyberius.nu.12.pag.221

l.si alienum.§.in extraneis.nu.2. pag. 298

De vulga. & pupil. substit.

l.ij.§.sed etsi extraneum.pa. 289 & § prius.nu.1.pag. 94

l.si.mater.nu.5.pag. 224

l.vel singulis.nu.1.pag. 250

l.qui habebat nu.5.pag. 215

De militari testamento.

l.in fraudem.§.testamentũ.nu.1. pag. 104

l.miles ita.§.exhęredato.num.1. pag. 244

l.penultima.nu.1 pag. 204

De acquirẽda hæreditate.

l.si seruus eius.num.1.pag.188.& nu.3.pag. 298

Ex ij.parte.ff.Inf.

De legatis primo.

l.j.nu 2.pag. 65

l.penul.nu.7.pag. 186

De legatis secundo.
l.cũ filiũ.§.seruus.nu.8.pag. 180
l.Titia.§ Seia.nu.1.pag. 250
Ad senatuscõsult. Trebel.
l.Scæuola nu.4.pag. 258
De bono. poss. contra tab.
l.iij §.si emancipatus.n.7.pa. 193
l.si.duobus.§.prius.n 7.pag. 274
De bon.poss.secũdum tab.
l.chartæ.nu 3.pag. 71
Si quis à paren. manu. fue.
num.6.pag. 282
Ex j.parte ff.Noui.
De vsucapionibus.
l.in vsucapionibus.nu.3.pag. 123
Ex ij.parte ff.Noui.
De bonis damnatorum.
l.cùm ratio.nu.3.pag. 118
De legationibus.
l.fin.nu.11.pag. 20
De verborũ signification.
l.rectè dicimus.nu.1.pag. 181
l.notionem.§.fin.nu.9.pag. 50
De regulis iuris.
l.imaginaria.nu.5.pag. 31
l.actus legitimi.nu.7.pag. 197
l.omnis.nu.3.pag. 53
Ex j.parte Cod.
De sacrosanctis ecclesiis.
authentica si qua mulier.num.3.
pag. 261
De iuris & facti ignorãtia.
l.j nu.3.pag. 87
De inofficioso testamẽto.
l.fratres.nu.8.pag. 283
Ex ij.parte Cod.
Qui testamẽt. facere poss.
l.hac consultissima.nu.11.pag.43
De testamentis.
l si vnus.nu.4.pag. 75
l.omnium.nu.5.pag. 66
l.iubemus nu.16.pag. 44
De hæredibus instituend.
l.cùm proponas.nu.10.pag. 220
l.extraneum.nu.5.pag. 196
De impu. & aliis substitut.
l.precibus. nu.16.pag.228,& nu.
13.pag. 238
De iure deliberandi.
l.cretionum.nu.7.pag. 286
De legatis.
l.cùm quęstio.nu.6,& 7.pag.194
De bonis quæ liberis.
l.fin.§.filiis autem.pag. 18
De vsucapion.pro hærede.
l.nihil.nu.4.pag. 296
De patria potestate.
l. abdicatio.nu.3.pag. 135
De adoptionibus.
l.fin.nu.6.pag. 32
Ex Instit.
De legatis.
§ posthumus.nu.5.pag. 174
§.fin.nu.3.pag. 198
De bonorũpossessionibus.
§.sunt autem.nu.5.pag. 282
De iniuriis.
§.pœna.nu.5.pag. 194

FINIS.

INDEX BREVIS RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVAE hisce Commentariis explicantur.

Abdicatio quomodo differat ab exhæredat.nu.2,pag. 135
Accrescendi ius duplex inuicem contrarium,nu. 6,pag. 140
Accrescendi ius an contra, an secundum voluntatem defuncti sit,nu.8,pag. 190
Accrescendi ius an prohiberi possit,nu.8,pag. 191
Accrescendi ius à substitutione distingui,nu.3,pag. 213
Actio ad supplemētū,n.2,p. 287
Actio ex stipulatu,super re certa quomodo intelligenda,nu.7, pag. 279
Actiones causam aliquam debere habere,nu.3,pag. 278
Actū qui semel directò valuit, nō posse iterum obliquari,vel qui in vno directo valuit, in alio nō obliquari,n.6,pa. 256
Adoptiōis origo,vsus,diuisio & exēpla,n.1,pa.159, & per totū
Adoptione an rumpatur testamentum,nu.3,pag. 269
Adoptare quid sit,nu.2,pag. 159
Adoptare an sacerdotes possint, nu.4,pag. 160
Adoptatus ex filia nepos, an ea adhuc viua præteritus aui rūpat testamen.nu.21,pag. 230
Ad Masurium & ad Plautium quid significet,nu.9,pag. 176
Aditio hæreditatis,nu.1.pa. 306
Aduocationē aliquando obesse, nu.1,pag. 182
Ælia Sentia lex,n.4.pag. 293
Æliorum familia,n.5,pag. ead.
Africanus minor adoptatus in Scipionum familiam, num.3, pag. 159
Agnomen,nu.10,pag. 144
Agēdi latissima significatio, nu. 6,pag. 64
Allusio quid sit,& an ab etymologia differat,nu.3,pag. 18
Alternatiua conditio an Latinè dicatur, & de eius regula,nu. 2,& 3.pag. 200
Alterum de duobus dici,num.6, pag. 218
Annuli varij vsus & generis,n. 1,pag. 41
Annulo, nō alio signo testamentū esse signandū,nu.2,pag. ead.
Annulus signatorius an certam sculpturā habere debeat,nu.3, pagina 46

Annulo alieno vtens an hoc exprimere debeat.nu.5.pag. 47
Annulo alieno an possit signare qui proprium habet. nu. 6. pag. eadem
Antestatus. nu.1.pag.39.& nu.8. pag. 77
Appellatiua nomina quæ dicãtur.nu.6.pag. 211
Arrogatio quę fit cum principis authoritate, quomodo hodie expediatur.nu.8.pag. 160
Arrogari quo queat, qui est in patris potestate.nu.5.pag.160
Arrogatione an tollatur exhæredatio.nu 2.pag. 260
Arrogatione an irritum fiat testamentum priùs factum. nu. 7.fol.107.& nu.4.pag. 282
As & æs idem.nu.6 pag. 32
Assis distributio.nu.2.pag. 189
As libralis olim,postea diminutum eius precium.n.2.pa. 194
Assertio vetus.nu.5 pag. 292
Attilicinus Iureconsultus.nu.8. pag. 176
Augusti Cæsaris libellus De disciplina militati.nu.6.pag. 79
Augustus vnde dict⁹.n.17.fo.28
Aurei montes.num.7.pag. 198

De litera B.

BAnniti an possint testari.n. 7.pag. 134
Bellum quod licitum & iustum. nu.29 pag 8.& nu.1.pag. 133
Bona proscribi quãtæ olim fuerit ignominiæ.nu.2.pag. 293
Bonorũ possessionis vsus & origo.nu.5.pag. 171
Bonorum possessio quotuplex sit.nu.9.pag. 15
Bonorum possessio gratia ordinandæ litis aliter declarata. nu.1.pag. 285
Bonorũ possessio quomodo detur cõtra testamentũ ipso iure nullum.nu.3.pag. 137
Bonorum possess. an detur cõtra matris testamẽtũ.nu.3.pa. 169
Breuiloca substitutio an rectè sic appelletur, & de eius tractatu. n.3.pag.108.& per totũ.

De litera C.

CÆci quomodo testẽtur.nu. 1.pag.131.& per totũ 132
Cæterarum tabularum vsus.nu. 2.pag. 65
Caias quare Iuriscõsulti omnes mulieres vocarint.n.5.pa. 142
Calphurniæ siue C.Afraniæ improbitas.nu.9.pag. 90
Canonistarũ error.nu.12.pag 37
Castrense peculiũ.nu.2.pa. 108
Catilius Seuerus.nu.1.pag. 94
Causa finalis & impulsiua. nu 8. pag.89 & nu.9.pag. 90
Charta deletitia, & membrana deletitia.nu.3.pag. 71
Ciceronis locus explicatus. nu. 5.pag. 293
Ciceronis reprobatũ exemplum in loco ab etymologia postliminij.nu.11.pag. 20
Cingulum militare,& cingẽdorum militum mos.num.18.19. pag. 82
Cingẽdus mox an habeatur pro cincto.nu.3.pag. 195
Ciuilia verba obligationem nõ inducere.nu.3.pag. 94
Clausulæ codicillaris effectus. nu.10.pag.115.& nu.3 pag. 254

Clausularũ potestas contrahentibus & testatoribus exponẽda. nu. 3. pag. 254
Clericus filiusfam. an possit testari, & quis hîc dicatur clericus. nu. 18. pag. 119
Codex pro testamenti scriptura. nu. 1. pag. 73
Cognomen quomodo à nomine & prenomine differat. nu. 9. pag. 143
Cognomina prius fuisse agnomina. deinde in vim nominũ hæsisse. nu. 9. pag. 143
Comites Palatini. nu 8. pag. 160
Comitia sublata per principes. nu. 5 pag. 76
Compendiosa substitutio vnde dicta. nu. 3 pag. 257
Cõpendiosa substitutio quando euanescat vel obliquetur. nu. 7. pag. 258
Compilatores nimium festinando multa reliquisse incõdita. nu. 5. pag. 106
Cõditionum impossibilium genera. nu. 1. pag. 197
Conditionum possibilium diuisio. nu. 1 pag. 200
Consignandorũ testamẽtorum mos. nu. 2. pag. 243
Consuetudo quæ dicatur. nu. 23. pag. 233
Consueta adiici pro adiectis haberi, etiam si omissa sint. nu. 3. pag. 254
Cõtinuationis ratio. n. 11. pag. 16
Contractus testamẽto an inferi possint. nu. 4. & 5. pag. 41
Conuentus quomodo differat à Comitiis. nu. 6. pag. 28
Corneliç leges multæ. n. 5. p. 133
Cornelia lex de captiuis quãdo lata. nu. 6 pag. 134
Cretio hæreditatis. nu. 5. pa. 307
Creui hęreditatem ibidem.
Curianum iudicium. nu. 7. pag. 209, & latius nu 2. pag. 229

De litera D.

DAmnato ad mortem an cõcedi possit testamenti factio. nu. 9. pag. 103
Definitio & diffinitio an differant. nu. 26. pag. 25
Definitionem pro regula sæpè accipi. nu. 25. pag. 24
Derogatoriæ clausulæ testamentorum. nu. 2 pag. 263
Diem ab institutione reiici. nu. 3. pag. 195
Diffinitionum species, & quæ sit propria diffinitio. n. 21 pag. 23
Directæ substitutiones quando obliquentur. nu. 7. pag. 258
Distinctiones legum quãdo admittendæ. nu. 1. pag. 212
Domestici testes quare reprobẽtur, & quando. nu. 1. pag. 59
Domesticæ personæ quæ sint. nu. 7. pag. 61
Domesticum testem ratione potestatis tantùm hic prohiberi. nu. 8 pag. 61
Dominium defuncti quomodo continuetur in hæredẽ, & an idem sit. nu. 4. pag. 195
Dominus vnde dicatur. nume. 1. pag. 295
Donare causa mortis filium facere posse consentiente patre, non tamẽ testari & quare. nu. 7, & 8 pag. 113, & 114

Donare an filius patri cõſentienti cauſa mortis poſſit, nume.15 pag. 117
Donationem cauſa mortis à filio factam an pater reuocare poſſit, nu.14, pag. 117
Donatio cauſa mortis tacito pacto fieri poſſit, nu.12, pag. 116
Donatio cauſa mortis an per impoſſibilem conditionem vitietur, nu.2, pag. 195
Duo an in eadem charta facere teſtamentum poſſint, nu.2, pa. 241
Dupondius, nu.4, pag. 194

De litera E

EMancipatio quid ſignificet, & quomodo olim fiebat, nu.3, pag. 31
Emancipatione an irritũ fiat militis filiifa. teſtamentum, nu.6 pag. 106
Emancipatum à patre ob peccatum, non rectè tamen præteritum, nu.3, pag. 135
Emancipatum filium aliquando impunè præteriri, n.9 pag 161
Emancipatorũ & ſuorum differentiæ qui fuerit effectus, nu. 1, pag. 156
Emancipatorum & ſuorum differentia an iure Inſtitu. ſit ſublata, nu 6, pag. 163
Itẽ an nouo iure, n.8, pag. 161
Emptor familiæ, nu.3, pag. 31
Emptio latæ ſignificationis ibi.
Equites auari, nu.12 pa. 80
Exauthoratio ab honoribus & militia, nu.6, pa. 103
Exceptio quid ſit, & vnde dicta, nu.8, pa. 20
Excõmunicati an rectè teſtentur, nu.7, pa. 134
Exẽplaris ſubſtitutio, n.1. pa.234
Exemplaris quando expiret, nu. 19, pa. 241
Exemplaris & pupillaris ſubſtitutionis differentiæ & proprietates. pa. 234, 235, & 236
Exhęredatio quomodo differat ab abdicatione, nu.2, pa. 135
Exhæredatio inter cæteros, nu. 7, pa. 140
Exhæredationem, quę olim nominatim, hodie cum cauſa fieri, nu.14, pa. 143
Exhæredationũ cauſæ, & an ad milites extendi poſſint, nu.7, & 8, pa.172, & nu.6. pa. 291
Exhęredandi antiquum ius omnino mutatum, nu.6, pa. 171
Exhæredatio quibus caſibus hodie circa cauſam valeat, nu.9, pa. 272
Exhęredatio an tollatur arrogatione, nu.2, 260
Extraneos hæredes variè accipi nu.2, 298
Extraneo non poſſe ſubſtitui directè, nu.1, 257

De litera F

FActio teſtamẽti, nu.3, 299
Falcidia an vnquam quadrãtem exceſſerit, nu.8, 367
Falcidia an nõ amittatur facto inuentario, nu.3, 302
Feudorum origo, nu.22, 81
Fœminas olim à familia vel gẽte nomina habuiſſe, & de prænominibus & cognominibus earum, nu.6, 142
Fœneratores an poſſint teſtari, num.

nume.7.pagina 134
Fictio iuris postliminij & legis Corneliæ.nu. 4.& 6.pag.133. & 134
Fideicommissariam substitutionem impropriè substitutionẽ esse.nu.16.pag. 240
Filias apud Iudæos nõ succedere extãtib.masculis.n.5.p. 163
Filias pactis,statutis,priuilegiis excludi à paterna hæreditate stantibus masculis.n.3.pa.162
Filiisfa.iure gẽtium permissum testari.nu.18. pag. 119
Filiifa.an in aduentitio cuius patri nõ quæritur vsusfruct.possint testari.nu.16.pag. 117
Filiusfa. clericus an testari possit nu.18.pag. 119
Filiisfa.an statuto concedi possit vt testentur.nu.3.pag. 112
Filiumfam donare causâ mortis posse consentiente patre, non tamen testari, & quæ differentiæ ratio.n.7.& 8.p.113. & 114
Filiofam.quomodo succedatur. nu.20.pag. 120
Filios verecũdè parentũ iudicia impugnare debere. n.1.p.287
Francisci Curtij mors. n.5.p.155
Francorũ filij an sint in potestate parentum, & an testari possint.n.2.pa.112.& n.19.pag 119
Francorum cõsuetudo in successionibus.nu.4.pag.175. & nu. 4.pag,201.& nu.8 pag. 303
Fratres germani quare vterinis præferantur.nu.8.pag. 283
Fratres quando querelam inofficiosi testamenti habeant. ibi.
Furoris indicia.nu.5.pag. 126
Furiosæ mentis esse quosdã, sani tamen aspectus.n.7.pa. 126
Furiosæ voluntates.nu.8.pa.126
Furti etymologia.nu.18.pag. 22

De litera G.

GAllus Aquilius nu.5.pa. 152
Gallus de suo an alieno posthumo senserit.nu. 8.pag. 153
Galli prouisio in posthumorum nepotũ institutione, lex sit an interpretatio nu.4.pag. 151
Generis argumẽtatio n.12.pa.21
Germanos olim testamentorũ & literarum expertes fuisse. nu.8.pag.26.& nu.6.pag. 110
Gerundiorũ significatio. n.4.170
Græcorum interpretum autoritas nu.2.pag. 285
Græca constitutio de testamentis eorum qui monasteriũ ingrediuntur pag. 261
Græcas plerasq; cõstitutiões in C.à librariis omissas n.5.p. 67

De litera H.

HAereditas quotuplex nu.8. pag. 15
Hæredis institutionem iuris ciuilis esse nu.33.pag.26. & n.7. pag. 35
Hæreditatis distributio per assẽ & partes,nu.1,pag. 188
Hæreditatis diuisio in tres articulos nu.1,pag. 193
Hæres quis & vnde dictus nu.1, pag. 174
Hæredum diuisio,nu.1,pag. 592
Hæres non facto inuentario an vltra acceptum grauatur in foro conscientiæ,nu.4,pag. 302
Hæres semel factus non desinit esse hæres,nu.1,pag. 127

Hæres hæredis, quando testatoris fit hæres.nu.3.pag. 252
Hæredes quosdam institui non posse.nu.6.pag. 175
Hector Hoxuirius Phrisius.p. 58
Hostes qui.nu.1.pag. 133

De litera I.

IMperator vnde dictus. num.1. pag. 84
Impossibilis cõditio quare contractus vitiet, non vltimas voluntates.nu.1.pag. 197
Impossibilis cõditio quæ & quo tuplex.nu.4.5.pag. 198
Impuberem ab omni testamẽto repelli.nu.8.pag. 50
Impuberes an aliquo casu testari possint.nu.1.pag. 123
Indefinita substitutio an vniuersali æquipolleat.nu.2.pag. 251
Infirmandi testamẽti modi alij iuris ciuilis, alij prætorij,nu.7 pag.249.& nu.2.pag. 270
Infirmãdi testamẽti modi varij. nu.5.pag. 269
Iniuriæ quomodo olim assibus taxatæ fuerint.nu.5.pag. 194
Insidiæ substitutorũ quomodo cauẽdę à pupillis.nu.3.pag.224
Instituere quid.nu.2.pag. 174
Institutiõis titulũ in omnibus hodie liberis requiri.n.2.pag.139
Institutionem fauorabilem esse, & extendi.nu.6.pag. 148
Institutio de infinitis an valeat. nu.1.pag. 149
Institutiones diuersæ in eodem testamento.nu.4.pag. 200
Institutus ex re certa an habeatur loco legatarij.n.4.pag.266
Institutionũ qualitates.n.p. 195
Intestabilis quis dicatur.n.31.p.52
Inuentarij vtilitas & inuentio. nu.4.pag. 30
Inuentarij beneficium an rei alicuius subreptione amittatur nu.8.pag. 303
Isidori reiecta autoritas. nu. 12 pag. 72
Iudicij varię significationes.nu. 6.pag. 124
Iudicatus pro dãnato.n.8.pa.124
Iulius Frontinus Iureconf.& miles.nu.8.pag. 86
Iurisdictio quomodo rectè diffiniatur.nu.7.pag. 124
Iussus quid differat à mandato, autoritate, consensu, ratihabitione.nu.3.pag. 183
Iussus patris an hodie in filiorũ aditione præcedere debeat.n. 4pag. 184
Iusti & iniusti duplex significatio.nu.2.pag. 259
Iustinianum quędam parum cogitatè correxisse.n.7.pag. 194

De litera L.

LArgorũ duo genera.n.1.p.127
Largiendi & accipiẽdi optimus modus.nu.2.pag. 127
Lælius Felix Iureconsultus. nu.5 pag. 29
Legare.nu.33. pag. 26
Legatarius an testis possit esse in testamento.nu.6.pag. 67
Legatarius an legata consequatur ex testamẽto, in quo ipse testis fuit.nu.10.pag. 69
Legatorum & fideicõmissorum differetiæ sublatæ.nu. 1.2.& 3. pag. 65.& 66
Legata num debeãtur testamento pro;

to propter ignorantiam irrito nu.2.pag. 166
Legati apud hostes an testari pos sint.nu.fol. 133
Leo Græcus Imperator.nume.7. pag. 42
Leonis Nouellarum liber, qui in scribitur ἐπανορθωτικαὶ ἀνακαθάρσεις.pag. 76
Leonina diuisio principem non decet.nu.2.pag. 218
Leges XII. tabularum in æneis an eburneis tabulis conscriptę fuerint.nu.2.pag. 70
Lex Aquilia.nu.3.pag. 151
Lex Aelia Sentia.nu.4.pag. 293
Lex Cornelia.nu.5.pag. 133
Lex Velleia.nu.6.pag. 152
Leges ab gēte & familia eorum qui eas tulerunt fuisse appella tas.nu.8.pag. 143
Legitima an omittatur nō facto inuentario.nu.6.pag. 302
Legitima quanta sit hæreditatis portio.nu.5.pa. 290
Libra an pro hæreditate accipia tur vt as.nu.6.fol. 321
Libripens.nu.4.pag. 31
Liberi & filij quomodo differāt nu.13.pa. 145
Liberorum lata significatio.nu. 4.fol. 136
Limitanei milites an priuilegia militaris testamenti habeant. nu.3.pag. 87
Locus à cessante causa.n.6. p.89
Locus à cessante ratione.n.7.ibi.
Locus ab etymologia.4.& 5. per totum.
Ludouici Bolognini opusculū. nu.4.pa. 79

De litera M.

Macrocolla.n.5.pa. 72
Manumissoris antiquū ius nu.6.pag 282
Marij nobile dictum.nu. 9, p.86
Masculorum iustissima prærogatiua.nu.5.pa. 163
Masculi cur citiùs testari possint quàm fœminæ nu.2.p. 123
Mater an excludatur per tacitā pupillarem.nu.16.fol. 228
Mater an præterire filium possit nu.2.pag. 169
Maxima & media capitis diminutione an rumpatur testamē tum.nu.1.pa. 268
Media iurisprudentia. n.3.pa. 34
Mente captus à furioso differt. nu.1.pa. 125
Militaris priuilegij origo. nu.1. pag.84.& nu.6.pag. 86
Militaris priuilegij restrictio per Iustinianum.n.3.pag. 87
Militare testamentum in quibus militibus intelligatur.nu. 12. & 13.pag. 81
Militum epitheta.nu.2. pag. 78
Milites quibus solēnibus authorentur.nu.79.& 80.& per tot.
Militaris disciplinæ quanta Romanis cura fuerit. n.4.pa. 79
Militem non cogi rogari testes. nu.5.pa. 95
Militia quotuplex sit. nume.1. pag. 107
Militi damnato concedi per iudicem testamenti factionem. nu.10.pag. 103
Milites missi quando retineant priuilegia.nu.5.pag. 103
Militis filiū prætereuntis testa-

mentum, an aliqua via reſcindi poſsit, nu.3, pag. 166
Militum in ſubſtituendo priuilegium, nu.2, pag. 257
Militem poſſe cum duobus teſtamentis decedere, numer.2, pag. 265
Minutiæ curioſæ doctorum, nu. 1, p.109, nu.1, pa. 224
Mixta ſubſtitutio, nu.9, pag. 226
Monachum teſtem eſſe poſſe in teſtamento, nu.12, pag. 51
Monach⁹ an teſtis eſſe poſſit in ſtituto monaſterio, n.4, p.64
Monachi an poſſint teſtari, nu. 6, pa. 113
Monachi in adeunda hæreditate inobediētia an noceat monaſterio, nu.5, pa. 184
Monaſterium ingreſſi an teſtamentum ante factum valeat, nu.3, pag. 261
Moribus quæ dicantur induci, nu.22, pag. 232
Mortalitas, n.3, pag. 272
Mulier cur non poſſit teſtis eſſe in teſtamento, nu.3, pag. 49
Mulier in quibus vltimis volūtatibus teſtis eſſe poſſit, nu. 4, pag. 49
Mulier an in criminali cauſa teſtis eſſe poſſit, nu.6, pag. 50
Mulieres omnes olim fuiſſe inteſtabiles, nu.7, pag. 50
Mulieres olim fuiſſe in poteſtate virorum, nu.4, pa. 112
Mulieres olim nō potuiſſe teſtari, & an hodie lege municipali factio teſtamenti adimi eis poſſit, ibid.
Mulieres cum ſeruis ſuis fornicantes quomodo puniēdæ, n. 3, pa. 179
Mutum & ſurdum natura militare non poſſe. nu.1. pag. 87
Mutus quando teſtari poſſit, n. 2, pa. 130

De litera N.

NEceſſarij hęredes quare, n. 1 pag. 292
Negotiatores militare prohibiti, & de quibus hoc ſit intelligendum, nu.27, pa. 83
Nominis, prænominis, cognominis, agnominis differentia, n.1, pag. 141
Nominis vocabulo propriè gentem vel familiam ſignificatā fuiſſe, nu.8 pag. 143
Nomina ſeruorū & liberorum quibus in thematis Iurecōſulti vtuntur, nu.12, pa. 144
Nomina quādo pueris olim impoſita fuerint, nu.2, pag.123, & n.6, pa. 144
Nominatim exhæredatio quomodo fiat, n.1, pa. 141
Notandorum militum & tyronum mos, n.20, p. 82
Notarios iura teſtamentorū plerunque confundere, 3
Notæ literarum quæ dicantur, nu.3, pa. 99
Nouiſſima quæ vocemus, num. 7, pag. 206
Nouiſſimus dies quis dicatur, nu.3, pag. 123
Nouiſſimo moriens rogatus reſtituere an cæteris ſit tacitè ſubſtitutus, n.1, p. 250
Numeri militū, & in numeros referre, n.15, & 16, p. 81

Nuncu-

Nuncupare hæredem,n.11,p.42, & nu.2,p. 75
Nuncupatiui testamenti vsus & forma.75.per totum.
Nuptiæ,n.15,pag. 21

De litera O

OBsides qui,& an testari possint,n.1,& 2,p. 133
Obsignatorum antiquus vsus in testamentis,nu.3,p. 34
Opifices olim apud Romanos non militasse,n.28,p. 83
Opinio an veritas prçualeat, n. 2,pag. 53
Opistographum,n.3,p. 71
Orationes quas vocēt Iureconsulti.n.3,p. 276
Orationes variorũ principum, nu.3,pag. 276
Ordinis confusio quando testamentum vitiet, nu.3.p. 247

De litera P.

PActum de futura successione olim licitum, n. 8,p. 33
Pagani qui,& vnde dicti,nu.14, pag. 92
Papiniani eminētia, n.12, p.277
Parthenius seruus Tiberij Cæsaris,n.13,p. 221
Participiorum significatio, nu. 4 pa. 173
Patri præterito quo iure succurratur,nu 4,p. 282
Peculiorum origo & distinctio, n.2,p. 108
Peculij iure & iure hæreditatis accipere bona, quomodo differant,nu.22,pa. 121
Peculium profectitiũ filiifam. an à patris creditoribus inquietari possit,n.23,p. 121
Peregrinum quē veteres vocarint,n.3.pa. 202
Peregrinos non posse hæredes institui,nu.2,p. 20
Pertinacis Imp.laus & sanctissima constitutio,n.1,p. 276
Petitionis hæreditatis plures species,nu.6,p. 279
Phrysios scripto testamento vti nu.3,pag. 49
Pius Antonius Imp.n.1,p.210,& nu.14,p. 221
Pontifex vnde dictus cōtra Varronem,n.19,pag. 22
Possessionis etymologia, num. 20.pag. 22
Possessio ciuilissima,n.4,p. 175
Possessio an per ius suitatis cōtinuetur in filium,n.4,p. 296
Possibilis conditio quæ & quotuplex,n.1,p. 199
Posthumorum naturæ multiplex olim differētia,nu.1,2,3, & 4,pa. 143
Posthumos exhæredari non posse, & quare olim potuerint, n.8,& 9,p. 147
Posthumo exhæredato valere tamen testamentum etiam hodie contra communem sentētiam,n.6,p. 286
Posthumus alienus quis, & de eius institutione,n.3,4,p. 18
Posthumus alienus institui posset, nō induxisse Gallũ. ibi. 5
Posthumorũ alienorum institutionē de iure ciuili permisisse primũ Iustinianum,nume. 5,pag. 186
Posthumorum nepotum institutio quomodo per Gallum & Velleium

Velleium sit introducta.num. 6.7.pag. 152
Postliminij etymologia.nu. 11. pag. 20
Postliminij ius qua de causa sit introductum nu.4 pag. 133
Postliminij & legis Corneliæ iura in quibus hostibus procedant.ibidem 2
Postliminium Græci ὑποστροφὴν vocant.nu.1.pag. 268
Prænomina apud Ro. peculiariter propria fuisse.nu.3.pa.142
Prænomina & mulieres habuisse. ibid.4
Prænomina literis tantũ primis notata fuisse.num.6. pag.ead.
Præscriptio quare sit odiosa, cũ fauorabilis sit vsucapio. nu.4. fol. 124
Prĉteritus quis dicatur.nume 1. pag. 147
Præteritus an possit approbare testamentum in aliorum prĉiudicium.nu.5.pag. 135
Præteritio cũ causa an ab exhæredatione differat.nu.4.p.157
Præteritione emãcipati an testamentum hodie nullum sit.nu. 3.pag.157.& num 5.pag. 279
Prĉteritio maternæ lineæ cur olim pro exhĉredatione fuerit. nu.2.fol. 169
Pretium olim nõ in numero, sed in pondere fuisse.nu.5. pag.31
Priuilegij etymologia.n.9.p.20
Procincti milites.nu.8.pag. 29
Procincti testamenti origo & vetustas ibid & nu.1 pag. 34
Procinctũ testamentũ à militari differre.nu.p.34. & nu.1.p.84
Prodigus quis.nu.1.pag. 127
Prodigo per legem an per iudicem interdicatur.n.3.pag. 128
Prodigo Leonem concessisse testamẽti factionem.nu.4.p.128
Protocollum quid significet.nu. 5.pag. 72
Proximus pubertati quis dicatur.nu.11.pag. 51
Pupillaris substiturionis requisita & effectus.nu.19.pag. 229
Pupillaris expressã an tacitã vulgarem contineat.n.19.pa.229
Pupillari substitutioni iungi posse vulgarem.nu.2.pag. 222
Pupillaris substitutio vnde dicta & quomodo à vulgari differat.nu.1.pa.222. & per totum.
Pupillaris substitutio quando expiret.nu.19.pag. 241
Pupillaris substitutio extincta an conualescat.nu.3. pag. 271

De litera Q.

QVasi castrẽse peculium.nu. 1.pag. 107
Querela vnde exorta.n.2.p.279
Querela quãdo hodie locum habeat.nu.3.pag. 278
Querela an sit actio.n.6.pa.279
Querela iure ciuili an prætorio inuenta sit.nu.7.pag. 249
Querela cur adita primùm hæreditate cõpetat.nu.1.pag.301
Querelam hodie etiã colore insaniæ proponi.nu.2.pag. 301
Querela inofficiosi an cõpetat cõtra filiifam. testamentum. nu.9.pag. 284

De litera R.

REciproca substitutio vnde dicta.nu.3.pag. 278

Recipro-

Reciproca an propriè ſit ſpecies & quibus verbis fiat.num.5.&.6.pag.208.& 209
Reciprocæ effectus an & tacitas & expreſſas habeat inſtitutiones.num.7.pag. 209
Religio vana quorundam.n.15.pag.227.& nu.5.pag. 302
Repetitiones doctorũ quorſum faciant.num.4.pag. 290
Rod. Agricolę ſententia de analogia.nu.2.pag. 295
Romanorum excellentia & diſciplina circa res bellicas & vrbanas.num.4.pag. 79

De litera S.

Sacramentum militare nu.17.pag. 81
Scęuolę & Craſſi vetus contentio examinata.nu.20.pag 229.
Scripti & non ſcripti iuris differentia.nu.23.pag. 223
Secundus hęres.num.4.pag.203
Secundę tabulę.num.4.pag 222
Sedes & hyberna militum. nu.1.pag. 87
Senatuſcõſulta interdum orationes in iure dici.nu.3.pag. 276
Serbidius Scęuola Iurecõſultus.num.6.pag. 216
Seruius Sulpitius notatus.num.1.& 4.pag. 18
Seruos à teſtimonio repelli. nu.12.pag. 51
Seruos veros nunquã fuiſſe apud Germanos.nu.1.pag. 53
Serui an militare poſſint, & quã do militauerint.nu.26.pag.83
Serui an poſsint teſtari,nume.1.pag. 112
Seruus proprius quomodo inſti[...]num.7.pag. 176
Seruus communis inſtitutus ab altero dominiorũ,an liber fiat. num.15.pag. 177
Seruus quomodo puniatur qui cum domina rem habuit.n.2.pag. 178
Seruum ſub conditione inſtitutũ neceſſariũ tamen fore. nu.3.pag. 183
Seruus alienus quomodo inſtituatur.nu.1.pag. 184
Seruus alieni poſthumi cur potuerit inſtitui, cũ ipſe poſthumus alienus non potuerit.nu.2.pag. 185
Seſcunx & ſeſcuncia.n.1.pa. 189
Sex.Pompeius Iureconſultus.n.14.pag. 221
Sigilla quam ſculpturam habere debeant.nu.3.fol. 46
Signorum & ſigillorum varia in iure ſignificatio.nu.4 pa. 46
Simplices an poſsint teſtari.n.2.pag. 125
Sophocles immerito à filiis accuſatus & abſolutus.n.8.p.126
Spurius filius quomodo poſsit inſtitui.n.6.pag.175. & nu. 2.pag. 194
Stationarij milites an priuilegiũ in teſtãdo habeãt,n.3.p.87
Subſtitutio quid ſit.nu.4 pa.203
Subſtitutio vnde dict.n.2.p.247
Subſtitutio qua ratione inuẽta. num.7.pag. 203
Subſtitutionũ diuiſio.n.5.p. 203
Subſtitutiõis generalis effectus. nu.2.pag. 252
Subſtitutio directa in codicillis facta an obliquetur.n.3.p.205

Substitutionem tacitam & num.e accrescendi differre.n.4.p.214
Substituo an sit verbum cõmune an omnino directũ. nu.15. pag. 239
Substitutus an præferatur domino serui instituti,quẽ testator liberum credidit,per totũ.207
Substitutiones tacitæ & expressæ.nu.8.pag. 236
Substituendi duplex modus.nu.1.pag. 241
Successio quotuplex sit.n.7 p.15
Successor iuris hæres.nu.4.p.66
Successionum iure ciuili an plura sint capita nu.4.pag. 170
Successorem accipere & mitti, inter se differre.nu.4.pag. 103
Surdus quando possit testari. n.2.pag. 130
Surdum quemcunque audire si ei supra cerebrum clametur. nu.4.pag. 131
Suus quid significet.nu.1.pa 295
Suitas an Latinè dicatur,& quo iure sit introducta,quẽque habeat effectũ.nu.2. & 2.pa.295
Suorum& extraneorũ hæredum differentiæ.nu.1 pag. 301
Suorum & emãcipatorum differentiæ.nu 2.pag. 156

De litera T.

Tabulæ ęneę,ceratę,eboreę, lapideæ nu.2.pag. 70
Tarentinus Paternus Iurecõsultus.nu.6.pag. 79
Testamenti etymologia.num.1. pag. 18
Testamẽti definitio.n.24.p.24
Testamẽti antiquissima origo. nu.7.pag.
Testamẽti forma vario Iure cõstita.nu.1.pag. 39
Testãdi forma apud Germanos & Gallos.num.6.pag. 76
Testamenti quæ sint partes.n.3. pag. 173.162
Testamenti scripti vsus & cõmoditas.num.3.pag. 40
Testamenti nuncupatiui forma nu.1 pag. 75
Testamẽti non solẽnis quatuor species.nu.4.pag. 49
Testamenti communis duo alia genera præter scriptũ & nuncupatiuum.nu.5.pag. 76
Testamentũ quod calatis comitiis fiebat, non sublatum , sed mutatum esse.n.7.p.29.& nu.5.pag. 76
Testamẽti vsus Iure ciuili an gẽtiũ introductus sit.nu.5.p. 163
Testamẽti factio stricto iure an ex æquitate concessa sit n.12. pag. 37
Testamenti factio quid significet nu 1.pag. 48
Testamenti factio quare publici iuris sit nu.9.pag. 115
Testamẽti conseruandi cautelæ nu.5.pag 54
Testamenta coniugum vel aliorum an coniungi possint n.3. pag. 73
Testamentũ propriè volũtatem, aliquando ipsam scripturam significare,nu.2,pag. 73
Testamẽta diligenter custodienda , vel plura eorum facienda exemplaria,nu 4,pag. 74
Testamẽtorũ derogatoriæ clausulæ,nu.2,pag. 263

Testamẽtà quomodo expeditè mutentur,nu.4,pag. 272
Testamentum iure ciuili irritũ, an iure prætorio valeat,nu.2, pag. 270
Testamẽti factionem nulli sine causa posse auferri,nu.5,p. 110
Testium septenarius numerus an per ius Canonicum ita sit mutatus, vt nec in foro amplius ciuili seruetur, n.6,pa.41
Teste vno mortuo vel intestabili facto an concidat testamentum,nu.9,pag. 55
Testes rogari debere in testamẽtis, in aliis actibus non item, nu.7,pag. 76
Theodora coniunx Iustiniani, nu.2,pag. 173
Tiberij & Titi prænomen plerũque confundi,nu.14,pag. 221
Trebellianica an amittatur non facto inuentario.n.7.pag 303
Tuditani furiosi sanũ testamentum,nu.8,pag. 126
Tutela quid significet,n.6,p.226
Tyrones,nu.21.pag. 82

De litera V.

Velleius qs fuerit, n.6,p.152
Velleiæ legis noua declaratio… Ve… [illegible]
Viriles partes quo… ab… ditariis differant,nu.3,pag
Vltima vol untas quomodo posit stare in suspenso, nu.11. pag. 180
Vnciam asis duodecimam esse nu.1,& 2,pag. 189
Vno numo emere.nu.6.pag. 32.
Vnum,non facere numerum.n. 6.pag. 32
Voluntatẽ scripto preferendam, nu.7,pag. 176
Voluntas tacita an aliquem obliget,nu.2,pag. 306
Voluntatem testatoris præsumi deesse in nõ solenni testamento,nu.2.pag. 272
Vsucapio quare introducta, n.5. pag. 124
Vsus fructus an sit pars dominij, nu.1,pag. 181
Vulgaris substitutio quid,& vnde dicta,nu.6,pa. 203
Vulgaris substitutio quomodo diuidatur,& de eius iure,ibid.

De litera Z.

Zygostates,nu.4,pag. 31

FINIS INDICIS.

Substitutionem tacitam [illegible]e
accrescendi differre, n. 4. p. 21[illegible]
Substitut[illegible] an sit verbum [illegible]
ne an [illegible]
pag. [illegible]
Subst[illegible]

Gott[illegible] Gattlob

Gott Kirch

Gott

1787
1778
9
1787

1787
1778
276

T

Ta Xiąszka [illegible]cio
wica z woli Jak była
Przypadkowo straat.
Jak tąż kto naydzye
Powinien ią oddac [illegible]
A on zato by mu
Kupił kwartę [illegible]